BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
42 H
31

Digitized by Google

A VII a. 53

Digitized by Google

Digitized by Google


PROPVGNACVLu.
diſſinibilitatis ſententię
MARIAM in
inſtanti Originali labe
AVTore Illmo & Rmo
e' Borja Episco
Conſil°
THEOLOGICVM
pię negantis B.V.
primo ſuę Conceptionis
fuiſſe infectam.
DD. Ludovico Crespi
Oriolen Reg.
ex Cong.
Ora tory
Valentini aſſumpto
Spiritus Scientię
Pietatis
Ad Illmo. & Exmo. Principē
Archiep. Valent. Regiū,
Reg Prorege et Generalē
immaculatę Conceptionis
Ad S.D Innocentium P.P.
DD. Fr. Petrum de Vrbina
Conſilm Antea Valentini
Ducem Nunc pro Cauſa
Philippi. 4 Hispan Reg.
Decimum Oratorem. I

Digitized by Google

8.42.H.31

PROPVGNACVLVM THEOLOGICVM DIFFINIBILITATIS PROXIMAE SENTENTIAE

Piæ negantis, Beatiſſimam Virginem

MARIAM

IN PRIMO SVÆ CONCEPTIONIS INSTANTI, ORIGINALI LABE FVISSE INFECTAM.

OBIECTVM

Hyacinto Arpalego Theologiæ Doctori.

Defenſa Conceptio Immaculata.

AVCTORE

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino

D. LVDOVICO CRESPI A BORGIA.

Epiſcopo Orioleñſi, Regio Conſiliario, ex Congregatione Oratorij Valentini aſſumpto.

AD

Illuſtriſs. & Excellentiſſimum Principem, & Dominum D.Fr.Petrum de Vrbina, Archiepiſcopum Valentinũ, Regium Conſiliarium, antea Valentini Regni Proregem, & Generalẽ Ducem, Nunc pro cauſa Immaculatę Conceptionis, Catholici Regis noſtri Philippi Quarti, ad SS.D.N. Innoc.X. Oratorem.

Valentiæ, Per Bernardum Noguės, iuxta Molendinum de Rouella. Anno Domini 1653.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO, ET PRINCIPI.

D. FR. PETRO
DE VRBINA.

Archiepiſcopo Valentino, Regioque Conſiliario, antea Valentini Regni Proregi, & Generali Duci; nunc pro cauſa Immaculatę Cõceptionis Regis noſtri Philippi IV. ad Sãctitatem SS. D.N. Innocentij X. Oratori.

ACcipe, Excellentiſſime Princeps, & Reuerendiſſime Domine, opuſculum de definibilitate proxima Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis MARIÆ, de quo nõ ſemel in familiaribus no-

ſtris

ſtris colloquijs, quæ ſemper in corde. & in votis habeo, ſermonem habuimus. Quod quia meum tibi dedicandum fore, & tua erga me beneuolentia, & mea tuæ protectionis neceſſitas, poſtulabat. Et quia de Immaculata Conceptione Virginis, tua, & tuæ Religionis deuotiſſima, & antiquiſſima ſolicitudo circa huius myſterij definitionẽ teſtabatur. Denique iuſtitia ipſa exigebat, vt eum operi meo patronum darem, quem ad hanc cauſam apud Sedem Apoſtolicam fœliciter peragendam, Catholicus Rex noſter Philippus Quartus, magnitudine animi, & conſilij Magnus, & in huius negotij cura ſtudioſiſſimus, Oratorem ſibi conſtituit, & ad legationem ſubeundam honorificentiſſimis literis compulit. Offero illud tuæ dominationi, non quidem eloquij venuſtate politum, ſed veritatis ſplendoribus illuſtratum, quorum radiorum ſpiculis, etiã obſcuri ſtyli mei caliginem eſſe ſcindendam, tenebraſque eliminandas, dubitare non debui. Nunquam me magis alienum ab hoc opere ſuſcipiẽdo exiſtimabam, cum tenerent me totum ſuſcepti nuper Paſtora-

lis

Digitized by Google

Iſs oneris (te non ſolum procurante; ſed compellente) ſolicitudines, & negotia, quę etſi ſemper maxima, in ingreſſu tamen ipſo maiora ſe ſemper oſtendunt. Sed præbuit animum, præbuit & arma aduerſarius, qui nouiſſimè contra definibilitatem huius myſterij, gigantea præſumptione, audaci ſermone ſcribere non eſt veritus. Confecit gladium, quo fortè ipſe configeretur, & quæ proprio ſtudio non inueniſſem argumenta, ipſe mihi miniſtrauit inſcius: vt poſſem dicere, quod de Dauidis cum Gigante congreſſu, dicebat Baſilius Seleuc. orat. 15. (Cum igitur arma fabricaret, id ſe in vſus Dauid facere, & proprij iugulatoris baiulum in aduerſarij habitu ſe Dauidi venire ſubſidio, ignorabat.) Ipſius igitur arma ſuſcipiens, eius argumenta in caput ipſius contorquens, omni ex capite definibilem demonſtro hanc veritatem.

Excipe ergo, Excellentiſſime Princeps, & Domine, opuſculum iſtud qualequale, tua ſolita in me benignitate, illud corrige pro tua eruditione, muni illud tua autho-

ritate

Digitized by Google

ritate, vt quaſi parma tectum, ſecurum à malignantibus linguis prodire poſſit in lucem. Ora pro me, & Vale. Oriol. kalendis Ianuarij 1633.

E. D. T.

Oſculatur M.

Tuus in Domino ſeruus addictiſſimus, & obligatiſſimus.

L. Epiſcopus Oriolen.

CEN-

Digitized by Google

CENSVRA

Perilluſtris Domini Ioannis Baptiſtæ Balleſter Preſbiteri, liberal. Art. Magiſtri, in Schola Valent. iam ter primarij Philoſophicæ Cathedræ moderatoris, S. Theol. *Doctoris*, & Cenſoris, & in Eccleſia *V*alentina Metropolitana *A*rchidiaconi Saguntini.

EX *præſcripto* Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini mei, D. Fr. Petri de Vrbina, Archiepiſcopi Valentini, &c. ſemel legi, & ex miro operis illicio, & voluptatis aucupio ſæpius pertegi hoc inexpugnabile pro deſinibilitate ſententię pia Propugnaculum, nam ſententia pia, vt cum Salomone loquar, ędificata eſt cum propugnaculis. *Quid?* Mille SS. *Patrum*, clypei pendent ex ea, *& Recentiorum*, omnis armatura fortium. *Author huius Propugnaculi eſt Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus D. D. Ludouicus Creſpi, & Borgia. Quid plura?* Omnia dixi, cum virum dixi, *vt ad Traianũ aiebat iunior, ſed elegantior* Plinius. *Quis dubitet tanti viri opus elogia ſibi expoſcere, non criſim, perſtrepentes plenis buccis vendicare plauſus, non cenſuram, erectis videndam ciliis, non aſpero læuigandum pumice.* O *propugnaculum adamantinum, ſtudij ſolertiſſimi gemma!* O *virum veritatis vindicem, falſitatis verber!* O *opus, cui nihil laudis opus eſt!* O *laureatum pileum, ſacra* Cle*ricorum S. Philippi* Neri *Congregationis ornamentum, & decus!* O *calamum trabeatum, non phaleratis Oratorum ineptijs, non inani argutiarum madeſcentem fuligine!* O *ſtylum undequaque validum, plenum, neruoſũ, & eſſeum, ſed cum medulla! Iſtic enim poterunt librorũ*

§ *ſatia-*

ſatiari heluones; nam quod fingente vetuſtate, Homerus erga Poetarum euomebat vulgus, hoc, liber is, erga huius ſcripturientis ſæculi præſtas Didaſcalos. Iſtic, Parthenicus Propugnator, erumpens Hyacinti Arpalegi caput, Herculeo pluſquam contriuit nixu, ita vt iam tot ictibus deficiat hoſtis. Iſtic, veluti ex Apollinis tripode, quaſi ſacratior Phœbas, ingenium ſpirat Antiſtes. Iſtic, ſupplicium, pluſquam de tragico cothurno, cum debito ſarcaſmo, occentamus Arpalego. Putabat Arpalegus iſte, fortè vt fucum apud ſimpliciores faceret, Mariani aſſeclas ſplendoris, fungos fore, ſtipites, aut ſtupidos, qui eius audatiſſimas non aduerterent deprauationes. Ideò paſſim aut fallit, aut fallitur, ideò ex SS. Patribus, alios contra ſe oſcitanter adduxit; ex alijs, vt mole nobis caput obtunderet, quæ ad rem non faciunt, attulit: alios (quod pace tanti hominis dixerim) non intellexit; alios nec vidit vnquam, nec legit: ex alijs, vel hiulcas, diſſutas, & deprauatas clauſulas exhibuit, vel alias liberrimè ad palatum concinnatas, quarum nec vmbra adeſt, nec veſtigium in Patribus, è proprij cerebri vertigine comminiſcitur. Heu te miſerum Arpalegum, qui in manus præſtantiſſimi Theologi, qui in ſcholaſtico puluere tamdiu primarius inſudauit Anteceſſor, deueniſti! Hic, hic eſt, ſi ignoras, quem ad ſtuporem vſque, ſuſpexit in Cathedra Valentina Schola; hic eſt, ad cuius inſuggeſto tonantem vocem, orbis tremuit, obſtupuit, pœnituit. Nota loquor; quamuis enim tot ex cauſis obæratus Authori ſcribā, eiuſque glorioſum diſcipuli titulum nactus fuerim, non ideò in notiſſimis ſuſpectus reddor, vna eſt ſola fama, quæ me vetat balbutire. A ſæculo non eſt auditum, quanta facilitate, dexteritate quanta, ad hominem diſputet, non tā arguat, quàm coarguat, argumenta retorqueat, & aduerſario proprio eius gladio, caput conterat. Seruo illi nequā, Lucæ 19. qui talentum, ideſt ingenium, vt vult Ambro-

ſius

ſius, ſiniſtrè applicuit, dixit excandeſcēs Chriſtus; Ex ore tuo iudico te ſerue nequam. *Ita & Antiſtes noſter (ò rem mirabilem!) poteſt in omnibus ferè articulis dicere;* Ex ore tuo iudico te Arpalege. *Imò & addere;* Hic eſt gladius, quem ipſe feciſti, *vt Mario, ex Fabro Ferrario ad Imperij purpuram euecto, occentauit miles quidã, dum ei caput, eodem amputauit gladio. Quantum verò, ampliſſime Præſul, in hoc opere, probatiſſima tua virtus redoleat ſplendorem, quantum modeſtia tua infulis redimita Pontificijs effulgeat, iudicent illi, qui tua ad Arpalegi audaciam patientia impatienter ſuccenſent. Quæ, dum tantæ moli fundamina, iaciebas, antiqua non extimulaſti, & ad politiorem excoluiſti incudem, quę recentia nõ illuſtraſti, ita, vt quamuis aliena, poſſint dici de theſauro tuo prolata noua, & vera; ſed quot ex refertiſſima tua penu noua rationum momenta edidiſti, & interpretandi vias inueniſti? SS. Patribus mirificè conciuis; à veritatis tramite, nec latum vnguem deuias, pietatem foues, morum ſpecimen ſtabilis. Ideò, vt aiebat Pſaltes;* Memoriale tuum in generationem. *Multorum ſcripta, imò & triumphales arcus, marmorumque cruſtas, ęrugine corrodit ætas, tollit tempus; Aſt propugnaculum iſtud, ſacratioris huius, ſanguine, virtute, & literis Trimegiſti, ætas omnis ætate firmabit, nam extra inuidiæ aleam, & Zoilorum bombum fęliciter aſſurgit. Ideò vt ſub pręlo ſudet, non tam annuendum, quàm inſtandum Hoc eſt, quod minus ſentio, quod taceo, infinitum. Valentiæ 4. Idus Iunij, anno* 1653.

Doctor Ioannes Baptiſta Balleſter.

LICEN-

Digitized by Google

LICENTIA ORDINARII.

NOS D. Fr. Petrus de Vrbina Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Archiepiſcopus Valentinus, à Conſilio Catholicæ Maieſtatis, &c. Viſa approbatione ex commiſſione noſtra facta à Doctore Ioanne Baptiſta Balleſter Archidiacono Saguntino in noſtra ſancta Metropolitana Eccleſia Valentina, facultatẽ concedimus, & elargimur, vt imprimatur inexpugnabile ſententiæ piæ propugnaculum, pro myſterij Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis definibilitate, Authore Illuſtriſſimo Domino Don Ludouico Creſpi, & Borgia, Orioleſi Epiſcopo. In quorum fidem hæc ſubſcripſimus in Palatio noſtro Archiepiſcopali, die decima Menſis Iunij, Anno Domini M. DC. LIII.

F. P. Archiepiſcop. Valen.

Imprimatur.

D. Franc. Scorcia, & Ladron R. F. Adaoc.

Illuſtriſſimi Domini mei Archiepiſcopi mandato.

Lic. Damian. Monfort. Secretarius.

LEC-

LECTORI.

HYacintus Arpalegus, *Auctor incognitus, patronus acerrimus ſententiæ affirmãtis Deiparam in Conceptione fuiſſe originali labe infectam, libellum compoſuit hoc titulo inſcriptum;* Libellus ſupplex, in quo quomodo ſpectantia ad proximam definibilitatem, ſententiæ negantis contractionem labis originalis, in Beatiſſima Deipara, SS. D. N. Innocentij Papæ Decimi, iudicio, & examini ſubijciuntur, *quo ſententiam affirmantem, quam non poterat diſcooperto vultu extra clauſtra ſilentij, ubi Apoſtolica detinebatur iuſſione, educere, alieno diſſimulatam habitu, & pallio definibilitatis opertam, non modo in theatrum diſputationis intruderet, verùm etiam in aulam Summi Pontificis introduceret, ut quaſi uxor Ieroboam habitu commutato incognita, de ſalute filij iam iam morituri conſultura, ut quid ei euenturum eſſet ſcire poſſet, ingrederetur. Verùm quemadmodum illa ſonitu pedum ſe prodidit, ſic iſte paſſibus ſe manifeſtauit ſuis. Nam poſt traditam in genere doctrinam de ijs, quæ ad definitionem alicuius veritatis deſiderantur, tam audacter inuehitur in ſententiam negatiuam, ut concludere præſumat, nulla ex capite eam eſſe definibilem, inſuper ſicut affirmatiuam eſſe ſilentij cineribus inuoluendam. Sed audiet fortaſſe à Sũmo Paſtore, quod audiuit illa à Propheta;* Ingredere uxor Ieroboam, quare aliam te ſimulas, ego enim miſſus ſum ad te durus nuncius. *Nam ſperamus fore, ut ſicut illa accepto reſponſo de futura mox filij morte, in domũ ſuam reuerſa eſt triſtis, ſic ſententia affirmatiua in Apoſtolici Oraculi voce definiente negatiuam, audita, iam omni ſpe deſtituta in domum ſilentij, & obliuionis recludatur in æuum.* Hac *ſpe concepta aggredimur certamen iſtud, & pro modulo noſtro, exiliſque ingenij, ſtudiorumque no-*

ſtrorum.

ſtrorum tenuitate contra Arpalegum inſurgimus, bellumque pro veritate (cuius deuotionem ab ipſis incunabulis in corde gerimus, & quam obtinuiſſe ſtatum, in quo extitere veritates iam definitæ, antequam definirentur, & docuimus in Gymnaſijs, *& in* Eccleſijs *prædicauimus) ipſius veritatis armis ſuſcipimus: non verborum contentioſis rixis, quamuis non leuem paſſim Arpalegus præbeat occaſionem; nobiſcum quaſi cum* Pelagianis, *Arianis, Sabelianis agens, eiſdem verbis nos ſugillans, quibus Auguſtinus, aliique* Patres, *hos inſectabantur hæreſiarchas. Nonnunquam teſtimonia* Sanctorum *detruncans, nonnunquam verba ſubtrahens, aliquando ſenſum inuertens, ex diuerſis, ſciſſiſque periodis, vnam intexens: nunc nos* Nouatores *appellans,* Scripturarum, *&* Fidei *deſtructores, & alia id genus, indigna proferens, vt ſuis adnotabimus locis, vbi vel teſtimonia integra dabimus, vel verum eorum ſenſum aperiemus; vt propterea male vſum illis fuiſſe contra nos Arpalegum, & non ſine fraude poſſit facilè intelligere. Sed ne quis exiſtimet, defuiſſe nobis teſtimonia Sanctorum, quibus poſſemus carpere Arpalegum, ſi liceret eius ſequi veſtigia, nec vellemus intra modeſtæ diſputationis limites contineri, ſubijcimus vnicum Auguſtini teſtimonium (vno, vel altero verbo ſubtracto modeſtiæ cauſa) ex lib. 6. contra Iulianũ c. 8. ex quo ſæpius ipſe excerpſit verba, quibus verberat aſſertores ſententiæ negatiuæ. Arrogabat ſibi Iulianus vnico libello à ſe compoſito, & oblato, litem eſſe terminandam, & omnium contentionẽ de peccato originali dirimendam, quæſtionem quo ſilentio eſſe ſopiendam; cui Auguſtinus his verbis reſpondet;* Abſit vt mihi apud Catholicos arrogem, quod tibi arrogare non pudet, vnus ſum è multis, qui veſtras nouitates, vt poſſumus, refutamus, ſicut vnicuique noſtrũ Deus partitus eſt menſurã fidei. *Et infra, quia Catholicos viros, contumelioſis verbis inſequebatur, addit;*

Nec

Nec nomine ſellulariorũ opificũ, derideas membra Chriſti, memento quod infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. *Abſit, inquam quod mihi inter tot grauiſſimos Patres, & Doctores pro ſentẽtia negatiua decertantes, arrogem, quod Arpalego inter nos arrogare non pudet finem liti dare ſuo libello intentans; unus ſum è multis qui nouas eius argutiones confutamus, neque cõtentionem verborum quærimus, ne nos Apoſtolica corripiat reprehenſio,* 1. *Corinth.* 3. Cum enim ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundũ hominem ambulatis? *Sed veritatis indagationem inquirimus, quam ſine diſputatione obtinere non poſſumus;* Quærentes enim veritatem ſine diſputatione, *aiebat Philoſophus in Metaphyſicis,* ſimiles ſunt quo tre ignorantibus, *diſputandum nobis pro veritate eſt, non verbis contendendum.*

Huic ergo confutando libello hanc præſcribimus methodum, ponimus ordinatim diſputationes, articulos & ſubarticulos Arpalegi, ſæpius eius verba transſcribimus. Admittimus, quæ admittenda iudicamus, vel abſolutè, vel cum aliqua limitatione, aut addito; quæ impugnanda videntur, impugnamus, & ex ipſius Arpalegi doctrina, & argumentis hanc veritatem eſſe proxime definibilem cõuincimus. Ipſa Beatiſſimo Virgo Maria, ſapientiæ Mater, nobis aſſiſtat pro ipſa certantibus, veramque ſapientiam nobis largiatur, vt quæ de ipſa recta dicimus, rectè dicamus. Vale.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISPVTATIO PRIMA.

Quænam ſint requiſita, vt aliqua propoſitio ſit vltimò diſpoſita, vt diffiniatur tanquam de Fide.

LONGAM de hac re diſputationem intexuit Arpalegus, breuiter eam reſumimus, quia de principijs agit, in quibus conueniendum eſt, vt æquo tramite procedamus. Ideoquè hìc, nec eius verba ſicut infra tranſcribimus, nec eum omnimodè impugnamus, ſed eius doctrinã aliqua animaduerſione declaramus.

Primo articulo probat, definitionem Pontificiã *eſſe declarationem, & propoſitionem alicuius veritatis implicitè contenta in ſacra Scriptura, vel Traditionibus, proponendo eam Eccleſia, vt credendam explicitè fide diuina*. Hoc enim eſt, quod Summus Pontifex in rebus ad Fidem pertinentibus facere poteſt. Neque enim poteſt nouam fidem condere, ſed contenta in Scriptura, vel Traditionibus, populis proppo-

nere, & declarare credenda; ſicut non poteſt facere ſanctos, ſed eos, quos Deus gratia ſua ſanctos efficit, ac ſub occulto humilitatis velamine deliteſcunt, & quorum virtutes Deus patefacit, vt ſanctos venerandos declarare, & populis proponere, quod facit præmiſſis debitis diligentijs eos canonizando.

2 Hæc doctrina indiget declaratione. Nam dupliciter poteſt Summus Pontifex ad diffiniendum procedere, licitè ſcilicet, & validè. Vt validè definiat nullis adſtringitur regulis. Nam caſu poſſibili, vel impoſſibili, quod temere, & illicitè procederet, ſi tamen definiret, licet peccaret, teneret factum, & res eſſet definita. Quia infallibilitas rerũ fide credendarum dependet ex infallibili aſſiſtentia Spiritus ſancti, quæ non eſt alligata licitæ actioni Pontificis, ſed eius declarationi cum intentione definiendi ex Dei promiſſione. Sicut præſentia Chriſti in Sacramento Altaris, non eſt alligata licitæ pronuntiationi verborum formæ, ſed eorum prolationi cum intentione conſecrandi ex promiſſione Chriſti, vi cuius, ſiuè temerariè, & ſacrilegè, ſiuè prudenter proferantur verba à Sacerdote, ponitur ſub ſpeciebus: ergo ſimiliter erit ſi Summus Pontifex per poſſibile, vel impoſſibile aliquid declararet de fide, licet peccaret ſi temere, & illicitè procederet, de veritate definita dubitari non poſſet. Nec ideò diceretur nouam fidem condere, ſed declarare de nouo aliquid de fide. *Hoc latiùs pertractat P. Ambroſ. Peñaloſa in ſuis vindicijs Deiparæ, diſp. 12. cap. 1. §. 2. ex Caſtro Palao, Suar. & alijs.*

alijs. Ad hoc ergo vt licitè Summus Pontifex procedat ad definitionem, verum eſt quod Arpalegus docet, cum hoc tamen addito, quòd quando non datur locus Scripturæ clarus, vel Traditio certa, poſſint ſufficere ſummo Pontifici (cui, vt in articulo ſecundo probat Arpalegus, non eſt præſcribenda forma, ex qua debeat metiri quantitatem, & qualitatem vltimæ diſpoſitionis) miracula probata ab ipſa Sede Apoſtolica; ſicut ſufficiunt ad canonizationem ſanctorum, & ſufficere ad non reprobandũ aliquid tanquam hæreſim, vel admittendam aliquã doctrinam vt catholicam, probauit Henricus Calzaizen eximius Theologus Dominicanus, in oratione habita in Concil. Baſilienſi contra tertium articulum Boemorum, cuius verba dabimus diſput. 3. à num. 20. Imò ad oſtendendum aliquam veritatem contineri in Scriptura, miraculis vtitur Eccleſia, quibus, vt docuit Gregorius Magnus, ipſa enutrita eſt. Chriſtum etiam miraculis probaſſe ſe eſſe Meſſiam teſtantur Euangelia. Sic B Dominicus, celebri illo miraculo libri in ignem immiſſi, & illæſi, hæreticos Albigenſes confundit, & doctrinę, quam prædicabat, veritatem comprobauit: vnde hic modus probandi, vel confirmandi per miracula aliquã veritatem, non poteſt dici extraordinarius in Eccleſia, vt vult Arpalegus, ſed hodie non tam communis, cum iam ſit Eccleſia fundata, nec miraculis viſibilibus Fides ſit iam enutrienda, vt idem Gregorius docuit. Neque neceſſe eſt, vt miracula coram Summo Pontifice, vel Concilio fiant, vt videtur velle Arpalegus; quia perinde eſt, ac ſi à ummo

mo Pontifice, vel Concilio approbentur; quæ enim à Sede Apoſtolica approbantur, coram ipſa fieri dicuntur. Imò addo poſſe ſummum Pontificem ſine expreſſo loco Scripturæ, neque Traditione, neque miraculis, ductum rationibus animum ſuum mouentibus, aliquam veritatem declarare ab omnibus tenendam, ita vt oppoſitum ſentientes veniant puniendi pœnis hæreticorum, vt de fide ſuſpecti, vti factum eſſe de abſolutione collata abſenti, & alijs dicemus infra: vnde explicatio illa definitionis pontificiæ iuxta prædicta eſt intelligenda.

3 In ſecundo articulo probat, ad accingendum ſe ſummum Pontificem ad definitionem alicuius veritatis, conſtare debere eam eſſe in Scriptura, vel Traditione, idque debere oſtendi per SS. PP. Theologorum, ac Conciliorum teſtimonia, quæ ſunt canales, quibus vincta eſt purpura Regis, imò ipſum caput Regis vinctum eſt; ita vt neque ad nos deſcendat, neque nos ad caput Regis per veritatis intelligentiam aſcendamus, niſi per iſtos canales.

4 Addit præmittendas eſſe debitas diligentias à ſummo Pontifice, tanquam diſpoſitiones ad introducendam in ſubiecta materia, vel educendam formam denfiitionis, non tamen eſſe præſcriptam in Eccleſia aliquam normam, qua debeat metiri quãtitas, vel qualitas diſpoſitionum, quia non omnes propoſitiones æqualibus indigent diſpoſitionibus; vnde fieri poteſt, vt diſpoſitio, quæ reſpectu vnius propoſitionis eſt vltima, reſpectu alterius non ſit vltima. Hoc autem iudicium relinquendum eſſe ipſi ſummo Pontifici, qui ſicut in definitione errare

non

Digitized by Google

non poteſt, neque temerariè in illis poteſt procedere, atque adeò neque in iudicando veritatem aliquam perueniſſe ad ſtatum proximę definibilitatis.

5 Doctrina huius articuli vera eſt, & ex ea cõfirmatur additio à nobis ſupra poſita, quia ſi ſũmus Pontifex iudicaret, reddi aliquam propoſitionem diffinibilem per miracula probata, etiam non ſtante teſtimonio Scripturæ expreſſo, poſſet procedere ad definitionem: tum etiam poſſet iudicare aliquã propoſitionem perueniſſe ad ſtatum definibilitatis, licet Concilia, & Patres de ea locuti non ſint: ſic enim aliquæ veritates à primis Concilijs, antequã Patres floruiſſent, definitæ ſunt, & poſſet ſummus Pontifex extra Concilium definire.

6 In articulo tertio probat, Eccleſiam maximè attendere ſententijs Patrum ex eorum ſcriptis non dubijs, ſed ab omnibus communiter receptis, excerptis, vt iuxta illas catholicas veritates definiat. Hoc benè probat, tàm ex Eccleſiæ praxi, quàm authoritatibus Patrum ipſorum, & obſeruatione Conciliorum, præſertim Tridentini ſeſſ. 5. vbi ad inſtruendos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, ſacrarum Scripturarum, & Sanctorum Patrum, ac probatiſſimorum Conciliorum teſtimonia, & ipſius Eccleſiæ iudicium, & conſenſum ſequens, ait decernere quæ ad doctrinam de peccato originali ſpectant. Hoc etiam eſt verum cum intelligentia ſupra adhibita, quòd ſi ſummus Pontifex iudicaret aliquam eſſe diſpoſitionem vltimam modo iam dicto, poſſet ſine dubio ad definitionem accedere.

7 In articulo quarto aſſerit, recentiorum Doctorum Theologorum authoritatem ad definitionē alicuius veritatis, eatenus conducere, quatenus Patribus conformatur. Probat ex illo Cantic. 4. vbi dicitur de Sponſa: *Sicut turris Dauid collum tuum*; per collum ſanctos Patres intelligi, per clypeos, & omnem armaturam fortium ſcholaſticos Doctores ex collo Patrum pendentes. Confirmat ex Rabbi Emanuel in illud: *Beatus homo, qui inuenit ſapientiā*, vbi dicit debere aſcendi ad ſapientiam per gradus ſcalæ, qui gradus, ex Caſiodoro, ſunt ſancti Patres. Idem etiam ex Baſilio, & Gregorio Magno deducit, lib. 36. moral. cap. 12. vbi de Doctoribus modernis ait: *In virtute antiquorum Patrum, qui poſtmodum ſunt, ſubrogantur, quia & cum annoſa arbuſta ſuccidantur, in eorum robore virgulta ſuccreſcunt.* Et etiam rationibus probat; quæ omnes ad vnum caput reducuntur, quòd ſcilicet moderni DD. ſunt in Eccleſia militante veluti Angeli inferiores reſpectu ſuperiorum Eccleſiæ triumphantis; at illi non illuminantur, niſi iſti priùs illuminentur, vnde moderniores poſſunt antiquitùs reuelata, diſputatione exornare, non tamen magis penetrare veritates catholicas, de quibus antiqui PP. propinquiores Chriſto maiorem lucem acceperunt; ex quo fit, vt eatenus debeant eorum dicta conducere, quatenus eam doctrinam didiſcere à SS. PP.

8 Addit articulo quinto, non omnes Scriptores huius temporis, Prædicatores, Magiſtros, Prælatos Religionum, imò neque omnes Epiſcopos, eo ipſo quòd tali titulo gaudeant, fungi authoritate Do-

ctorum

Digitized by Google

ſtorum Eccleſiæ, vbi multus eſt in inpugnando, Pozam ſugillans, & carpens eum quòd vſurpauerit ſibi authoritatem tribuendi titulum doctoratus Eccleſiæ, quod ad ſummum Pontificem priuatiuè pertinet: quòd Patrum errores aliquos materiales in vnum coaceruauerit, quaſi nuditatem Noee, vti filius in verecundus noluerit operiri pallio, cùm non aduertat ipſe Arpalegus, ſe nuditatem matris Mariæ velle omnibus manifeſtari; inſuper & authoritatem iudicandi de proxima definibilitate, quod iudicium ſoli ſummo Pontifici competit, ſibi aſſumere. Quòd ſi dicat ſe omnia ſubijcere iudicio primæ Sedis, id ipſum dixit Poza, & tamen ipſe de vſurpata ſibi authoritate pontificia reum condemnauit: ſed neque noſtri inſtituti eſt Pozam defendere, neque voluntatis noſtræ Arpalegum carpere.

9 Conuenio cum Arpalego, cum hac tamen additione, vel aduertentia; in primis quòd licet moderni Doctores cùm SS.PP. communi conſenſui opponuntur, audiendi non ſint: tamen non ſunt ità deprimendi, vt nulla eis authoritas in ordine ad definitionem concedatur. Siſtendum eſt in medio, vbi ſiſtunt virtus, & veritas; nec extollantur, vt omnis eis authoritas, etiam contra Patres tribuatur, neque deprimantur, vt nulla concedatur independẽter à Patribus, id eſt quando Patres non conueniãt vnanimi conſenſu. Præſentes enim Doctores licet, vt dixit Gregorius ab Arpalego citatus, *ſicut virgulta ſuccreſcunt in virtute, & robore arbuſtorum, quæ ſucciduntur*, tamen eorum loco ſubrogantur, vt ibidem dixit Sanctus, & vt alibi docuit, *ſunt ſuccedentium*

tium populorum Patres, & praecedentium filij, vnde etiam ipſi Patres ſunt conſtituti, ideoque non immeritò cognominantur catuli, & Auguſt. in illud Pſalm. 44. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij*, idem docuit: ac proindè duplici funguntur authoritate. Prima eſt; vt quando Patrum antiquorum conſenſus vnanimis non eſt, vel ſenſus obſcurus, præſentes Doctores ſint, qui eos concordent, vel explicent, ne contingat, vt paruulis panem petentibus, non ſit qui frãgat eis. Neque enim debemus vocare Sanctos ex ſarcophagis, vt ſuum ſenſum nobis aperiant, & ſuſcitare cum Saule Samuelem. Secunda eſt, vt in his, de quibus PP. non diſputauerunt, vel congreſſum cum hæreticis non habuere, poſſint, & debeant conſuli, & ſtandum ſit maiori parti eorum, ſunt enim ſubſequentium patres, ſicut fuerunt præcedentium filij.

10 Quanti autem valere poſſit apud Sedẽ Apoſtolicam in ordine ad definitionem, recentium Doctorum authoritas, vel inde colligere poteſt Arpalegus, quod nunc præſumit, nihil fortè retardare huius negotij definitionem, niſi modernorum Thomiſtarum ſuffragium; ſi enim in hanc partem inclinarent omnes Theologici Dominicani, neque iniuriam irrogati doctrinæ Angelici Doctoris iudicarent (vt non irrogari iudicarunt multi eiuſdem Familiæ, & probabitur infra) fortè non ſcripſiſſet Arpalegus libellum iſtum, & piè intellectis SS. PP. ſententijs, quæ contrariæ videbantur, nihil obſtare putaret, ſicut non obſtare probabimus infra.

11 *Porrò* eſſe hodie in Eccleſia, & fuiſſe ſemper

viros,

viros, qui titulo PP. & DD. Eccleſiæ gaudere debeant, quique inſigniti ſint illis qualitatibus, quas adducit S. Antonin. cit. ab Arpalego, quæ sũt humilitas, fructuoſum ſtudium, receſſus à rebus ſæcularibus, earumque contemptus, & bonitas vitæ, inficiabitur nemo pius, & catholicus, pertinet enim ad Dei prouidentiam indeſinẽter prouidere Eccleſiæ ſuæ miniſtros, & Doctores: vnde Gregor. lib. 4. in cap. 3. Iob, ad illa verba: *Cum principibus qui poſſident aurum*, ait; *Quos alios Principes, niſi ſanctæ Eccleſiæ Rectores vocat, quos indeſinenter in loco prædicatorum præcedentium diuina diſpenſatio ſubrogat, de quibus eidem Eccleſiæ Pſalmiſta ait; Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes, &c.* Quinam autem ſint, qui nunc fungantur in Eccleſia officio Doctorum, ad quos attendere debeat ſummus Pontifex, relinquamus arbitrio ipſius ſummi Arbitri, & Iudicis, qui à nemine iudicatur. Si autem quod ſẽtimus dicere liceat, ex nunc viuentibus iudico, DD. nomine cenſendos illos, quos conuocaret S. Pontifex ad Concilium, & quorum ſuffragia expoſceret ad definiendam iſtam, vel aliam veritatem; ex illis verò, qui iam obierunt, illi, quorum ſcripta pietatis, & charitatis plena, ab Eccleſia approbata ſunt, crederem conſulendos. Vnde Cardinales Bellarminus, & Baronius, & alij huius notæ viri, ſine nota poſſunt iudicari benemeriti titulo Doctoris.

12 Tandem articulo ſexto probat Arpalegus non conducere, maximè ad definitionem alicuius propoſitionis, clamorem populi, & ſæcularium Principum preces, præciſè ſumptas, non enim debent

bent mouere Principum, & Regum inſtantiæ, & ſupplicationes efficaciter ſummum Pontificem, vt iuxta eorum palatum, & placitum ſtatuat, & definiat tanquam catholicas eas veritates, quæ in Sacra Scriptura latent. Hoc probat ex illo Exodi 19. & 23. vbi populus præcipitur, ne cum Moyſe ad mõtem aſcendat, ſed ſiſtat intra præſcriptum terminum.

13 Hanc doctrinam admittendam eſſe iudico, & cautè appoſuiſſe illud, *præcisè ſumptas*; hoc enim præcisè colligitur ex citato loco, nam ſæcularium Principum preces, & populi clamor, quando fulciuntur pietate, & authoritate Principum Eccleſiaſticorum, nec debent dici tumultuariè procedere, neque ad eorum palatum ſummum Pontificem definire, ſed eorum pietate perſpecta, quam fouēt viri timoratæ conſcientiæ, Theologi, Religionum Prælati, & vniuerſitates celeberrimæ, quare non poteſt dici non cõducere ſuo modo. Vnde Auguſt. lib. de vtil. credendi c. 14. *Ego nullis me video credidiſſe, niſi populorum, atque gentium confirmata opinionis, ac fama admodum celeberrima*. Eccleſia vt procedat ad canonizationem alicuius Beati, interrogat, an populus frequens ſit ad eius ſepulchrum, an ibi preces fundant fideles, an Principes, & viri nobiles eò ſe conferant ad impetranda à Deo beneficia. Similiter attenduntur inſtantię Catholicorum Principum ad congreganda Concilia, quò etiam mittũt Legatos ſuos, vbi licet placitum diffinitiuum non habeant, Eccleſia eorum pietati attendit, & ſuo modo conferre ad ſtabiliẽdam definitionẽ comprobat.

DI-

Digitized by Google

DISPVTATIO SECVNDA.

De proxima diffinibilitate opinionis negatiuæ maculæ originalis peccati in Beata Maria ex medijs intrinſecis.

ARTICVLVS PRIMVS.

An ſit probabile quòd neutra opinio circa materiam de Conceptione Beatę Virginis, ſit abſolutè, & ſecundum ſe diffinibilis ab Eccleſia.

PRæter tradita diſp. 1. nonnulla ſupponit num. 1. Arpalegus. Primò, *eas tãtum propoſitiones eſſe diffinibiles, quæ continentur expreſsè in Scriptura, vel expreſsè ab illa deducantur factis aliquibus debitis diligentijs*. Hæc ſuppoſitio iam ſupra explicata eſt, & iuxta ibi dicta eſt accipienda.

2 Supponit ſecundò, *Eccleſiam cohiberi in diffinitionibus iuxta terminos Sanctorum Patrum, quorum dictis, ſi fundantur in ſacra Scriptura, poſtponuntur decreta Pontificum, ex Bandelo.*

3 Quidquid dicant Bandelus, & Arpalegus,

docet S. Thomas, authoritatem Eccleſiæ, quę principaliter reſidet in ſummo Pontifice, præferri debere authoritati cuiuslibet Doctoris, etiam Hieronymi, & Auguſtini, ita enim habet 2.2.q.10.ar.12. *Maximam habet authoritatem Eccleſiæ conſuetudo, quæ ſemper eſt in omnibus æmulanda, quia & ipſa doctrina Catholicorum Doctorum ab Eccleſia authoritatem habet: vnde magis ſtandum eſt authoritati Eccleſiæ, quàm authoritati Auguſtini, vel Hieronymi, vel cuiuſcumque Doctoris*. Et ipſe Arpalegus docet infra diſp. 3. art. 5. & rectè, authoritatem ſummi Pontificis eſſe pręferendam omnibus Patribus, etiam in Concilio exiſtentibus, & ipſi Concilio. Quod his verbis dixit Silueſter v. fides quæſt. 6. *ex quibus patet quod ſententia concily robur accipit à confirmatione Papæ, & quod declaratio dubiorum in fide pertinet ſolum ad eum, vt extr. de bapt. c. maiores, vnde ſi Concilium, & Papa diſſentirent in dubio fidei, quod poſſibile eſt prima fronte, non finaliter, cum neutra pars errare poſſit finaliter. Tandem ſtandum eſſet ſententiæ Papæ ſi per impoſſibile Concilium finaliter erraret, quia remota auctoritate Papæ Concilium, eſt Conciliabolum*, vt patet diſt. 17. per totam, vnde S. Thom. dicit 2.2. quæſt. 2. art. 3. *quod auctoritas vniuerſalis Eccleſiæ in determinando de fide principaliter reſidet in Pontifice ſummo.*

4 Supponit tertiò, *ſufficere duos, vel tres Patres conuenire in aliqua doctrina, cui nullus alius Pater contradicat, vt oppoſita non ſit definibilis*. Hoc dictum Arpalegi intellige, niſi adſit locus Scripturæ, vel aliud ex motiuis ad definibilitatem, de quibus ſupra num. 3. quod iudicet ſummus Pontifex ſuffice-

re

Digitized by Google

re non obſtante authoritate dictorum Patrum.

5 Supponit quartò, *non ſufficere ad definitionem actualem, quòd aliqua veritas ſit in Scriptura, vel defendatur communiter à Patribus, ſi non ſit neceſſaria ad inſtructionem fidelium, quia ſicut Deus non facit omne poſſibile, ita Eccleſia non definit omne definibile, ſufficere tamen quod aliqua propoſitio contineatur in Scriptura, vel aſſeratur communiter à Patribus, vt non poſſit oppoſita definiri*. Vbi tandem obſeruat contra Pozam non poſſe aliquam veritatem definiri, ſi ſolo lumine naturæ ſit nota, & non detur locus Scripturæ, in quo contineatur. Ad quod probandum ſic arguit: *Veritas definibilis eſt veritas ſupernaturalis, poſt definitionem enim ſpectat ad fidem; ſed veritas ſupernaturalis non continetur in principijs naturalibus; ergo nulla propoſitio eſt definibilis ex mera ratione naturali.*

6 Hæc doctrina in primis videtur non nihil habere ſophiſtici velaminis; nam dicere nunc non ſufficere ad definitionem, quòd aliqua veritas contineatur in Scriptura, cùm ſupra ſuppoſitum ſit, ad proximam definibilitatem ſufficere quòd in illa cõtineatur, videtur eſſe idem, ac dicere non ſufficere ad definitionem alicuius propoſitionis, quòd ſit proximè definibilis: ſi ergo præter contineri in Scriptura, requiritur ad definitionem vtilitas fidelium, non erit abſolutè loquendo & per ſe proximè definibile, quod caret fidelium vtilitate. Quod cõfirmo ex doctrina, quam tradit Arpalegus infra diſput. 3. art. vlt. nam aſſerit probabiliter peccaturum ſummum Pontificem, ſi non definiret Conceptionẽ ſtante eius proxima definibilitate: vel ergo peccaret

ret ſi non definiret, quando adeſſent alia requiſita, deficiente inſtructione, vel vtilitate fidelium, vel non: ſi peccaret; ergo fidelium vtilitas non eſt requiſitum ad actualem definitionem, quia ea non ſtante tenetur Pontifex actualiter definire: ſi non peccaret: ergo vtilitas fidelium eſt requiſitum ad proximam definibilitatem, cùm ea deficiente deficiat obligatio definiendi, qua vinctus eſt Pontifex ex vi proximæ definibilitatis.

7 Dicimus ergo ad proximam definibilitatem ſufficere quæ ſupra monuimus, & hoc etiam ſufficere ad actualem definitionem, ſi accedat ſummi Pōtificis decretum, qnia poſita proxima definibilitate, nihil aliud requiritur, quàm Pontificis ſummi voluntas, & decretum, quo actu definiatur; ſicut ad actuale eſſe creaturæ, nihil aliud requiritur ex parte ipſius, quàm intrinſeca poſſibilitas, accedente Dei mera, & libera voluntate applicante omnipotentiam ad eius productionem; cum quo benè ſtat, quòd ſicut Deus non producit omne poſſibile, ita Pontifex non definiat omne definibile, quia dependet ex ipſius iudicio, & ſupremo arbitrio (quod noſtrum non eſt ſcrutari) hìc, & nunc in actu ſecundo definitionem ponere: ſicut ad occultiſſima Dei iudicia ſpectat hìc, & nunc ponere in actu ſecundo poſſibilem creaturam.

8 Hæc dixerim, non quia deſit noſtræ veritati vtilitas fidelium, vt infra probabitur, n. 20. ſed vt vitarem nonnullam cauillationem, quam ſicut anguem ſub herba hìc latere ſuſpicabar.

9 Illud, quod obſeruat contra Pozam admitti-

mus,

Digitized by Google

mus, licet argumentum mihi non videatur conuincere, nam tàm maior, quàm minor falſificari poſſunt; illa enim maior, *veritas definibilis eſt veritas ſupernaturalis*, abſolutè eſt falſa, quia veritas naturalis, ſi cõtineatur in Scriptura, eſt definibilis. Nec obſtat dicere, quòd poſt definitionem pertinet ad Fidem, quia poſt definitionem non eſt definibilis, ſed definita. Minor etiam eſt falſiſſima, quia ex eo quòd veritas ſupernaturalis non contineatur in principijs naturalibus euidenter, non ſequitur non eſſe definibilem veritatem naturalem, ſed potius ex eo quòd veritas naturalis contineatur euidenter in principijs naturalibus; nam medium ducens in euidentem rei notitiam nequit eſſe medium fidei, quæ non eſt cognitio euidens, ſed obſcura; vnde relinquitur veritatem naturalem non poſſe definiri ex medijs naturalibus, quia iſta vel ducunt in cognitionem incertam obiecti, vel in cognitionem certam,& euidentem, quod vtrumque repugnat Fidei, quæ eſt cognitio certa, ſed non euidens.

10 His poſitis ponit Arpalegus ſuam concluſionem in hunc modum num. 2. *Neutram partem contradictionis circa Conceptionem Beatæ Virginis Mariæ eſſe definibilem, neque expedire vt ſummus Pontifex ad eã definiendam ſe accingat* (ſed addit hanc proteſtationem) *quod quidem probabiliter aſſero, & cum omni ſubiectione ad Eccleſiam Romanam, & maiorum correctionem*. Proteſtatio prorſus contraria facto, nam ſimilis proteſtatio inuenitur in ſcriptis Pozæ, quem Arpalegus de vſurpata authoritate pontificia circa titulum doctoratus Eccleſiæ redarguit, quia priua-

tiuè

Digitized by Google

tiuè pertinet ad ſummum Pontificem hoc iudicium; ſimiliter etiam pertinet iudicium de definibilitate proxima.

11 Duo ſumit probanda in concluſione. Primùm, neutram partem eſſe definibilem. Secundùm, neutram expedire vt definiatur. Sed eſto hoc probauerit de affirmatiua, quod libentiſſimè concedimus; de negatiua oſtendere conabor non probaſſe. Probatque generaliter de vtraque parte non poſſe definiri hac ratione. *Nam ſtante veritate ſacra Scriptura, vtraque pars iuxta pontificia decreta poſt tot factas diligentias, tutò, & ſine periculo defenditur, neutraque pars conducit neceſſariò ad inſtructionem fidelium, & vitam æternam; at iuxta Auguſtinum huiuſmodi propoſitiones ſunt non definibiles; ergo neutra pars eſt definibilis. Maior probatur, quia ſi aliquid obſtaret parti negatiua, maximè quia non videtur ſaluare, quòd omnes in Adam peccauerunt, & alia loca Scriptura: ſed ex Concilio Tridentino conſtat, in decretis de peccato originali, his propoſitionibus fidei non contrariari euidenter ſententiam negatiuam, & cum eis componi; ex altera etiam parte nullus Scriptura locus aſſignatur, cum quo optimè non componatur ſententia affirmatiua, vt infra videndum eſt; ergo neutra pars eſt definibilis.* Minorem ſupponit probatã ex verbis Auguſtini de peccato originali contra Pelagium, & Celeſtidum lib. 2. cap. 23. citatis ab ipſo, vbi Auguſtinus videtur docere dari aliquas veritates non definibiles, his verbis: *In quibus ſalua fida, qua Chriſtiani ſumus, aut ignoratur quod verum eſt, aut ſententia definitiua ſuſpenditur, aut aliter quàm eſt humana, & infirma ſuſpicione conijcitur.*

13 Sed hæc probatio nulla eſt, nam illa maior; *vtraque pars æquè tutò, & ſine periculo defenditur*, in primis eſt falſa, etenim negatiua palam, & publicè in concionibus, concluſionibus tutò defenditur; affirmatiua verò minimè, neque tutus eſſet à Pontificia indignatione, qui publicè, & palam prædicaret Virginem fuiſſe in peccato originali cõceptam. Quod & ipſe Arpalegus fatetur in obteſtatione ad diſputationes ſequentes, vbi ne alicuius ſtomachũ commoueret, quòd plura ex fundamentis, quæ affert ad probandum ſuum aſſumptum, probarent ſententiam affirmatiuam, atque adeò videri contrauenire decretis Pontificum ſcribens de definibilitate: reſpondet ſe non ſcribere de myſterio Conceptionis ſecundum ſubſtantiam, ſed de circumſtantia definibilitatis: *Circa quam ſciendum eſt*, inquit, *nondum emanaſſe decretum vetãs agi de proxima definibilitate*, vnde ſe tutum exiſtimat ab incurſione cenſurę, & pœnarum, à quibus non eſſet immunis ſi agens de Conceptionis myſterio, affirmatiuam ſententiã directè defenderet: ergo non æquè tutò vtraque pars defenditur.

14 Confirmatur: nam Patres Dominicani, vt poſſent inter ſe agere de hac materia, indiguerunt diſpenſatione, quam à Sede Apoſtolica multis precibus impetrarunt; diſpenſatio autem ſupponit legem prohibentem: aſſertores verò negatiuè non egent diſpenſatione, vt poſſint non ſolùm inter ſe, ſed publicè de ſua ſententia loqui: ergo non defenditur æquè tutò vtraque pars,

14 Deinde dato quòd maior eſſet vera, non in-

de inſertur nō eſſe definibilem alteram partem. Nā de omni veritate definita fuit verum dicere, donec peruentum eſt ad definitionem, vtramque partem poſſe tutò defendi, & ſine periculo ſaltem notæ hęreſis: nam donec Summus Pontifex alteram partem de fide declarauerit, poteſt ſine nota hæreſis ei oppoſita defendi, imò ſine vlla cenſura aliquando: ergo benè ſtat, vtramque partem tutò defendi, & alteram poſſe definiri. Quod poterat varijs exemplis probari: nam Patres Græci æquè tutò defendebant Spiritum ſanctum à ſolo Patre procedere, ſicut Latini, qui dicebant procedere etiam à Filio, donec congreſſis manibus in Concilio Florentino definitū eſt procedere ab vtroque. Ciprianus æquè tutò defendebat, nullum eſſe baptiſma ab hæreticis collatum, donec contrarium definitum eſt. Mendacium aliquando eſſe licitum non pauci Doctores, docuerunt, inter quos Maximus eſt Hieronymus, & donec contrarium definitum eſt, tuti erant. Abſolutionem collatam abſenti eſſe validam, vſque ad decretum Clementis VIII. æquè tutò defendebatur. Tandem, vt alia omittam, quæ congerit Ioſephus Guarnizo, è Societate Ieſu, qui dum hæc ſcriberē, Memoriale de hac materia typis mandauit, & Eminentiſſimo Domino Cardinali Toletano obtulit; Sāctus Thomas æquè tutò defendebat, & à ſuis diſcipulis tutiſſimè defendi poterat, effici irregularem, qui alterum occidit ſe defendendo, donec contrarium in iure nouo Clementina vnica determinatum eſt: vnde Caietanus 2. 2. quæſt. 64. artic, 7. dixit, quòd ſi hæc lex tempore Sancti Thomæ extitiſſet,

non

Digitized by Google

non ſcripſiſſet hæc: ergo de veritatibus iam definitis poteſt dici, quòd eis oppoſitæ tutò defendebantur, antequam ipſæ definirentur.

15 Præterea de facto non dubitant Doctores Thomiſtæ aſſerere, poſſe definiri phyſicam prædeterminationem, & tamen altera pars æquè tutò defenditur. & Lorca citandus diſput. vlt. n. 18. docet, vnam ex duabus concluſionibus eſſe definibilem in materia de auxilijs, & vtraque pars tutò defenditur: imò non deſunt Theologi ab Arpalego citati, qui (neſcio quo iure) dicunt eſſe definibilem ſententiam affirmatiuam in materia de Conceptione, & tamen hoc non obſtante, ſententia negatiua tutiùs defenditur: ergo non ſequitur neutram eſſe definibilem, ex eo quòd vtraque tutò defendatur.

16 Confirmatur ex ſententia Arpalegi, argumento ſumpto à contrario ſenſu; nam de facto non æquè tutò defenditur, Virginem fuiſſe aſſumptam in Cælum in corpore, & anima, & non fuiſſe: & tamen Virginem fuiſſe aſſumptam in Cœlum in corpore & anima non iudicat Arpalegus, ex propria ſententia, perueniſſe ad ſtatum definibilitatis proximæ. Neque defenditur æquè tutò negatiua ſententia de infuſione habituum paruulis in Baptiſmo, & tamen affirmatiua non eſt proximè definibilis in ſententia Arpalegi, quia ſolùm eſt declaratum eſſe probabiliorem, quod etiam poſſe ad ſummum fieri de negatiua in materia Conceptionis non diffitetur: ergo ſicut licet non vtraque pars tutò defendatur, non ſequitur proxima definibilitas illius, quæ tutò defenditur; ita ex eo quòd vtraque pars æquè tutò

defendatur, non ſequitur quòd neutra ſit definibilis, ſed poterit altera eſſe definibilis, licet contraria tutò nunc defendatur: ſicut poteſt non eſſe definibilis, quamuis oppoſita non tutò defendatur.

17 In veritatibus ergo difficilibus, & valdè reconditis, bene ſtare poteſt, vt vtraque pars tutò defendatur, donec deueniatur ad actualem definitionem: ſicut donec Concilium Viennenſe decreuit ſententiam aſſerentem habitus infundi in Baptiſmo eſſe probabiliorem, vtraque pars æquè tuto defendebatur, & de alijs dictum eſt ſupra num. 14. præſertim ſi Pontifices ad maiorem veritatis indagationem, & maturius ferendum iudicium, concedant quæſtionem à partibus ventulati.

18 Minor etiam argumenti; *ſed huiuſmodi propoſitiones iuxta Auguſtinum ſunt nō definibiles*, eſt falſa: nam Auguſtinus loco citato non agit de definibilitate propoſitionum, nec tradit doctrinam generalem circa illam, ſed redarguit Pelagium, & Celeſtium, quòd hæreſim ſuam circa peccatum originale vellent defendere, dicentes oppoſitum non eſſe ab Eccleſia definitum, nec quæſtionem pertinere ad Fidem, hoc eſt ad veritates iam definitas, tanquā de fide. Vnde dicebant, aſſertionem negantem incurſionem peccati originalis in paruulis, licet eſſet falſa, non eſſe hæreſim, vt patet ex verbis Celeſtij citatis ab Auguſtino, ibi: *Iſtam præter fidem eſſe quæſtionem, & quia intra Catholicos conſtitutos plures aſtruere, plures deſtruere, licet quæſtionis res ſit iſta, non tamen hæreſis*. Et inquit Auguſtinus: *Id eum voluiſſe agere hac prolocutione præmiſſa, vt ſi quid in illo*

appa-

apparuiſſet erroris, non in fide, ſed in quæſtionibus, quæ ſunt præter fidem; videretur erraſſe. Et ſubdit ſtatim: *Sed multum eum fallit opinio, longè enim ſe habet quæſtiones iſtæ, quas eſſe præter fidem arbitramur, quàm ſunt illa, in quibus ſalua fide, qua Chriſtiani ſumus, aut ignoratur quod verum ſit, & ſententia definitiua ſuſpenditur, aut aliter quàm eſt, humana, & infirma ſuſpicione conijcitur*. Ex quibus verbis ſatis clarè conuincitur malè citari Auguſtinum ab Arpalego, cùm Auguſtinus hæc verba non dixerit loquendo de quæſtionibus definibilibus, ſed de definitis, & iam ad Fidem pertinentibus, ita vt oppoſitum aſſerere ſit hæreſis, ideoque damnet de hæreſi Celeſtium licet ipſe ab hac cenſura ſe liberare velit, aſſerens hoc non eſſe definitum, & ſic non pertinere ad fidem.

19 Deinde ex teſtimonio Auguſtini potiùs colligitur, veritates aliquas, *in quibus ſalua fide, qua Chriſtiani ſumus, &c.* eſſe definibiles, nam de his ait, *aut ignoratur quòd verum ſit, & ſententia definitiua ſuſpenditur*, (vbi vitium Arpalegi deprehenditur, qui pro *& ſententia, &c.* legit, *aut ſententia, &c.* quaſi nihil diſtarent) ergo ſupponit Auguſtinus poſſe cadere ſupra illas definitionem, licet donec ignoratur veritas, ſuſpendatur definitio; ergo falſum non eſt eſſe definibiles illas veritates, *in quibus ſalua fide, &c.* non enim ait Auguſtinus ſuſpendi definitionis ſententiam, quia non ſunt definibiles, ſed quia ignoratur quod verum eſt.

20 Quod autem veritas, de qua agimus, non ſit de illis, quas Auguſtinus aſſerit non valdè conducere ad fidem, patet ex eodem Auguſtino: nã quis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dicet

Digitized by Google

dicet eſſe eiuſdem qualitatis inquirere, an Enoch, & Elias viuant in Paradiſo, vel vbi ſit Paradiſus, vel quot ſint Cæli, vel quæ ſit cauſa defectus Solis, & Lunæ, & alia huiuſmodi; quibus exemplis vtitur Auguſtinus: ac inquirere, an Virgo fuerit exempta à generali regula incurſionis peccati originalis, hæc enim quæſtio pertinet ad cauſam mediatoris Dei, & hominis Ieſu Chriſti, & ad cauſam primi parentis: at veritates pertinentes ad hos duos homines eſſe definibiles, & pertinentes ad fidem, eſt expreſſa mens Auguſtini c. 24. citati ab Arpalego, ibi; *Quia in cauſa duorum hominum tota fides Chriſtiana conſiſtit, quorum per vnum venundati ſumus ſub peccato, per alium redimimur à peccatis*: ergo veritas, de qua agimus, eſt ex definibilibus. Maior probatur, quia per te ſi Virgo non eſt concepta in peccato ſequitur quòd vel non eſt filia primi hominis, vel non eguit redemptione ſecundi hominis: ergo agimus de veritate pertinente ad duos homines, in quorum cauſa ſecundum Auguſtinum tota Fides Chriſtiana conſiſtit, ac per conſequens de veritate definibili.

21 Probat deindè non expedire, vt altera pars definiatur, & quidem de affirmatiua benè probat hoc argumento n. 3. *Quia non expedit, quòd Eccleſia in medium proferat nuditatem matris ſuæ, iuxta illud Leuitici; Turpitudinem patris, vel matris tuæ non reuelabis, & qui reuelauerit turpitudinem Patris ſui, vel matris ſuæ, morte moriatur*. Optimum argumentum, quo poterat Arpalegus abſtinuiſſe ab huiuſmodi tractatu: quod enim iudicat non expedire vt faciat,

Eccle-

Eccleſia, qualiter ſibi expedire, potuit iudicare, ſæpiùs inculcans in hoc tractatu, eſſe communem Patrum ſententiam, Virginem fuiſſe in peccato conceptam, hancque eſſe magis conformem ſacris literis, & magis piam vocans ſententiam reuelantem matris maculam, vt infra conſtabit.

22 Modò probat in particulari non poſſe definiri ſententiam negatiuam contra affirmatiuam, neque expedire. Primum probat, *quia contra communem ſententiam PP. præſertim ſi fundantur in Scriptura, non poteſt definiri ab Eccleſia: ſed communis conſenſus PP. ſtat pro ſententia affirmatiua, vt infra probandum eſt, ergo, &c.* Hæc probatio infra probabitur falſa, vbi oſtendemus ex SS. PP. vel vnum non eſſe qui faueat ſententiæ affirmatiuæ, ſaltem in eo ſenſu, quo ab Arpalego, & ab aduerſarijs aſſeritur.

23 Secundum, quod ſcilicet non expediat, vt definiatur ſentētia negatiua probat n. 4. Sic *quia ſi ad aliquid conduceret hæc definitio, eſſet, quia ex illa creſceret deuotio fidelium: atqui ſi humano modo loquendum eſt, non creſceret, neque quoad gratias, & indulgentias, neque quoad frequentiam ſacramentorum, neque quoad ſolemnitatem exteriorem, quæ certatim fit ſtante controuerſia, & ea ceſſante, tepeſceret deuotio in Virginem; ergo, &c.* ſic ille.

24 Totum hoc abſolutè eſt falſiſſimum, quia negari non poteſt per ſe loquendo, hæc omnia creſcere quando definitur aliqua veritas, nunc autem, per accidens eſt, quod emulatione creuerit, imò quia emulatio iſta, non eſt cariſmatum meliorum, ſed potiùs ſeminarium diſcordiarum inter filios Eccleſiæ,

Digitized by Google

cleſiæ, quibus pia mater valdè angitur, ideò in totum controuerſia hæc extinguenda eſt, & eliminanda (quod non niſi definitione fieri poteſt) ne nobis contingat quod Guerricus Abbas aiebat ſer. 3. de Annuntiatione, in illud Gen. 25. quod Rebeca dixit: *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe erat concipere*, in quæ verba ſic habet. *Si de aliquo noſtrum fratres ſic conqueri contigerit viſcera matris noſtra, timeo ne melius fuiſſet, ſi conceptus non fuiſſet homo ille*. Deinde cum theſaurus indulgentiarum Eccleſię inextinguibilis ſit, nulla eſt ratio, quæ nos cogat ad aſſerendum, ex definitione non poſſe augeri gratias, & indulgentias.

25 Exterior pompa proculdubio ſumeret incrementum, vt colligi fas eſt ex pietate fidelium, qui decretum indicti ſilentij à Gregorio XV. parti affirmatiuæ, magnificentiſſimis ſumptibus, & pijſſimis aclamationibus celebrarunt; vnde coniectare poſſumus, neminem etiam ignarum, & ruſticum fore, qui audiens definitum eſſe ab Eccleſia, Virginem matrem, nunquam fuiſſe diaboli ſeruam, lætabundus in feſtiuos non prorumperet plauſus. Si enim Egyptij, vt ait Liranus, gauiſi ſunt, & conſolati, vt Scriptura teſtatur Gen. 45. quando certiores facti ſunt, quod Ioſeph erat nobili genere natus, *quia licet diligerent Ioſeph* (verba ſunt Lyrani) *propter bona, quæ eis fecerat, tamen erat eis turpè, quod homo qui fuerat ſeruus emptitius, & eductus de carcere, haberet tantum dominium in Regno, & ideò quando ſciuerunt, quod haberet tot fratres, taliter formatos, quod benè videbantur nobiles, & de bono loco, fuerunt ſuper*

hoc

hoc conſolati, quantò magis gaudebunt populi Chriſtiani, ſi audiant certum,& tanquam de fide tenendum, Reginam Cœli,ſemper fuiſſe à Dæmonis captiuitate exemptam, nunquam ſeruam, ſemper nobilitatam gratia, neque de carcere eductã peccati.

26 Præterea,nonne creſceret deuotio fidelium extenſiuè? cum nullus eſſet, qui hanc veritatem auderet impugnare, nemo qui libellos contra ipsã ſcriberet, nemo, qui aſſereret eſſe impium dicere, pro hac veritate poſſe ſuſtineri martyrium, vt infra dicit Arpalegus. Quod certè propriè eſſet nomen Virginis magnificare. Nam Chriſtus Dominus inter petitiones orationis Dominicæ primam poſuit: *ſanctificetur nomen tuum*, quo petimus extenſionem cultus, & adorationis Dei, vt nemo ſit, qui Deum non colat, qui Deo verò non ſeruiat, vt communiter docet PP. Hoc ergo eſt, quod deſideramus Filij Mariæ, hoc eſt,quod Eccleſia faceret definiendo hanc veritatem; creſceret ergo deuotio, non tepeſceret ceſſante controuerſia. Imò nulla maior feſtiuitas poſſet excogitari, quia pacata controuerſia maior ex pace feſtiuitas reſultaret;& ſicut nato Domino, Angeli terris pacem annuntiarunt, ita definita Conceptione, terminatis diſcordijs, poſſemus canere, *factus eſt in pace locus eius*, nunc clamamus, *rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem*, tunc diceremus, *pax ſuper Iſrael*, & poſſemus credere, datum eſſe nobis donum ſapientiæ, quod primæ petitioni correſpondere, dixit Cardin. Hugo in explicatione Dominicæ orationis, ſic: *Sanctificetur nomen tuum in nobis, ſcilicet vt Pater noſter dicaris, & nos filij tui*

in æternum; *hoc eſt, da nobis ſpiritum ſapientiæ, quo pacati mente filij tui nominemur, & ſimus*. Et confirmat pulchrè S. Thom. 2.2. quæſt. 45. docens ad pacificos pertinere donum ſapientiæ, cui adaptatur ſeptima beatitudo, eius verba ſunt iſta: *Dicendum, quod ſeptima beatitudo congruè adaptatur dono ſapientiæ, & quãtum ad meritum, & quantum ad præmium, ad meritum quidem pertinet quod dicitur, Beati pacifici: pacifici autem dicuntur, quaſi pacem facientes, vel in ſe ipſis, vel etiam in alijs, quorum vtrumque contingit per hoc, quod ea, in quibus pax conſtituitur, ad debitum ordinem redigantur, nam pax eſt tranquillitas ordinis. vt Auguſtin. dicit 19. de ciuitate Dei, ordinare autem pertinet ad ſapientiam; vt patet per Philoſophum in principio Metaphyſicæ, & ideo eſſe pacificum conuenienter attribuitur ſapientiæ.*

27 Munit tandem ſuam ſententiam Arpalegus nu. 5. externis adiumentis, auctoritatibus ſcilicet grauiſſimorum Doctorum, qui pro ſententia affirmatiua (vt ipſe arbitratur à n. 5.) ſtant, negantes definibilitatem negatiuæ, quorum verba tranſcribit, *vt etiam*, inquit, *nolentibus eluceat quam parum timeat notam cenſuræ hæc noſtra aſſertio; quam ſecura incedat noſtra concluſio, quam tritam viam carpat noſtra ſententia*. Certè non timet notam cenſuræ, nõ quia veritate nutriatur, ſed quia Apoſtolico ſaluo conductu tuetur. Nec tritam certè carpit viam, cum ſolum quinque, vel ſex producat auctores, qui ea incedunt, & vix eam planam reddere poſſint. Hi ſũt Alenſis, Petrus de Candia, poſtea Alexander V. Caietanus, Canus, Medina, Paramus, Vallis de

Moura,

Moura, Flauius Cherubinus, Raphael Manſius (ex quibus Manſium valdè extollit n.6. quaſi præ cæteris aptiùs de hac re loquutus ſit) quare huius Doctoris verba duximus ponderanda, dixit enim reſolutionem huius difficultatis, & controuerſiæ, non multum ſpectare ad inſtructionem fidelium, ſed magis ad curioſitatem, ideoque adhuc eſſe ſub lite: quod probat ex illo facto Matth. 23. vbi interrogatus à Petro Dominus, quoties deberet fratri dimittere: ſtatim Chriſtus reſpondit, *non dico tibi ſepties, &c.* Cum autem interrogaret Petrus de Ioanne, *hic autem quid?* non ſtatim reſpondit, ſed potiùs de interrogatione quaſi reprehendit, dicens, *quid ad te? vt ſic Petrus* (verba ſunt Manſij ab Arpalego tranſcripta) *tanquam primus Pontifex Eccleſiæ, Vicariuſque Chriſti Domini, edoctus remaneret, pro ſe, & pro ſuis ſucceſſoribus, quod circa ea, quæ ſunt neceſſaria ad mores, & inſtructionem fidelium ſtatim reſponderet, definiret, & decerneret, non verò circa ea, quæ talem neceſſitatem non continẽt. Neſcio* (addit Arpalegus) *quid ad rem noſtram aptius, quid tanto Magiſtro dignius excogitari poſſit.*

28 Quis non videat aptius potuiſſe excogitari, & dignius tanto Magiſtro, ſi ex hoc facto, in fauorẽ Virginis excogitaſſet, nec dixiſſet hanc quæſtionẽ pertinere potiùs ad curioſitatem, quàm ad vtilitatem fidelium: nam vt ſupra n. 10. probatum eſt, hæc quæſtio pertinet ad cauſam duorum hominum, in qua ſecundum Auguſtinum tota noſtra Fides conſiſtit. Quis ignorat Petrum quidem fuiſſe à Chriſto edoctum, etiam in cauſis Fidei, & quæ pertinent

Digitized by Google

ad inſtructionem fidelium pedetentim procedere, Eccleſiamque Spiritu Sancto dictante hanc regulam obſeruare, quod & ipſe Arpalegus non ſemel in hoc libello inculcat: ergo malè ad rem noſtram deducitur, quod Chriſtus ſtatim reſponderit, cum in rebus fidei, non ſtatim ſit ſemper procedendum.

29 Sed quid dicam? Potius ex reſponſo Chriſti, non ſine luce conijciam rem hanc eſſe definiendam, neminemque habiturum auſus impediendi definitionem. In primis enim reſponſio Chriſti docuit Petrum ſtatim dimittere diſcordias, & pacem fouere: ergo cum hoc negotiũ tot genuerit diſcordias, ad eas ſedandas neceſſe eſt, vt Chriſti Vicarius, Petri ſucceſſor à Chriſto edoctus ſtatim reſpõdeat; niſi aliunde, quia pertinet ad fidem, iudicet paulatim debere procedi. In ſecunda reſponſione voluit Chriſtus ex corde Petri eradicare inuidiam, quæ fortè ſuborta erat ex Ioannis fœlicitate, quod ægrè ferens Chriſtus Dominus dixit, *quid ad te*: ergo ſicut Chriſtus ægrè tulit ipſum Petrum Eccleſiæ caput, Ioannis honoribus inuidere, ita eius Vicarius à Chriſto edoctus non ſuſtinebit, quod Arpalegus matris Chriſti honores deprimat, ipſi maculas impingat, quomodo non dicet, quid ad te, Arpalege, quid ad te? vt definitioni impedimenta apponas, & in Immaculatæ Conceptionis ciuitatem sãctam ſagittas mittere non verearis, cum de ea ſcriptum ſit, *non iaciet ibi ſagittam.*

30 Sed cum ſibi obijciat num. 7. fortè argumẽtum leuibus ſolutionibus eius vim putat eneruaſſe. Argumentum eſt: Paulum V. & Gregorium XV. impoſuiſſe

poſuiſſe ſilentium parti affirmatiuæ, *donec hic articulus fuerit definitus*: ergo ſentiunt eſſe definibilem. Reſpondet primò, *etiam addidiſſe hanc diſiunctiuam, vel aliter fuerit ordinatum, ad cuius veritatem, vt dialectici norunt, ſufficit verificatio vnius partis, vt liberũ campum relinquerent dicentibus neutram partem eſſe abſolutè definibilem, quamuis de alterutra poſſit Eccleſia aliter ordinare.*

31 Sed hæc ſolutio facilè diluitur. Primò, quia eadem ſolutione dici poſſet, Eccleſiam non poſſe aliter ordinare, quia ad veritatem propoſitionis diſiunctiuæ ſufficit verificatio vnius partis, vt relinquerẽt liberum campum dicentibus de neutra parte poſſe aliter ordinare, quamuis alterutram poſsit definire, quòd quis non videat eſſe inſulſum.

32 Secundo, quia licet ad veritatem propoſitionis diſiunctiuæ ſufficiat verificatio vnius partis, oportet tamen, vt alterutra poſſit verificari ad hoc, vt propoſitio diſiunctiua ſit adequatè vera, præſertim cum loquitur de re futura, nam ſi vna pars eſt abſolutè impoſſibilis ſic ſe habet, ac ſi non eſſet diſiunctiua. vnde hæc propoſitio, *Petrus ibit Romam pedibus, vel alis*, non cenſetur abſolutè vera, vel non cenſetur diſiunctiua, quia Petrus non poteſt volare, et hoc eſt, quod norunt dialectici. Quod quidem certiùs eſt in decretis, vel diſpoſitionibus iuris, in quibus quando ponitur conditio, vel particula impoſſibilis cenſetur pro non adiecta: ergo illa particula, donec fuerit definitus, vel aliter fuerit ordinatum, debet poſſe verificari de alterutra diuiſiuè, & ſenſus eſt, poſſe definiri; aut ſine definitione aliter ordi-

ordinari, quòd vel inſciùs deprehendet.

33 Ceſſat etiam apparentia huius ſolutionis. Nam Paulus V. non poſuit illam diſiunctiuam, *vel aliter fuerit ordinatum*, in Bulla enim, quæ incipit *Regis pacifici*, abſolutè dixit, *donec à Romana Apoſtolica Sede huiuſmodi controuerſia fuerit definita.* & id ipſum dixerat Pius V. in Bulla quę incipit ſuper ſpeculam ibi, *Cæterum quamdiu per Apoſtolicam Sedem altera pars definita non fuerit, oppoſitaque ſententia cõdemnata, liceat, &c.* igitur materia hæc à ſummis Põtificibus cenſetur definibilis.

34 Reſpondet ſecundo, *quod ſicut per illa verba Matth. 1. c. non cognoſcebat eam, donec peperit, teſte Hieronymo, nõ infertur, quod Ioſeph poſtea eã cognouerit, ſed Scriptura quid factum non ſit, oſtendit, ſic ſimiliter ex illis verbis, donec hic articulus fuerit definitus, non ſequitur quod ſit definibilis, vel poſtea definiendus, ſed ſummus Pontifex quid vſque huc non fuerit definitum, ne aliqui decipiantur, auribus fidelium intimat.*

35 Sed hæc ſolutio abutitur interpretatione Hieronymi; nam licet certum ſit quod ibi Scriptura oſtendat, quod non fuit factum vſque ad tempus, quo virgo peperit, & ex eo non poſſit colligi, quòd poſtea eam cognouerit, loquitur enim de prętérito; tamen non licet ex eo inferre, quod vbicunque inueniatur illa particula, *donec*, ſignificat futurũ non eſſe illud, quod vſque tunc factum non fuit; præſertim ſi coniungatur cum verbo de futuro, vt patet ex illo Geneſis 49. *nõ auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore eius donec veniat, qui mittendus eſt*, vbi procul dubio non ſignificatur ſceptrum nũ-

quam

quam auferendum, Meſſiam nunquam mittendum; ſed potius auferendum ſceptrum, & venturũ Meſſiam, ſimiliter illud pſ. 104. *ferrum pertranſijt animam eius, donec veniret verbum eius*, non ſignificat Joſeph nunquam educendum de ferro, & carcere, nec eius verbum, hoc eſt prophetiam venturam, ſed omninò contrarium, vti contigit. Sic enim Deus in ſcripturis ſacris loquitur, vt ſcrutaremur illas; fideque opus eſſet ad earum rectam intelligentiã, ſic verbum, quod in vno denotat incredulitatem, in alio fidem, & admirationem arguit. illud *quomodo fiet iſtud*, in Virgine non dubitationis, & incredulitatis fuit; in Iudæis verò illud, *quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum*, fuit infidelitatis argumentum. Cum igitur ſummi Pontifices de futuro loquantur, donec definitum fuerit, & ſubiecta materia, vt diximus, incapax non ſit definitionis; rectè ex illis verbis, donec definiatur, colligitur aliquando eſſe definiendam.

36 Tertio, reſpondet, *poſſe hunc articulum definiri ſtatuendo vnam partem eſſe probabiliorem, non autem de Fide, vt iam*, inquit, *oſtendo.*

37 Hæc ſolutio faciliùs diluitur, quia inſpecta auctoritate ſummi Pontificis: nulla eſt maior ratio, cur poſſit definiri, eſſe probabiliorem, & non poſſit definiri, eſſe certam; immò eo ipſo quod poteſt definire maiorem eius probabilitatem ſine loco ſcripturæ, nec traditione, vt fatetur ipſe Arpalegus in corollario, quod poſuit numero 8. ſequitur poſſe definire eius certitudinem. Nam, vt ipſe inquit, hæc controuerſia, *media definitione eo deuenire poteſt, vt*

Pont.

Digitized by Google

Pont. declaret, quanam pars ſit probabilior, ſicut factum eſt de quæſtione. An paruulis infundantur habitus ſupernaturales in Baptiſmo, cuius pars affirmatiua definita eſt tanquam probabilior, in quo errare non poteſt ſummus Pontifex, vt ſtatuit Malderus Epiſcopus, vel decurſu temporis, poſſet vna pars eſſe temeraria, ſi cuncus fidelium, & Theologorum ſenſus in oppoſitam inclinaret nullis doctis, & pijs Theologis renitentibus, & reclamantibus, ad quem ſtatum ad minus ſecundum aliquos peruenit dogma de Aſſumptione B.V. Mariæ ad cælos in corpore, & anima, &c. ità ille. At quis dicet, hodie non eſſe materiã definibilẽ infuſionẽ habituum ſupernaturalium paruulis in Baptiſmo, (imò ni fallor, cenſent multi eam eſſe definitam in Concilio Tridentino) & aſſumptionem Virginis ad cælos; igitur ſi ſemel concedatur, poſſe alterã ex his duabus ſententijs ad eum ſtatum peruenire, vt oppoſita ſit temeraria, & ad eum ſtatum, in quo eſt nunc dogma aſſumptionis B.V. & infuſionis habituum in Baptiſmo, ſequitur eſſe materiam definibilem.

ARTICVLVS II.

An altera pars vtriuſque ſententiæ ex eo ſit proximè definibilis, quia conſtat expreſsè deduci ex determinatis locis ſacræ Scripturæ.

38 INquiritur in hoc articulo, quænam ex duabus ſententijs, ſecuriùs ſperare poſſit definitionem, attenta ſacra Scriptura. Et pro reſolutione negatiua ſupponit num. 1. Arpalegus. *Primò*

con

Digitized by Google

conſtare in ſacra Scriptura de lege inducente obligationē, non ſolum ad debitum, ſed etiam ad contractionem peccati originalis in propria perſona, quod colligitur ex Cōcilio Trident. ſeſſ. 5. & S. Thom. quæſt. 4. de malo, art. 6. & in 4. diſt. 43. q. 1. artic. 4. ad 3. & 1. & 2. qu. 82. art. 3. vbi docet oppoſitum eſſe erroneum, vel contra fidem.

39 Sed hæc doctrina, pace tanti viri, intelligēda eſt cum grano ſalis, niſi aliunde adſit fundamentum eximens aliquem ab obligatione tàm debiti, quàm actualis contractionis; quod quidem patet ex Concilio Tridentino loco citato, vbi expreſsè aſſerit non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in illo decreto peccati originalis Deiparam; quod ſi ita certo conſtaret in Scriptura, lex inducens obligationem, non ſolùm ad debitum, ſed ad actualem contractionem in propria perſona, ita vt oppoſitū eſſet erroneum, non potuiſſet Concilium non habere intentionem comprehendēdi Beatam Virginem, quia eſſet intentio erronea, vel contra fidem iuxta placitum Arpalegi, quod facinus Concilio impingere multò magis erroneum eſt.

40 Confirmatur, nam etiam colligitur ex Concilio regula generalis, quod in baptizatis remanet fomes peccati, quem quidem in Beata Virgine non remanſiſſe à primo inſtanti ſuæ ſanctificationis non eſt erroneum, ſed probabile, ex ſententia S. Thom. vnde iſtud teſtimonium intelligitur de omnibus quoad debitum, non quoad actualem contractionē fomitis, ſi adſit ſufficiens fundamentum ad eximēdam aliquam perſonam ex aliquo priuilegio.

E 41 Addo

Digitized by Google

41 Addo, ex doctrina S. Thomæ locis citatis, præſertim q. 81. artic. 3. ad 1. colligitur apertè, ſufficere ad veritatem illius legis generalis concedere obligationem ad debitum, licet eximatur aliquis ab actuali contractione in propria perſona, quia actualis incurſio, vel contractio eſt quaſi pœna, quã poteſt Deus condonare; cum enim ſibi obijceret S. Doct. ex illis verbis, *in quo omnes peccauerunt*, non certo deduci omnes actualiter contracturos peccatum, ſicut ex illo *omnes mortui ſunt*, non colligitur certò omnes morituros, cum probabiliter multi aſſerant contrarium: Reſpondet S. Doct. ſufficere ad verificandam Scripturam, quod omnes incurrant debitum, licet actu non moriantur: *dicendũ* inquit, *illi, etſi non moriantur, eſt tamen in eis reatus mortis, ſed pœna aufertur à Deo, qui etiam peccatorum actualiũ pœnas condonare poteſt*: vnde ſimiliter in noſtro caſu erit vera illa lex generalis Pauli, *in quo omnes peccauerunt*, ſi concedatur reatus actualis contractionis peccati, licet actualiter non incurratur peccatum.

42 Vrgeo: etiam eſt regula generalis ex Scriptura, non niſi renatis fonte Baptiſmatis, remitti peccatum originale, iuxta illud, *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto*, & tamen vt docet Sanctus Thomas, hoc intelligitur ſecundum legem cõmunem, cui Deus non alligatur, ita vt non poſſit ab ea quos voluerit eximere: ergo, &c. eius verba dabimus infra num. 116.

43 Secundò ſupponit num. 2. *parum eſſe tutum excipere aliquem à regula communi Scripturæ, quod colligitur ex Auguſtino varijs in locis*. Cæterum Auguſtinus

nus locis citatis, ſolùm loquitur de regula generali, quæ ſemper ſuſtinet aliquam exceptionem ſi adſit fundamentum, quo ſubſiſtēte non eſt parum tutum eximere aliquem à regula communi, quod patet ex verbis Soti, quæ Arpalegus pro ſe adducit, nam cum dixiſſet Sotus, *non poſſum, non demirari, quàm facilè, quamque audenter conſueuerunt nonnulli vniuerſales ſententias Scripturæ explicare, quod intelligantur de lege, quibus nihil, inquit, obſtat oppoſitum contingere aliquando, vel ex priuilegio, vel ex miſericordia Dei, &c.* poſtea ſubdit: *Nunquam enim Auguſtinus auſus eſſet ex illa vniuerſalitate; Deum nemo vidit vnquam, non videbit me homo, & viuet, ſubſtrahere probabiliter Moyſem, & Paulum, qui vidiſſent Deū, niſi de primo legiſſet in eadem Scriptura, quod viderit poſteriora Dei, & de altero, quod raptus ſit vſque ad tertium cælum*: Quibus verbis ſolùm probatur, ſine fundamento, audenter eximi aliquem à regula generali Scripturæ. Neque ſemper eſſe neceſſarium fundamentum ipſius Scripturæ videbimus infra n. 51. ex Suario. Et hìc ſolùm innuimus multos alios Sanctos in Eccleſia Dei eximi probabiliter ab illa regula generali, *Deum non vidit vnquam* ſine teſtimonio, ſed aliunde ſumpto fundamento. Et ipsā Virginem ſine teſtimonio Scripturæ à generali regula fomitis eximimus, ſine iactura veritatis ſacri Textus, & Concilij Tridentini. Vnde neſcio qua ratione potuerit hìc Arpalegus addere verbis Soti. *Et quidem iure optimo reprehendit Magiſter Magnus huiuſmodi audaciam violandi legem vniuerſalem, ſomniatis priuilegijs*, quaſi carpens nos

ſomniata priuilegia proferre ad eximendam Beatã Virginem à regula generali. Reprehendis nos de audacia, cùm tali reprehenſione ſis dignus; ſed veniamus ad rem, & oſtendamus nos non ſomniatis priuilegijs, ſed validis rationibus Conceptionem Virginis à regula generali Pauli cum ipſo Paulo eximere.

44 His poſitis, ponit quæſtionem in hunc modum num. 3. *An ſcilicet, cum conſtet Scriptura lex, ex vi cuius Beata Virgo erat peccato obnoxia, non ſolùm quoad debitum, ſed etiam quoad actualem contractionẽ; conſtet aliàs, vel certo ex Scriptura deducatur priuilegiũ eximens illam ab illa lege: vnde fiat, vt ſit proxima ſtatui definibilitatis.*

45 Aſſerit primò, *ex Scriptura potius deduci negationem huius priuilegij, ac proinde iuxta illam non eſſe proximè definibilem, probatur ex illo Roman. 3. Non eſt diſtinctio, omnes enim peccauerunt, ubi per ly, omnes peccauerunt, non ſolum colligitur lex obligans omnes ad peccatum, ſed de facto omnes peccauiſſe, nullumque fuiſſe exemptum, & per conſequens nullum de facto eſſe priuilegium. Sicut per ly, non eſt diſtinctio, adiuncta illa cauſali, omnes enim, uidetur excludi illa communis diſtinctio, contraxit peccatum ex ui legis: concedo; ex ui priuilegij: nego.* Confirmatur ex illo 2. Corinth. 5. *Charitas Dei urget nos, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt: ergo non poteſt euidens oſtendi priuilegium. Probatur conſequentia, quia lica Scriptura non poſſunt eſſe oppoſita, illud autem priuilegium opponeretur uerbis citatis ex Paulo: ergo ſententia negatiua non poteſt adducere ad proximam definibilita-*

bilitatem euidens priuilegium. Minor patet, nam iſtæ propoſitiones omnes mortui ſunt, & aliquis non eſt mortuus, ſunt contradictoriæ; ſed illa uniuerſatis: omnes mortui ſunt eſt uera, & de fide; ergo illi oppoſita, non poteſt eſſe de fide, unde non eſt definibilis.

46 *Si dicas affirmationem, & negationem, non eſſe eiuſdem de eodem, quia vniuerſalis intelligenda eſt ex lege, particularis verò ex priuilegio.* Contra *eſt primò, quia ex hoc ſolum ſequitur ſententiam negatiuam eſſe probabilem, de cuius veritate non eſt mea intentio diſputare; ſed non iuuat hac diſtinctio eius proximam definibilitatem, quia non oſtenditur ex* Scriptura *euidens priuilegium. Secundo, quia illa vniuerſalis affirmatiua non eſt ſola lex, ſed propoſitio hiſtorica dicens de facto quid contigerit, cumque dicat omnes mortuos eſſe, quod deſtruit, quod aliquis non ſit mortuus, etiam ex priuilegio, non poteſt oſtendi per priuilegium de facto exemptã fuiſſe Mariam ab illo facto vniuerſali à Scriptura aſſerto. Quod confirmatur (*ait Arpalegus*) ex Auguſt. lib. 6. contra Iulianum, vbi docet Chriſtum non fuiſſe mortuum, niſi pro ĳs, qui mortui fuerant peccato, idque voluiſſe Apoſtolum docere, illis verbis, ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, &c. vt intelligantur, concludit* Auguſt. *omnes mortui, ſi vnus mortuus eſt pro omnibus.* hæc Arpalegus.

47 Sed hoc argumentum, quantis conſtet falſitatibus, & quam falſo nitatur fundamento, vel eo ipſo apparet, quod ſupponit, vt certum, id quod probare non poterat, ſed debuerat, ſcilicet illa verba, *omnes peccauerunt*, non ſolum deducere legem obligantem omnes, & ipſam Virginem ad actualem

con-

contractionem, ſed etiam nullum de facto eſſe exẽptum, & nullum de facto eſſe priuilegium, quod falſum eſſe patet ex dictis, cum verificentur verba illa de ſolo debito, & patebit amplius ex dicendis.

48 In primis enim eſt multorum Doctorum aſſertio, & colligitur ex textu, ibi ſermonem eſſe non ſolùm de peccato originali, ſed de peccato actuali: loquebatur enim Paulus de exemptione, quam intendebant Iudæi à lege Chriſti, quia credebant iuſtificari operibus legis & ideò dixit illa verba; non eſt diſtinctio Iudæi, neque Græci quia omnes ſunt ſub peccato, & omnes indigent iuſtitia Chriſti, vt iuſtificentur à peccato, non ſolùm originali, ſed actuali, vt patet ex illis verbis: *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum, non enim eſt diſtinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiatorẽ per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionẽ iuſtitiæ ſuæ, propter redẽptionẽ præcedentium delictorum*. Et poſtea: *arbitramur iuſtificari hominẽ per fidẽ ſine operibus legis, an Iudæorum Deus tantum, nonne, & gentium?* Vbi apertè Paulus intẽdit docere neminem iuſtificari per cæremonias legis, ſed per Chriſti fidem, ſiue ſit Iudæus, ſiue Græcus, id eſt Gentilis, quaſi dicat, extra Chriſti fidem, & Eccleſiam non dari ſalutem. Vnde argumentum Arpalegi optimè ſoluitur illa diſtinctione, & contra illum efficaciter inſtruitur; quia ſicut illa diſtinctio habet locum reſpectu Virginis, quoad peccatum actuale, quin oſtendatur priuilegium ex

ipſa

ipſa Scriptura, quoad hoc, niſi verba generalia, ex quibus per illationem infertur, vt ſunt eſſe Matrem Dei, eſſe gratia plenam, &c. ſic intelligitur reſpectu originalis peccati: Sic arguo; illa lex generalis eſt non ſolum de peccato originali, ſed etiam de peccato actuali, vel ergo in ordine ad vtrumque deducitur lex obligans omnes, non ſolum ad debitum, ſed ad actualem contractionem, nullumque de facto fuiſſe exemptum, nullumque eſſe priuilegium, vel non? Si primum, ergo non eſt eximenda Virgo à peccati actualis contractione. Si ſecundum, ergo ſicut eximitur ab actuali, poteſt ab originali eximi, conceſſo ad ſummum debito, ſicut conceditur ad actuale, quo ſalua, & illæſa manet lex generalis Pauli.

49 Dicere illa verba in ordine ad peccatum originale inducere legem illam, non verò quoad actuale, per ſe patet falſiſſimum, quia Paulus non ponit diſtinctionem, *non enim eſt diſtinctio*, vnde nō debemus illam ponere. Quod roboratur amplius, quia licet intelligatur de ſolo peccato originali, teſtimonium Pauli ſolo debito conceſſo, verificatur, vt dictum eſt, ſicut verificatur omnes eſſe mortuos, quod docuit Caietanus, quem ſequitur Medina aſſerens propoſitionem S. Thomæ aſſerentem eſſe de fide, omnes homines contrahere peccatum originale, intelligi quoad debitum, non de facto, audi Caietan. in 1. 2. quæſt. 81. artic. 8. *Quod dictū non intelligendum eſt aliter, quàm de morte, quæ eſt pœna peccati originalis, ita quod ſicut omnes incurrunt mortem, id eſt neceſſitatem moriendi, ita omnes incurrunt pec-*

peccatum originale, id eſt neceſſitatem habendi peccatũ originale.

50 Deinde licet verba illa inducerent obligationem, tàm in ordine ad debitum, quàm in ordine ad contractionem peccati originalis, eſt abſolutè vera illa propoſitio, & nulla ratione redditur falſa, ex eo quod aliquis non contraxerit peccatum originale ex priuilegio. Tum quia vt latè Ioan. à Sáct. Thom. docet Auguſtinus, & Thomas, ità intellexerunt Paulum, vt nullus ſecluſo priuilegio, ſit immunis à peccati contractione, non tamen ſtante priuilegio: Auguſtinus enim impugnabat Pelagium aſſerentem ſecluſo priuilegio peccatum originale non contrahi. Et S. Thom. eodem modo poſuit cõtra Pelagium illam propoſitionem generalem, ac proindè non læditur, aut excluditur ſingulare priuilegium Virginis; *non enim*, inquit Ioann. à Sanct. Thom. *hæc duo inter ſe pugnant, quod ex vi legis omnes ſint comprehenſi, & ex vi priuilegij aliquis ſit exẽptus. Imò potiùs ex natura priuilegij ſupponitur ex vi legis oppoſitum deberi, alioquin priuilegium non eſſet ſi ab vniuerſalitate legis non exciperet; hoc enim ſenſu dixit optimè Auguſtinus Epiſt. 50. Quod diſpenſatio eſt vulnus contra integritatem ſeueritatis*. Quod confirmat idem Ioann. à S. Thom. ex illo Eſter. 15. vbi dicitur: *Non pro te, ſed pro omnibus hæc* lex *lata eſt: Vbi conuenientius videbatur dicendum: non pro te, ſed pro reliquis; non autem dixit ſic, ſed pro omnibus, vt daretur intelligi optimè ſtare, quod lex ſit pro omnibus vniuerſaliter, licet non ſit pro aliquo ex vi priuilegij.*

51 Tum etiam, quia illa particula, *omnes*, in Scrip-

Scriptura non ſemper ſignificat omnes,nemine demto, ſed ſæpiùs multos, etiam nonnullis excluſis, ſi adſit fundamentum, vt ex loco à Paulo ibidē citato colligi fas eſt, ſumit enim illa verba *Pſ.* 52. *Omnes declinauerunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum,* quæ dant locum huic intelligentiæ, licet enim nonnulli eſſent iuſti, tamen quia pauci erant, comparatione multorum, videbantur omnes mali, quod etiam varijs locis ſacræ Scripturæ poterit cōprobari, vt illud Matth. 26. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte,* & ſolus Petrus negauit; Geneſ. 6. *Omnis caro corruperat viam ſuam* Et tamen non ſolùm Noe non corruperat, ſed alij multi tempore Noe. Et pro omnibus accipe Auguſtinum in illud Ioann. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Vbi poſtquam docuit, non omnes illuminari à Deo, quòad conſecutionē Baptiſmi, & poſt Baptiſmū acceptum, quòad conſequēdā actu gloriā; ſed aliquos poſt Baptiſmū perire, ait illud illuminat omnē hominē, ſic intelligi: *Non quia ità illuminet omnem, vt nullus ſit, qui non illuminetur, ſed quia nullus illuminatur, niſi ab ipſo.* Ergò ex Aug. nō quia omnes illuminemur, ſed quia nemo illuminatur, niſi ab ipſo, dicitur illuminare omnem hominē: vide omnē illuminari, & tamē aliquis nō illuminatur, & ābæ ſunt veræ, quia illud omnes, ſolùm comprehendit illos, qui illuminantur, ità vt nullus illuminetur, niſi per Chriſtum. Sic etiam contra Pelagium arguit idem Auguſtin. lib. 6. de natur. & grat. cap. 21. Nam cum Pelagius vellet probare, aliquos non contraxiſſe peccatum originale, independenter à meritis Chri-

ſti, quod præcipuè Pelagius intendebat, obijciebat, illa verba Apoſtoli. *Sicùt per vnius hominis delictum in omnes homines in condẽnationẽ, ſic per vnius iuſtitiã in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* Vnde volebat inferre, etiam potuiſſe aliquos liberari à peccati originalis contractione, ità vt non indigerent redemptione Chriſti, cùm per Chriſti iuſtitiam non omnes homines, ſed eos tantum, qui illi obedire voluerunt, ſanctificatos eſſe, dubium non ſit. Reſpondet Auguſtinus: *Non planè teſtimonio iſto probatur, quod vult, nàm ſicùt dictum eſt, ſicùt per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, vt nullus prætermitteretur, ſic in eo quod dictum eſt, per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ, nullus prætermiſſus eſt, non quia omnes in eum credunt, ſed quia nemo iuſtificatur, niſi in eum credat.* Et ponit exemplum Magiſtri, his verbis: *Itàque, omnes, dictum eſt, ne aliquo modo alio præter ipſum, quiſquam ſaluus fieri poſſe credatur. Sicùt enim vno literarum Magiſtro in Ciuitate conſtituto, rectiſſimè dicimus; omnes iſte hìc literas docet; non quia omnes ciues literas diſcunt, ſed quia nemo diſcit, niſi quem ille docuerit; ſic nemo iuſtificatur, niſi quem iuſtificauerit Chriſtus.* Ergò ex Auguſtino illud, *omnes*, iuxta ſubiectam materiam intelligẽdum eſt comprehendere aliquam multitudinem, licet ex cauſa aliquis excludatur, & ſicut in illo, *omnes iuſtificabuntur*, excluſi manent, qui obedire, & credere nolunt: ità in illo, omnes peccauerunt, excluduntur, qui ex priuilegio ex meritis Chriſti ſunt exempti, ſicut etiam excluderentur miraculosè producti, licet eſſent homines, & Paulus dicat, *in omnes homines mors pertranſijt.*

44 Pe-

52 Pelagius ergo, quem Auguſtinus impugnat, voluit, primò ōes homines, deinde nōnullos, à lege illa generali eximere ex vi naturæ, independenter à meritis Chriſti: vnde aſſerebat aliquos contraxiſſe originale, & iſtos non negabat indiguiſſe Chriſti redemptione, & meritis: alios verò non contraxiſſe ex vi naturæ, & iſtos non indiguiſſe meritis Chriſti, ad non contrahendum peccatū, quod clarè patet ex his quæ addit Auguſtinus: *Vos autem nō ōes, ſed multos ſiue per Adā condēnatos, ſiue per Chriſtum liberatos, vultis intelligi, horrenda peruerſitate, Chriſtiana religioni reſiſtitis.* Vbi apertè colligitur Pelagium voluiſſe multos per Adam fuiſſe condemnatos, & hos tantum per Chriſtum liberatos, multos verò ſine Chriſto, in Adam non condemnatos, vnde non indiguiſſe Chriſto liberatore. Tota ergo Auguſtini doctrina in hoc vertitur, quòd nullus fuerit, qui ad remiſſionem peccatorum nō indiguerit Chriſto, vt patet ex illis verbis, de perfectione iuſtitiæ cap. 21. vbi poſtquam docuit, ſolum Chriſtum non indiguiſſe mediatore, concludit; *& neceſſe eſt, ut impia contentione aſſeratur, eſſe poſſe homines, qui ſine mediatore Chriſto liberante, atque ſaluante, ſint liberi, ſaluique à peccato?* Quod ex eodem Auguſtino verum eſt, cum liberatio, atque ſaluatio eſt præſeruatiua, vt probatur ex eodem Auguſtino in illud Pſal. 85. *Eruiſti animā meā ex inferno inferiori*, vbi ita habet: *Eruiſti dixit, quia liberauit à talibus peccatis, per qua poſſet deduci ad tormenta inferni inferioris; quēadmodum si medicus videat tibi imminentē ægritudinē forte ex aliquo labore, & dicat: parce tibi, ſic te*

tracta, requieſce, his cibis vtere; nā ſi non feceris, ægrotabis; tu autē si feceris, & ſaluus fueris, rectè dicis medico, liberaſti me ab ægritudine, non in qua iam eras, ſed in qua futurus eras. Quid clariùs? Relinquitur ergo illud, *omnes enim peccauerunt*, benè componi cum exceptione alicuius ex priuilegio meritorum Chriſti, ex vi cuius verificatur illud *omnes*, in ſenſu Auguſtini, ſcilicet, omnes indiguiſſe Chriſto liberatore, & neminem eſſe liberatum à peccato, niſi per ipſum, quod etiam Virginem comprehendit.

53 Et vt negare nemo poſſit hanc fuiſſe Auguſtini mentem, attendas quæſo pie lector ad hæc ipſius verba, ex lib. 2. de nuptijs, & concupiſcentijs, cap. 27. *Omnes autem dixit ad condemnationem per Adam, & omnes ad iuſtificationē, cū vbique non omnes eos, qui moriuntur in Adā, transferat Chriſtus ad vitam. Sed omnes dixit, atque omnes, quia sicut sine Adā nullus ad mortē, ita sine Chriſto nullus ad vitā, sicut dicimus de literarū Magiſtro, si in Ciuitate ſolus eſt, omnes iſte hic literas docet, non quia omnes diſcunt, ſed quia nemo nisi ab ipſo.* Quid clariùs, & ad mentem noſtram aptius, fingere nos ipſi potuiſſemus?

54 Ex antecedentibus igitur, & conſequentibus, & ex regulis interpretandi ſacram Scripturam colligi debet, quando illa particula, *omnes*, nullum excipiat, & quando ſolum ſignificat multos, vel maiorem partem, nonnullis excluſis: quod verum eſt, licet propoſitio aliqua ſit hiſtorica, vt patet etiam ex varijs locis Sacræ Scripturæ, vt illud, *omnis caro, &c.* & illud, *tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſā terram.* quibus non cogimur ad aſſerendum, vniuer-

ſas

ſas mundi plagas, ſed ſolam illam Prouinciam, Solis deliquio fuiſſe obtenebratam; ruit ergo totum Arpalagi ædificium, acieſque inſtructa conuellitur, cum ex illo teſtimonio non colligatur apertè lex illa vniuerſalis, inducens obligationem ad contractionem peccati in propria perſona, quando adeſt fundamentum eximendi aliquam perſonam ex meritis Chriſti: adeſſe autem fundamentum ad eximendam Virginem, iam probatum eſt, cum eximatur à peccato actuali, de quo verba Pauli intelliguntur.

55 Quid quod, fundamentum nobis ab ipſo Paulo exhiberi in ſenſu literali, colligitur primò, quia Paulus non ſemper poſuit illud, *omnes*, cum loqueretur de peccato originali; ſed *multos*, vt videre eſt ex illo, *per vnius delicti peccatores cōſtituti ſunt multi*, vbi aduertit Ambroſius Catherinus Archiepiſcopus ex Ordine Prædicatorum, non dixiſſe omnes, vt Virginem excluderet. Idem ſentit Paſcalius Dominicanus, aſſerens eſſe aliquorum ſententiam, quam ſatis clarè docuit Dionyſius Cartuſianus in Epiſt. Pauli, his verbis: *Si enim vnius delicto, id eſt originali Adæ peccato, multi mortui sūt vitā gratiæ amittendo, & neceſſitatē moriendi incurrendo, hi ſcilicet, in quos tranſfuſū eſt originale peccatū*, vbi illud *multi*, nō omnes ex Adam deſcendentes, ſed alios, excepta Virgine ſignificare voluit: dixerat enim quod per hoc, quod dixerit Apoſtolus, peccatum Adæ in omnes pertranſire, *non oportere includi Virginē Mariā*. Secundò, quia in præcitato teſtimonio, contraponit Apoſtolus, verbum *plures*, verbo *multi*: *ſi*

enim

enim vnius delicto multi mortui ſunt, multò magis gratia Dei, & donũ in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit. Illud autem, *plures*, comparatiuè accipiendum eſſe aſſerit S. Ambroſius, teſte S. Thoma) Gloſa, & alij permulti: vnde ſenſus eſt, plures eſſe, in quos gratia Dei per Chriſtum ſe extenderit, quam ſe extenderit peccatũ Adæ, vt patet ex Gloſſ. ibi: *Vnum eſt delictum Adæ, quo multi, ideſt ſimiliter præuaricantes, mortui ſunt; ſed gratia Chriſti in plures, quia & in hos, & in non ſimiliter præuaricantes*, ergo neceſſe eſt, concedere aliquam eſſe perſonam, in quã ſe extenderit gratia, quàm non comprehenderit Adæ peccatum: quod ſi aliqua: quæ, niſi Maria Dei Mater? Videnda eſt erudita explicatio literalis huius loci elaborata per R. P. F. Petrum Simancas Ordinis S. Auguſtini, vbi latè ab intrinſeco, & extrinſeco ſenſum huius loci literalem hunc eſſe, probat, & concludit.

56 Omiſſis alijs pluribus locis ab alijs expenſis vim facit Arpalegus ad probandum Virginem non poſſe eximi à contractione peccati, in illis verbis Eccleſiaſt. 7. *virum de mille vnum reperi* (vbi inquit, *mille ſumitur pro omnibus*) (ſic poſſumus nos dicere, omnes ſumi pro multis, vel pro maiori parte) *mulierẽ autẽ ex omnibus non inueni*: hæc poſteriora verba, ex Cardinale Hugo ſic interpretatur: *Mulierem ex omnibus non inueni, quæ aliquid muliebritatis non haberet ſaltem originaliter, quia etiã Beata Virgo originale habuit*: priora verba ex S. Thoma ſic; *virum de mille, &c. non eſt vſque ad vnum, ideſt, vſque ad Chriſtum, quia ipſe ſolus, nec peccatum contractum habuit, nec*

commiſum, *B. Virgo habuit peccatum contractum iuxta illud Eccleſiaſt. virum de mille vnum reperi.* Ex quibus verbis colligit Arpalegus, negari priuilegium cuilibet mulieri, etiam B. Virgini contraponendo eam Chriſto, qui non fuit legi ſubiectus.

57 Sed argumentum ex hoc loco deſumptum non eſſe magnæ efficaciæ, ipſe etiam cognouit Arpalegus, nàm adhibita ſolutione Pinedæ, aſſerentis in illo loco non fieri mentionem de peccato originali, nec de Chriſto, eiuſque matre, fatetur quidem eam ſolutionem ſufficere, vt opinio noſtra habeat maximam probabilitatem, nec poſſit conuinci de errore, ex ea autem non conuinci proximam definibilitatem. Sed quis dixit illi, nos ex hoc teſtimonio Scripturæ probare proximam definibilitatē, ſatis eſt ex eo non probari certò non definibilitatē, quā probare tenebatur argumento ex illo deſumpto. Vnde fit, non exhiberi à ſententiæ affirmatiuæ patronis locum Scripturæ, ex quo certò, & de fide colligatur, Virginem contraxiſſe peccatum originale de facto, ità vt oppoſitum definiri non poſſit.

58 Deinde adhuc contendo, ex hoc teſtimonio probari Virginem non eſſe comprehendendam, ſed excipiendam à lege vniuerſali, ac proinde ex hoc teſtimonio reddi definibilem noſtram ſententiam. Quia negari non poteſt, in eo loco fieri mentionem de peccato actuali, nàm verba quæ interpretatur S. Thomas ſunt ex Pſal. 13. quem citat Apoſtolus, *non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, vbi per ly, *faciat*, intelligitur committi peccatum, non ſolùm contrahi: peccatum enim commiſſum, eſt peccatum

catum

catum actuale, contractum verò, originale, vt conſtat ex prædictis verbis S. Thomæ; atqui non obſtante illa generalitate certum eſt priuilegium Virginis in ordine ad peccatum actuale, etiam contraponendo eam Chriſto: ergò etiam in ordine ad originale. Nàm vt Chriſtus excedat in hoc Virginem, ità vt verùm ſit, virum de mille reperiri, & nullam mulierem ex omnibus, ſufficit, quod Chriſtus ſit, qui ſine neceſſitate priuilegij fuerit ſine peccato conceptus, tanquam non ſubiectus legi, Virgo autem cum neceſſitate priuilegij, tanquam legi ſubiecta: ergo, &c. vnde in nonnullis exemplaribus textibus S. Thom. inuenitur Virgo excepta, his verbis: *excipitur puriſſima, & omni laude digniſſima Virgo*, quæ ablata eſſe in editione Venetijs anno 1593. probat Armamentarium Seraphicum, in Regeſto authentico, pag. 481. & Decanus Orioleñſis in ſua defenſione Dominicana pro Conceptione Immaculata teſtatur ſe habuiſſe huiuſmodi exemplaria impreſſa Pariſijs ann. 1541. quæ & ego vidi, & certè videbatur apponenda exceptio illa, cum S. Thom. ibi egerit, non ſolùm de peccato originali, ſed etiam actuali; in quo Virginem non comprehendi, indubitatum ex S. Thoma.

59 Quare cùm priuilegium Virginis eximens illam ab actualibus, non oſtendatur ex Scriptura, benè aduertit Suarez, quem citat Arpalegus nu. 4. non eſſe neceſſarium, quod priuilegium conſtet ex Sacra Scriptura; ſed quod conſtet, non contradicere illi, quod cum iam egregiè demonſtrauerint Authores ſententiæ negatiuæ, ſit ex eo cõſequens, vt ſit

pro-

proximè definibilis. Imò addit Suarez Concilium Tridentinum iam definiuiſſe B.Virginem non comprehendi in locis Scripturæ dicentibus, omnes eſſe mortuos, in Adam omnes peccaſſe, ex quo facilè eſt definire habuiſſe priuilegium.

60 Sed contra hoc inſurgit Arpalegus dicens, *neceſſario requiri, vt ex Scriptura colligatur priuilegiũ, vel Traditionibus, & ſententia PP. deinde falſum eſſe, quod Concilium definierit Virginem non comprehendi, ſed tantum negatiuè ſe habuiſſe, & abſtinuiſſe à diſcuſſione huius materia, quod ex eo colligitur, quod Concilium decreuit, obſeruandas eſſe conſtitutiones Sixti IV. quas innouat: ſed in præfatis conſtitutionibus nihil definitur circa illam non comprehenſionem B. Virginis: ergo, &c. Denique quia ſi eſſet definitum B. V. non comprehendi in illa vniuerſali; ergo contra Concilium faciunt, qui ex illa tuentur probabiliter ſententiam affirmatiuam, quod eſt falſum.*

61 Sed ſic Arpalegum impugno. Primò, in hoc articulo ſolùm agitur de definibilitate huius materiæ, attenta ſacra Scriptura, & ſic non eſt, cur nunc addatur, priuilegium eſſe oſtendendum, ex Traditionibus, & ſententia PP. de his enim proprijs articulis oſtendemus. Vnde ſubſiſtit doctrina Suarez, non eſſe neceſſarium oſtendere priuilegium ex Scriptura, ſed ſufficere vt conſtet, quod non eſt illi contrarium. quod ſufficienter conſtat ex fundamentis ſupra exhibitis ad limitandam illam regulã generalem. Secundò, quia aliud eſt agere de interpretatione alicuius regulæ generalis Scripturæ, aliud agere de introducendo aliquo priuilegio. vn-

de cum hic non agatur de introducendò mero aliquo priuilegio,ſed de interpretada ꝓpoſitione vniuerſali Scripturæ, quæ ex antecedentibus, & conſequentibus, & ex regulis interpretandi Scripturã, poſſit non ità vniuerſaliter intelligi, vt locus exceptioni non detur; non requiritur, quod priuilegium in ipſa Scriptura conſtet, imò nec ex Traditionibus, ſed ſufficit, quod fundamentum, vnde colligitur exceptio, non ſit contra Scripturam, nec contra rationem, cum aliundè conſtet.

62 Contra tertiò, probo Concilium in loco citato, maximum præbere fundamentum, ad aſſerẽdum priuilegium: duo enim ibi facit Concilium. Primò, declarat ſuam intentionem in ordine ad decretum de peccato originali. Secundo innouat cõſtitutiones Sixti IV. vnde ex hoc, quod in conſtitutionibus Sixti IV. nihil declaratur circa definitionem, non colligitur nihil feciſſe Concilium circa illam: quare quantum attinet ad mentem Concilij in puncto huius articuli (mitto ex verbis Concilij non in congrùa ratione colligi proximam definibilitatem; vt infra num. 147. oſtendam) negari non poteſt, ex illis verbis Concilij apertè inferri contra Arpalegum, non eſſe certum, illam legem vniuerſalem de peccato originali, comprehendere Virginem Mariam, quia non potuiſſet Concilium declarare, ſuæ intentionis non eſſe comprehendere quã Scriptura comprehendit, ſicut enim duo teſtimonia Scripturæ non poſſunt eſſe oppoſita, ita neque Concilium poteſt eſſe oppoſitum Scripturæ: ergo ſi intentio Spiritus ſancti fuiſſet, ita omnes comprehen-

Digitized by Google

hendere in illa lege vniuerſali ſacræ Scripturæ, vt neque Virgo exciperetur, non poſſet Concilium non habere intentionem comprehendendi, ac prò-inde, licet actu non definierit Virginem eſſe excluſam, præſtitit tamen maximum fundamentum ad aſſerendum priuilegium exemptionis: declarauit enim ad minus, non eſſe contra Scripturam non comprehendere Virginem in illa regula generali; quod ſi nihil voluiſſet Concilium fauere huic veritati, non eſt cur illam ſuæ intentionis declarationẽ apponeret, ſufficeret enim, vel tantum innouare conſtitutiones Sixti in hoc negotio, vel non reuocare: imò nihil dicere: ſtante enim regula generali Concilij, quod omnes paruuli incurrunt originale, adhuc maneret in ſuo robore negans opinio, ſicut ante Concilium manebat regula generalis Scripturæ, quia in eo caſu eſſet Concilium interpretandũ; eo modo quo ſacra Scriptura, & excipienda Virgo ex priuilegio Matris, ſicut licet Concilium ibidem dicat, omnes indigere Baptiſmo ad remiſſionẽ originalis, & in omnibus remanere fomitem peccati, excipitur B. Virgo, licet ibi à Concilio non excipiatur. Imò addi poteſt, quod ſicut ex illis verbis, *non eſſe ſua intentionis, &c.* colligitur excluſa Virgo à neceſſitate Baptiſmi, vel alterius remedij peccati originalis in natiuitate, ſic poſſet cenſeri excluſa à contractione peccati. Vnde probabiliter etiam cõcedi poteſt, habentes intentionem comprehendendi Virginem in decreto, in quo non habet talem intentionem Concilium, facere contra intentionẽ Concilij. Sed hoc ſine cenſuræ nota dicimus, ne

videamur aliquid omiſiſſe intactum.

63 Adhuc reſtant infringendæ impugnationes, quibus Arpalegus diluere vult ſolutiones ab aliquibus ſuo argumento exhibitas. Prima eſt num. 5. quam ſupra innuimus, & Oimachea, alijque adhibent: etiam in Scriptura haberi propoſitiones vniuerſales circa peccata actualia, vt Pſ. 115. *Omnis homo mendax*, & 1. Ioann. 1. v. 10. *Si dixerimus quoniam non peccauimus*, & aliàs ex nullo loco Scripturæ conſtat euidenter priuilegium exemptionis Beatæ Virginis à peccato actuali, ſaltem veniali & plures ex PP. peccata venialia illi apingunt. Vnde etiã ſi conſtet de lege peccati originalis, & plures ex PP. cenſerint Virginem illud contraxiſſe, nec certò conſtaret in Scriptura de priuilegio, poſſet Eccleſia declarare immunitatem Virginis ab originali, ſicut à veniali.

64 Sed contra, ait Arpalegus num. 6. *in illis teſtimonijs vniuerſalibus, in quibus eſt ſermo de peccatis actualibus, conſtat expreſsè non contineri B. Virg. Mariam, quia datur Traditio erga immunitatẽ, quã inſinuat Concilium aſſerens caruiſſe huiuſmodi peccatis ex priuilegio; quemadmodum Eccleſia tenet, vbi illa phraſis Eccleſia tenet traditionem ſonat, iuxta illud Apoſtoli traditiones quas accepiſtis, & licet aliqui Patres oppoſitum ſentire videantur, pauci ſunt reſpectu eorum, qui contrarium cenſere, & facilè poſſunt explicari: at circa priuilegium peccati originalis nulla extat Traditio, vt infra probabitur, nec Sancti Patres illi patrocinantur.*

65 Huius impugnationis facilis eſt confutatio: in primis enim, vt innuimus ſupra num. 59. non re-

qui-

quiritur quod priuilegium oſtendatur in Scriptura. Deinde falſum eſt illam phraſim *Eccleſia tenet*, denotare Traditionem in ſententia Arpalegi, quia nunc eſt verum dicere. quod Eccleſia tenet Conceptionem in gratia, & tamē Arpalegus non fatetur Traditionem, Concilium autem, ſi voluiſſet innuere Trnditionem dixiſſet, *E cleſia ſemper tenuit*, vel alia verba æquiualentia, tenet autem de præſenti, ſolùm ſign ficat Eccleſiam tunc exiſtentem ſic ſentire, quod etiam de Conceptione immaculata verificari poteſt. Vnde non eſt ad rem teſtimonium Pauli: nō enim eſt idem *tenete Traditiones*, ac, *tenet E cleſia*, vt per ſe patet. Rurſus etiam, ſi illa varba *tenet Eccleſia* ſonarent Traditionem, eſſet contra Arpalegum, nam Concilium non facit traditionem, ſed ſupponit illam, & declarat, vnde ſic arguo: per te ex infra dicendis num 125. ad Traditionem introducendam talis requiritur conſenſus *PP.* vt à tempore Apoſtolorum non ſint Patres contradicentes alicui doctrinæ, vt ex vi Traditionis reddatur definibilis: at ſunt PP. licet pauci (vt tu vis) qui dicāt Virginem comiſiſſe venialia: ergo non conſtitit priuilegium Concilio ex Traditione, ad decla andum Virginem non comiſiſſe venialia, ac proinde licet non conſtiterit priuilegium circa originale, poterit definiri immunitas ab illo. Quod ſi non obſtantibus paucis illis PP. potuit introduci Traditio, ex qua conſtaret priuilegium circa immunitatem à venialibus; potuit etiam introduci Traditio circa immunitatem ab originali, non obſtantibus PP. contradicentibus, quia comparatione eorum qui aſſerunt

eſſe

Digitized by Google

eſſe exemptam à regula generali, pauci ſunt, & qui facilè valeant explicari, vt infra conſtabit artic. 5. & 6 huius diſputationis, vbi ſermo eſt de mente Patrum.

66 Aliorum ſolutio eſt, ſponſam Regis, & matrem, non teneri coactiuè legibus populi, ſicut nec ipſe Imperator, vt habetur in l. Principes, ff. de legib. *Auguſta licet legibus ſoluta non ſit, Princeps tamen eadem priuilegia illi concedit, quæ ipſe habet*: ergo ex priuilegio Chriſti colligitur immunitas matris eius, & ſponſæ. Quod patet ex illo Eſther, cui dixit Aſſuerus; *non pro te, ſed pro omnibus poſita eſt lex*, vt oſtenderet illo facto excipere figuratiuè Beatam Virginem, ſicut excepta fuit Eſther à lege communi populi, nam iuxta Auguſtinum, *ſicut humana conſuetudo verbis, ita diuina potentia, factis loquitur*: cõtinetur ergo in ſacra Scriptura priuilegium B. Virginls ad non contrahendum peccatum originale, licet non verbis expreſſum, factis tamen confirmatum.

67 Certè quicunque pius B. Virginis ſeruus, poterat contentus eſſe hac ſolutione, ſed non acquieſcit Arpalegus, imò ait, *hanc eſſe euaſionem, quæ vim argumenti non excuſat. Et vrget primo, quia vt mater, & ſponſa intelligantur à communis legis obligatione immunes ex ipſa lege, vel ſcripto, vel mente Principis debet conſtare, vt ex illis verbis patet; Princeps autem priuilegia illi concedit, &c. At de priuilegio Virginis non conſtat, quia cum priuilegium ſit priuata lex, de ratione autem legis vt ſic eſt, quod ſit voluntas conſtans, imò, & promulgata: legis autem diuina promul-*

mulgatio debet conſtare ex Scriptura, & Traditionibus: debent ergò aſſignare expreſſum locum, vel Traditionē circa priuilegium Virginis.

68 Secundò, *quia falſum eſt, ſponſam non teneri communibus legibus, vt* Funeſtula *probat, & Valerius Maximus; quod multum roboratur, quia non eſt maior ratio de ſponſis, quàm de filijs: hi autem non ſunt à legibus populi immunes, vt patet ex illo Ionatha, qui à Patre Saule videbatur occidi, eo quod legem communem fregiſſet, &* Chriſtus *Dominus nonnunquam verbis duriuſculis primo aſpectu, proſecutus eſt matrem, licet non in reatum, ſed in ſignificationem, vt illud, quid mihi, & tibi eſt mulier, & illud, quæ eſt Mater mea, & mulier ecce filius tuus: vbi abſtinuit à verbo Matris proculdubio iuxta* SS. PP. *vt oſtenderet in operibus diuinis, & in opere redemptionis, legibus maternis non teneri, ipſamque matrem redemptione communi ſimul cum alijs mulieribus liberaſſe.*

69 Ad illud Eſther, in primis dicit, *non eſſe in conſequentiam adducenda, ea quæ à iure communi exorbitant: vnde ex facto exorbitante Eſther non poſſe conſequentiam deduci* Addit *legem quam Aſſuerus poſſuerat, non fuiſſe abſolutam, ſed diſiunctiuam, & conditionatam, niſi* Rex *extenderit virgam, quod obſeruatū eſt in illo facto, ex quo apparet quam infirma ſit obiectio oppoſita, quia in Scriptura ſolùm ponitur lex abſoluta, omnes in Adam peccauerunt, non verò disiunctiua, vel conditionata. Vnde cum lex ſit obſeruata in facto Eſther, non debet ex illo facto deduci priuilegium Virginis, ſed potius circa illam obſeruandam eſſe communem legem, ſicut obſeruata fuit in Eſther.*

70 Con-

Digitized by Google

70 Contra has impugnationes, ſeu ſolutiones, ſic diſcurro: ad hoc vt conſtet priuilegium matris, vel ſponſæ, ſufficit conſtare de titulo matris, vel ſponſæ, in quo imbibitur exemptio à lege populi, illa enim verba, *ipſe autem Princeps, &c.* non ſignificant debere Principem promulgare aliquam legẽ ad eximendam matrem, & ſponſam, ſed promulgatum intelligitur priuilegium, eo ipſo quod mater eſt, vel ſponſa, vt docent Iuriſconſulti in hunc locum, & expreſsè decernitur in l. ſi quis ingenuã 21. ff de captiuis, & poſt liminio, vbi eo ipſo quod quis ingenuam, ex captiuerio redemptam, in vxorem duceret, & ex ea filios ſuſcipere optaret; libera à lege communi pignoris, qua tenebatur ex vi citatæ legis cenſetur, ibi: *Exinde intelligi oportet remiſſum redempta pignoris vinculum, ex quo de ea ſuſcipere filios optauerat*; ergo eo ipſo quo conſtat aliquã fœminam eſſe ſponſam, conſtat priuilegio libertatis ſine alia promulgatione potiri.

71 Secundò, quia quod citat de Proconſulibus Romanorum vindicantibus in vxoribus, ſi deliquiſſent, intelligitur, quando delinquebant contra fidem ipſis datam, vel contra fidem publicam, non tamen de legibus communibus populi, quibus non tenebantur.

72 Impugnatio deſumpta à paritate de filijs, pro nobis eſt, nam filij Principis liberi ſunt à legibus communibus populi: ergo ſi non eſt maior ratio de filijs, ac de ſponſis, ſponſæ ſunt liberæ. Quod confirmat factum Saulis, & ipſiuſmet populi, qui non credidit in filium Regis debuiſſe extendi illam

legem

Digitized by Google

legem vniuerſalem non comedendi, quā promulgauerat Saul, ideoque liberauit eum idem populus, teſte Abulenſi in 1. Reg. 14. q. 53. *Quod populus nunquam conſenſit in mortem Ionathæ, nam etiamſi conſtitiſſet, quod ipſe verè peccauerat, & ſpontè non conſentiret populus, quod occideretur, quia erat filius Regis primogenitus, qui ſucceſſurus erat ei in Regno, ideò habebant Iſraelitæ eum ſicut ipſum Saulem, vnde nefas exiſtimabāt eum occidere*; ergo ſi in filio Principis, & ſponſa eadem militat ratio, libera eſt Virgo à lege communi peccati.

73 Quòd autem ſubiungit Arpalegus de Chriſto duriuſculè Virginem alloquente, non eſt ad rē. Tùm quia probare ex illo poterat, Virginem nullum habuiſſe ſpeciale priuilegium etiam circa venialia, quia illa verba communem cum alijs mulieribus *V*irginem faciunt, vt vult Arpalegus, quod conſtat eſſe falſum. Tùm, quia iuxta SS. PP. quos citat ſupreſſo nomine, ibi vt clarè docuit Auguſtinus, ſolùm voluit Chriſtus ſignificare, Matri non eſſe adſcribenda opera diuinitatis actiuè, neque opus redemptionis: tanta eſt enim Mariæ ſanctitas, vt ne ei attribuantur teandrica opera diuina, obſeruatione opus ſit, non tamen, quod paſſiuè non fuerit ſupra omnes mulieres, & præter oēs à Chriſto ſpecialibus priuilegijs donata, & ſpecialiter redempta. Vndè potius ex illis verbis colligitur, Virginem non teneri legibus communibus, ſicut Chriſtus: nam, *quid mihi, & tibi*, idem eſt ac ſi dicat, nec mihi, nec tibi in communibus defectibus locus eſt.

74 *A*d factum Eſther, non benè applicat regu-

Digitized by Google

lam iuris, quia cum dicitur non eſſe in conſequentiam adducenda ea, quæ exorbitant à iure communi, intelligitur, non eſſe ex facto ſpeciali exorbitante deducendam legem generalem ad omnes, benè verò ad alium caſum ſpecialem in eodem genere, & ordine, & ſic non poteſt deduci in conſequentiam ad alias mulieres, benè verò ad aliam Reginam.

75 *Præterea* falſum eſt, nos ex facto Eſther deducere conſequentiam ad *V*irginem, ſed dicimus in illo facto eſſe ſignificatam *V*irginis exemptionem, & figuratum priuilegium, quod eſt quid diuerſum, ſicut non rectè diceremus, ex aliquo facto Salomonis, in quo fuit figura Chriſti, deduci conſequentiam ad Chriſtum, ſed probari aliquod Chriſti myſterium: quod enim deducitur in conſequentiam eſt veluti in ſimilitudinem alicuius perſonæ diſtinctæ, quod autem eſt figura alterius in Scriptura ſacra, reputatur pro eadem perſona, eſt namque velut imago, quæ repreſentat perſonam depictam. Deindè ex facto illo Eſther recta ratione colligitur, legem vniuerſalem poſſe non comprehendere aliquam perſonam; atque adeò ab illa lege vniuerſali, *omnes in Adam peccauerunt*, poſſe non comprehendi *V*irginem ex aliquo titulo, vel priuilegio. Itaque non deducitur in conſequentiam factum illud, ſed ex illo deducitur ratio, in qua fundatur exceptio, quæ cum militet in noſtro caſu debet ab omnibus excipi. Quod colligimus ex illis verbis, *non pro te, ſed pro omnibus*, ex quo inferimus in omnibus non includi Eſther, quia Regina erat, vel ſi inclu-

includebatur ratione legis,exemptam fuiſſe ex priuilegio,quod innuitnr illis verbis, *non pro te*,vt ſup. num.42. cum Ioann. à S. Thom. dicebamus, ideò in illis verbis, *omnes in Adã peccauerunt*, Maria poteſt non includi ratione priuilegij.

76 Tandem illud quod addit, legem Aſſueri fuiſſe conditionatam, legem autem à Paulo relatã fuiſſe abſolutam; falſum eſt, tùm quia generaliter loquendo, promiſſiones, propoſitiones, leges, & comminationes Dei in ſacra Scriptura ſemper habent imbibitam conditionem, qua poſita, vel non obligant, vel non adimplentur, vti expreſsè tenet Toſtatus, Iudic. 6. vbi adducens aliquorum opiniones excuſantes Gedeonem à peccato cum petijt ſignum à Deo, vt certior fieret, quod per manum ipſius vellet populum liberare: inter alias excuſationis cauſas aſſignat, *quod promiſſiones factæ à Deo intelliguntur ſemper cum conditione,licet non exprimatur aliqua conditio*. Quod poterat mille exemplis probari, ſufficiant, quæ adducit Bernard.lib.2. de conſideratione ad Eugenium, vbi latè probat, non fuiſſe contra Dei promiſſionem abſolutam introducendi populum in terram promiſſionis per manum Moyſi,quod nemo eorum qui exierunt de Aegypto eã ingreſſus ſit, demptis Ioſue, & Caleb,nec Moyſes eos introduxit: *Neque enim*, inquit, *aliquando promiſſiones* Dei, *iuſtitiæ Dei præiudicant*, licet enim promiſſio fuerit abſoluta, ſubintelligebatur, niſi Deum peccatis ſuis ex infidelitate exacerbaſſent. Quod confirmat ex facto illo Iudic. 20. vbi refertur quod peccante Tribu Beniamin, cæteræ Tribus

Digitized by Google

conſulto Domino, & accepto ab ipſo oraculo, imò & deſignato duce, promiſſoque fauore diuino, accintæ ſunt ad pugnam; *Et nihilominus, terga dedere ſceleratis, vltores ſceleris, & paucioribus plures*, ita Bernard. Quod aſcribit occultiſſimis,& terribilibus conſilijs Dei ſuper filios hominum. Non enim promiſerat victoriam, niſi conditione implicita, quòd minus de ſe, quàm de Domino præſumerent; vnde ſubdit, quod *tertiò parent,& ſuperant*, quia bis inito certamine terga dederunt, eò quod ſuis viribus cõfidebant, tertia autem vice, quo inferiores certamine, eo fide ſuperiores inuenti ſunt, & quia totã ſpem in Domino iam poſuerant, vt ex textu colligitur, vincunt; ergo licet promiſſiones ſint abſolutæ,habent in ſe implicitam conditionem & ſicut promiſſiones Dei non præiudicant iuſtitiæ, ita neque comminationes præiudicant miſericordiæ.

77 Tùm etiam, quia ſi lex Aſſueri fuiſſet conditionalis, & impleta in Eſther in eo ſenſu, in quo fuit promulgata, non benè diceret textus, *non pro te, ſed pro omnibus*, quia pro ipſa, & pro omnibus fuit conditionalis, ergo ſemper relinquitur, illa verba, *non pro te, ſed pro omnibus*, inducere Eſther gaudere priuilegio exemptionis à lege communi,in eo ſenſu,in quo omnes comprehendebat; cumque fuerit figura Virginis, figurabat exemptam fuiſſe à communi lege mortis peccati, quia Chriſtus Dominus decreuerat extendere virgam protectionis ſuæ ad præſeruandam Virginem à peccato, ſicut Aſſuerus extendit virgam in Eſther. Relinquitur ergo legem generalem Pauli, *Virginem Mariã non*
com-

Digitized by Google

comprehendere, ac proindè non opponi definibilitati Conceptionis immaculatæ.

Proponuntur fundamenta ſacra Scriptura in fauorem ſententia negatiua.

78 PRoponit iam Arpalegus num. 8. teſtimonia ſacræ Scripturæ, quæ pro immaculatæ Cõceptionis definibilitate à noſtris afferũtur, & ex his non probari, probare intentat. Sed ex eis probamus in ſenſu literali Virginem fuiſſe in Conceptione immunem à peccato, & ſic proximè definibilem ſententiam negatiuam.

79 Primum eſt ex Geneſ. 3. vbi dicitur: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuũ,* quæ verba Echius in fauorem Immaculatæ Conceptionis interpretatur, dicens in ſerm. de Conceptione, intelligi de B. Virgine conterente in Conceptione caput diaboli, quod eſt peccatum originale. Vnde etiam Rupertus in illa verba Canticor. 7. *Quam pulchri ſunt greſſus tui filia* Principis. *Idcircò, ait, ancilla, nempe Eua calcaneum ad morſum, quia diſcalceata erat, tu verò, ò filia Principis, probe calceata, ſerpentis caput contriuiſti.*

80 Attamen (inquit Arpalegus) non poſſe ex hoc loco immunitatem deduci, ſi literaliter intelligatur. Primò, *quia nullus ex antiquis Patribus, nec Gloſſis in Geneſim, hunc locum de Virgine ad literam interpretatus eſt, vndè omninò eneruatur argumentum. Secundò, iſte locus in genuino ſenſu verificatur iuxta*

PP.

PP. de ipſa Eua, quæ per pænitentiam licet antea peccauerit, contriuit draconem; ergo ſicut verificatur de Eua licet peccauerit actualiter, poterit verificari de Virgine, licet peccauerit originaliter, quia actualiter non peccauit, & omnes hæreſes interemit, qua ratione id impletũ fuiſſe intelligunt PP.*qui hunc locum de Virgine exponunt. Sed dato, & gratis admiſſo, quod caput Draconis calcatum, ſignificet peccatum originale, adhuc verificatur in Maria contriuiſſe illud medio ſemine ſuo, qui eſt Chriſtus, qui omnem principatum debellauit, & ſic calceata pedibus ſuis lucerna verbi iuxta illud, lucerna pedibus meis verbum tuum, fuerit, vt non peccauerit vnquam actualiter, poſtquam ab originali fuit mundata, & purgata per ipſum*. ita Arpal.

81 His impũgnationibus, ſeu interpretationibus exiſtimat Arpalegus, eneruari vim argumenti ex hoc loco deſumpti. Sed diluuntur facilè eius ſolutiones, & probatur ex hoc teſtimonio immũnitas Virginis à contractione peccati originalis in ſenſu literali. Quod vt oſtendam, breuiter ſupponenda ſunt nonnulla, quæ ad intelligentiam alicuius loci literalem nos ducunt. Primò enim examinandus eſt, quis ſit ſenſus literalis, & germanus verborũ Scripturæ ex radicibus Hebræis, & verborum ſignificatione. Secundò, in quo impleatur, vel cui perſonæ conueniat ſenſus literalis ſic indagatus. Vnde priùs nobis probandus eſt ſenſus literalis, ~~ſic indagatus. ſicque priùs nobis probandus erit ſenſus literalis~~ illorum verborum, *inimicitias*, *&c.* & poſtea videndum, an, vel cui perſonæ adaptetur talis ſenſus. Nunc ſic: nulli dubium eſt in his verbis ſermonem

monem eſſe ad literam de peccato originali, eiuſq; effectibus, & pœnis, vt ex ipſo contextu hiſtoriæ, & facto conſtat, ex quo fit ea omnia, quæ ſerpenti, ſeu dæmoni ſerpentis habitu veſtito comminantur, eſſe in ordine ad punitionem illius delicti, ad quod tentauit, & ſeduxit primos parentes; ſicut quæ Adamo, & Euæ dicta ſunt, fuerunt in pœnam ſuæ præuaricationis. Deindè nomine capitis, non poteſt intelligi aliud, quàm peccatum originale in ſenſu literali metaphorico, quia non intelligitur de capite materiali ſerpentis, cuius corpus, ſeu figuram aſſumpſerat diabolus: multò minus de ipſo diabolo, qui caput materiale non habet: relinquitur ergo, eſſe intelligendum de capite metaphoricè ſūpto, quod ſecundum communem SS PP. conſenſum, ſignificat peccatum originale. Vnde Auguſtinus citatus à Carthagena, & Lezana in illud, *inimicitias ponam*; *Subiectio originalis peccati caput eſt diaboli.* idē habet Bernardus, & alij Rurſus per illam contritionem capitis, non ſolùm ſignificari in ſenſu literali contritionem per pœnitentiam, ſed contritionem per non contractionem culpæ, capitis nomine ſignatæ, conſtat ex ipſo Arpalego aſſerente eſſe impleta illa verba in Virginis ſemine, qui eſt Chriſtus, in quo non poſſunt verificari illa verba de contritione per pœnitentiam poſt admiſſam culpam, vnde iuxta aliam verſionem, & ſatis genuinam, ex Hebræo originali, vbi Vulgatus ponit, *ipſa conteret*, legendum eſt, *ipſum*, vel *ipſe*, vt referatur ad Chriſtum.

82 Reſtat nunc probare, illa verba in ſenſu literali

teralieſſe intelligenda de Virgine, quod quidem docuerunt Epiphanius tract.contra Anticomarianitas, Cyprianus lib.2. contra Iudæos,cap.9. Auguſt. lib. 11. de Geneſi ad literam, Theodoretus, Hugo Victor & Rupertus. Et negarunt Luterus,Caluinus, Furſterus, alijque hæretici, impia peruerſitate reprobantes verſionem vulgatam; *ipſa conteret*, quos doctè reprimit Caniſius lib. 5. marialis, cap.9. vt videat Arpalegus,quos Doctores ſequatur, dum negat, hunc locum de Virgine intelligi ad literam, & erubeſcat. Quod ſic oſtendo ratione: illa verba, *ipſa conteret caput tuum*, ſunt verificanda de mulierē, inter quam, & ſerpentem in ſenſu literali inimicitia ponitur, eſt enim pronomen relatiuum, *ipſa*, quod refertur ad mulierem ex verſione vulgata; ſed mulier, inter quam, & ſerpentem ponitur inimicitia, eſt Maria: ergo, &c. Minor probatur inimicitiæ ponuntur inter mulierem, & ſerpentem, ſicut inter ſemen mulieris, & ſemen ſerpentis: ſed ſemen mulieris eſt Chriſtus Dominus in ſenſu literali, ergo mulier eſt Mater eius in ſenſu literali. Vnde optimè adnotauit Thomas Maluenda ex Ord. Prædicatorū eruditiſſimus interpres literalis; quòd Chriſtus hìc dicitur ſemen mulieris, vt intelligatur, ex *V*irgine ſine viri ſemine natus: ergo cum verba ſignificēt in ſenſu literali, contritionem culpæ originalis per non contractionem, & ſermo ſit de *V*irgine in ſenſu literali, in hoc ſenſu probatur eius immunitas ab originali, per contritionem capitis ſerpentis præſeruatiuam.

83 Nec obſtat, quod illa verba verificentur de Eua,

Digitized by Google

Eua, licet antea peccauerit, quæ per pænitentiam peccatum deleuit, quia ex hoc non ſequitur in eodem ſenſu eſſe de Virgine verificanda: imò ex hoc ſequitur, quod quia rigoroſus verborum ſenſus de contritione per immunitatem à culpa, non poteſt in Eua verificari, debet in Virgine, figurata literaliter per Euam, vt omnes docent, adimpleri. Vnde Hieronymi regula eſt, quòd cum non poteſt aliquid de hiſtoria exponi, de prophetia intelligatur, nam ſæpè Prophetæ dum vnum loquuntur, aliò ſe transferunt; vt Scriptura non enarratio, ſed prophetia ſit: Hæc ſunt verba Hieron. Iſai. 16. *Emitte agnum; &c. quod non interpretamur de hiſtoria, ſed de prophetia; omnis autem prophetia ænigmatibus inuoluitur, & præciſis ſententijs, dum de alio loquitur, tranſit ad aliud, nè ſi ordinem Scriptura conſeruet, non ſit vaticinium, ſed narratio*, quod adeò verum eſt, vt etiamſi non iuxta verſionem Vulgati, ſed iuxta aliam probatam legeretur, *ipſa conteret*, deberet intelligi locus adimpletus in perſona figurata per Euam. Ad quod probandum ſufficiat vnicum Auguſtini teſtimonium in illud Dauidis factum coram Achis, vbi Dauid immutato vultu, dementiam ſimulauit, quod factum figuram fuiſſe Euchariſtiæ in ſenſu literali, docet Auguſtinus præfatione in Pſ. 33. & vbi Vulgatus legit, *& collabebatur inter manus eorum*: tranſtulit Auguſtinus; *& ferebatur in manibus ſuis*, ſuper quæ verba, hæc habet: *quomodo autem in Dauid inuentum ſit ſecundum literam, non inuenimus; in Chriſto optimè inuenimus, ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis, quando cõmendans corpus ſuum, ait: hoc eſt corpus meũ,*

Digitized by Google

ferebat enim corpus ſuum in manibus ſuis, &c. Vide quomodo Auguſtinus probet, ſenſum literalem illorum verborum eſſe de Chriſto, quia in Dauide impleri factum illud nō potuit. Ex quo apertè colligitur debere verificari in figurato, quæ in figura verificari non poſſunt, ſic enim multa quæ de Salomone ſcripta dicuntur, & de ipſo vera eſſe non poſſunt, in Chriſto impleri, docent communiter Interpretes; ergo ſimiliter in noſtro caſu, verificandus eſt in Maria ſenſus ille verborum de contritione præſeruatiua, quia non poteſt in Eua verificari.

84 Minus obſtat quod Arpalegus dicit, ſatis verificari contritionem capitis in Virgine per purgationem à peccato contracto, & præſeruationem ab actuali, ſicut verificatur in Eua, quia per pœnitentiam contriuit caput ſerpentis. Primò, quia vt dictum eſt, rigoroſus ſenſus verborum in Eua non habuit locum, quia ſupponebatur peccatum commiſſum, & ſic debent de Virgine intelligi. Secundò, quia etiam reſpectu actualium peccatorum poterunt verificari prædicta verba de contritione per pœnitentiam in Virgine, ſicut in Eua, quod Arpalegus non vult, ſed concedit, verificari in ordine ad actualia peccata per contritionem præſeruatiuam: ex quo fit, illa verba ſecundum ſe ſpectata, propriè ſignificare cōtritionem præſeruatiuam: atqui nulla eſt ratio ex textu, quæ nos cogat ad limitandā contritionem capitis ſerpentis, præſeruatiuam reſpectu actualium, & non reſpectu originalis: ergo ſicut reſpectu actualium ſignificant contritionem præſeruatiuam in Virgine, & non in Eua, ita reſpe-

ctu originalis, ex vi ſenſus literalis verborum.

85 Quod ſi dicas, neque in Virgine poſſe verificari quòad peccatum originale, contritionem præſeruatiuam, quia iam ſupponebatur contractum ab ipſa peccatum in Adamo. Reſpondes per quæſtionem, & falſum eſt, quod ſupponis, quia vt conſtabit infra à num. 292. ex vi peccati Adami ſolū ſupponitur in nobis debitum ad actu contrahendum peccatum, quando concipimur; vnde ſuppoſito ſenſu literali verborum de contritione præſeruatiua, locum habet quòad actualem contrictionem originalis, ſicut actualis, quia ex vi peccati primi parētis: ſuppoſito quòd fuiſſet pactum, & Virgo incluſa in illo, eodem modo erat *Virgo* debitrix contrahēdi peccata actualia, ſaltem venialia, quàm ipſum peccatum originale, niſi præſeruaretur à Deo.

86 Secundum teſtimonium, quod adducit Arpalegus pro ſententia negatiua, & impugnat, exiſtimans ſuperaſſe Achillem proxime definibilitatis, eſt illud Cantic. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* vbi ex Rabbinorum traditionibus adductis à Galatino, additur, *& macula originalis nō eſt, nec fuit in te*, quem etiam locum Idiota, & Carthuſianus, de immunitate *Virginis* à contractione culpæ originalis intellexerunt: ergo datur teſtimonium Scripturæ ſacræ, ex quo probatur immunitas prædicta in ſenſu literali, & per conſequens eſt definibilis.

87 Sed reſpondet primò, Arpalegus his verbis: *Quam parum ſuadeat, hoc teſtimonium ad definitionem, conuincitur ex eo, quòd nullus Sanctorum Pa-*

trum antiquorum, qui commentarios edidere in Cantica, & profectò agebant de ſenſu literali, & germano, inuenit hunc ſenſum in hoc loco, cumque, vt probatum eſt, aſſignandus ſit ſenſus literalis ex interpretatione Patrum, ſit conſequens, non eſſe proximè definibilem.

88 Sed quàm parum ſuadeat ſolutio iſta ad nō definibilitatem, ex eo colligitur, quod non ſolum vult non eſſe adhuc definibilem, ſed nunquam poſſe peruenire ad definibilitatem, vndè malè appoſuit illud, *nondum*, potuiſſet enim dicere, conſequēs ſit nunquam fore definibilem, quia iam impoſſibile eſt, quod ſancti Patres antiqui, qui ediderunt commentaria in Cantica, illum locum de Conceptione B. *V*irginis interpretentur: ergo iam impoſſibile eſt, vt perueniat ad definibilitatem.

89 Deindè impugnatur ſolutio, quia ex authoritate negatiua non ſumitur efficax argumentum, vnde licet ſancti Patres non inuenerint illum ſensū, dummodo contrarium non afferant, poterit hic ſenſus inueniri, præſertim, quia vt probabitur infra n. 13 ex radicibus, & originali Hbræco depromitur, & aſſiſtūt nobis hi duo grauiſſimi Patres Dionyſius, & Echius, quorum authoritatem negare licitè, & ſine rubore non poſſumus. Imò teſte Cornelio à Lapide hunc locum ſoli B. *V*irgini appropriant Rupertus, Pſellus, vterque Hugo, Cardinalis, & *V*ictorinus, S. Thom. Galatinus, & Ildephonſus de laudibus B. *V*irginis: quibus adde Alanum Inſulēſem cognomento Doctorem vniuerſalem ſatis antiquum, qui anno 1294. obijt, & in hæc verba ita habet: *Tota pulchra, ideſt, anima, & corpore, amica mea,*

per

per gratiam, & opera, & macula non eſt in te, quia nullum credimus in Virgine ante, & poſt conceptũ fuiſſe peccatum. Quorum verborum vim non euades, etſi audeas dicere, Alanum, non dicere in conceptu, ſed ante, & poſt conceptum, nam ex eo, quod Alanus pro ratione totalis pulchritudinis ponat, nec antea, nec poſtea habuiſſe peccatum, euidenter ſequitur ſentire, neque in conceptu peccatum habuiſſe; nam ex Alano, non poteſt dici tota pulchra, ſi antea, vel poſtea peccatum habuiſſet: at hæc ratio magis militat ſi in ipſo conceptu peccatum habuiſſet: ergo vt in vtroq; ſenſu dicatur *V*irgo, tota pulchra, neceſſe eſt, quod neq; in conceptu peccatũ habuerit. Sicut non poteſt dici, tota pulchra in corpore, ſi in partu *V*irgo non fuiſſet, licet ante, & poſt *V*irgo remanſerit.

90 Secundò reſpondet, *hoc teſtimonium ad literam verificari de ſponſa Salomonis, quæ aliàs dicitur, nigra ſum, ſed formoſa, &c. quæ quantumuis pulchra, aliquas corporeas maculas admiſit in aliquibus indignioribus partibus*. T*ùm etiam verificatur literaliter de* Ec*cleſia Romana, & de* Ec*cleſia militante: verificatur etiã de anima iuſti, & tamen Eccleſia Romana, &* Ec*cleſia militans admittunt in membris maculas peccati originalis, & actualis, & de iuſto dicitur, quod cadit ſepties in die: ergo ſi de his verificatur, non obſtantibus maculis, quas admittunt, quomodo* ex *quo B. Virgo dicatur, tota pulchra, poteſt deduci euidenter probata immunitas ab originali, ex quo hæc verba non poſſunt verificari de illa, ſine contractione, quando verificatur de anima iuſti cum tali contractione; maximè ſi his adnectamus, ſimul*

de

de B. Virgine dici, ſub arbore malo ſuſcitaui te, quod non poteſt componi cum immunitate à contractione originalis, nam eſſe pulchram totam animam, ſaluatur, & componitur cum contractione originalis, fit enim tota pulchra per purgationem, & mundationem ab illo: at cũ ſuſcitari, requirit mortem præincurſam, nec ſaluatur ſuſcitatio in proprio ſenſu cum ſola obligatione, nam ex eo quod Apoſtolus dicit, omnes reſurgemus, deducit Aegidius, parum eſſe tutum in fide, aſſerere aliquos non eſſe morituros, ſed viuos eſſe ſuſcipiendos ad iudicium, quia non verificatur ſurgere, niſi moriatur, ergo ſimiliter in noſtro caſu.

91 Hæc ſecunda reſponſio confutatur. Primò, quia nimis probat, etenim eodem modo poſſet dici, verificari Virginem eſſe totam pulchram, licet admiſerit peccata actualia, ſicut verificatur in anima iuſti: quod eſt falſum: Secundò, quia ex eo, quod non verificatur totalis pulchritudo de Eccleſia, & de anima iuſti, vt nullas admittat maculas, ex regula ſupra tradita num. 75. debet verificari in aliqua perſona totalis pulchritudo, ſignificata in illis verbis: atqui pulchritudo ſignificata in illis non eſt ſola pulchritudo poſt mundationem, & purgationem maculæ: ergo verificanda eſt talis pulchritudo in Virgine, cum in alijs ſponſis verificari non poſſit. Probatur minor: nam iuxta originale Hebræum, illud, *tota pulchra*, habet vim comprehendendi omnes ſtatus ſponſæ, à primo inſtanti ſui eſſe, ſignificat enim, *totum quod tuum fuit*, hoc eſt, *omne tuum*, *totum tui pulchrum*, quod idem eſt, ac dicere, totum tuum eſſe, hoc eſt, totum quod tuum fuit, pulchrũ

fuit.

Digitized by Google

fuit. Concinunt huic interpretationi verba Hieronymi, quæ leguntur in Breuiario Hiſpalenſi, quæ eſſe Doctoris Maximi fatetur Bandellus, vt notat Pater Granadus diſput. 3. ſect. 2. de Conceptione: *Quidquid in Maria geſtum eſt, totum puritas, totum veritas, totum gratia fuit*. Quidquid geſtum eſt, totum gratia fuit: ergo primum eſſe Mariæ, gratia fuit, vt totum eſſe pulchrum verificetur. Deinde illud, macula non eſt in te, ſignificat ex phraſi ſacræ Scripturæ, maculam non contrahis, vel non contraxiſti, quia in Scriptura, maculam eſſe alicui, eſt maculã contrahere, vt colligitur ex illo Prouerb. 9. *Qui arguit impium, ſibi maculam generat*, hoc eſt iuxta Malùendam, & alios, *macula eſt ei*, vel *maculam ſibi contrahit*: itaque maculam eſſe alicui, eſt maculam primo generari in illo, vel ab ipſo contrahi, vt cõmunis ſenſus expoſitorum habet: ergo cum Spiritus ſanctus dicat, *macula non eſt in te*, ſignificare vult, maculam non contrahis, vel non contraxiſti; ponitur enim præſens, pro præterito ad ſignificandam exiſtentiam veritatis: ſicut ponitur præteritum pro futuro ad firmandam certitudinem prophetiæ. Adde illud, *eſt*, non eſſe certum, quod ſit potiùs temporis præſentis, quam præteriti; vnde poteſt legi, non fuit, præſertim cum in originali Hebræo, non inueniatur illa particula, *eſt*: ex quo non parum confirmatur ſenſus noſter, nam in Hebræo dicitur, *macula non in te*, ſic vertunt Chaldæus, & Pagninus, quæ cum ſit negatio abſoluta, malignantis naturæ eſt, & omne tempus reſpicit, quaſi dicat, macula nunquam in te, quod non eſſet verum, ſi aliquando

ma-

Digitized by Google

macula fuiſſet in Maria. Ex quo euidenter deducitur, quod cum illa verba habeant hunc ſenſum litteralem: qui non poteſt verificari in Eccleſia, neque in anima iuſti, ſecundum Arpalegum, poteſt tamẽ verificari in Virgine, neceſſario eſſe in illa verificandum.

92 Quibus omnibus adnectamus, quæ ipſe Arpalegus adnectit ex illo, *ſub arbore malo ſuſcitaui te*: in primis enim ſuſcitare in ſacra Scriptura, non ſolum ſignificat reſtituere deperditũ, ſed ſæpius primum eſſe alicui rei dare, vt notat Hieronymus Lauretius in Silua allegor. vt illud, *ſuſcitabo Tabernaculum, ſuſcitabo Paſtorem*. Deinde, quia illa verba intelliguntur de ſuſcitatione Virginis ad maternitatẽ cum munere fœcunditatis, & virginitatis: at Virgo non fuit ſuſcitata ad virginitatem poſt amiſſionem illius, ac proindè illud ſuſcitare, non debet ſupponere mortem præincurſam: vnde quidquid dicat Aegidius, non eſt parum tutum, ſed probabile, vt docet S. Thom. aſſerere, aliquos non morituros in fine mundi, quia ad veritatem verborum Pauli, ſufficit, vt omnes habeant reatum mortis, vt ſupra vidimus n. 40. Denique, quia illud ſuſcitaui ex lectione Græca ſignificat, ſegregaui, excongregaui, vnde non leue argumentum deducitur pro noſtra ſententia: nam dirigendo verba ad Mariam, ſenſus eſt; ſub illo arbore malo (in quo Crux eſt adũbrata) ibi corrupta eſt genitrix tua Eua, in quantum arbor fuit ſcientiæ boni, & mali: ibi in quantum Crucem adumbrauit; ſegregaui, excongregaui te ab illa multitudine, quæ ſimul cum matre peccato infe-

infecta eſt, & corrupta.

93 Illud etiam quod addit, nullam fidem mereri teſtimonia Rabinorum, quia cōmentitia paſſim deprehenduntur, & quia additio nimis violenta videtur: *tota es, & fuiſti pulchra*, non facit contra nos. Tùm, quia licet aliquando fateamur Rabinorũ teſtimonia nullius eſſe ponderis, præſertim ſi exorbitent, prout communiter ſolent, à vero Scripturæ ſenſu: quando autem non diſſonant, quaſi ſalutem ex inimicis noſtris ea recipimus: hæc autem non diſcrepare à proprio verborum ſenſu, ſatis conſtat ex dictis. Tùm, quia addictio illa, *es, & fuiſti*, non eſt textui violenta, cum in originali Hebræo locũ habeat, vt vidimus.

94 Tertium teſtimonium deſumitur ex ſalutatione angelica, nam illud verbũ, *Aue*, ſignificat carens triplici væ culpæ originalis, venialis, & mortalis: *gratia plena*, id eſt, omni genere gratiarum, tàm præſeruatiuæ originalis, & actualis, quàm ſanctificatiuæ ſubiecti: *Dominus tecum*, à primo conceptionis inſtanti: *Benedicta tu*, quia ſola non incurriſti labem originalem: *Inueniſti gratiam*, quod verificatur de originali, quia aliæ gratiæ iuſtificatiuæ, iam ab alijs inuentæ ſunt, vnde ſola præſeruatiua inuenta eſt à Maria.

95 Sed ſolutio, inquit Arpalegus, facilè apparet, *aduertendo, ea omnia dicta eſſe ab Angelo, non in primo inſtanti conceptionis, ſed in ſecunda ſanctificatione, quando eſt totaliter deputata in Matrem Verbi, ac proindè mera diuinatio eſt, non verò literalis explicatio, ſed accommodatitia, & voluntaria: quæ ne dum inualida*

eſt ad definitionem, ſed etiam ad Scholaſticam diſputationem infirmam. Speciali autem prouidentia factum eſſe, vt nullum verbum protulerit Angelus, quod non fuerit ab alijs aſſumptum in ſacra Scriptura in ſalutationem aliorum: ac proindè ſicut ibi nec leuem ſuſcipionem inducant originariæ immunitatis, ita nec in præſenti ſolidum fundamentum præſtant ad definibilitatem ſententiæ negatiuæ. Nam, Aue, ſolum Latino idiomate ſignificat ſine væ; non verò in Hebræo, in quo ab Angelo fuit prolatum: Tùm etiam, Aue, erat antiquitus communis ſalutatio inter fideles, vt patet ex 2. Epiſt. Ioan. Aue ne ei dixeritis, & Chriſtus Dominus ſalutans mulieres, dixit: Auete, de Stephano etiam dictum eſt; plenum gratia, & Spiritu ſancto. Gedeoni, *Dominus tecum virorum fortiſſime*, Iudic.5. *Benedicta inter mucieres*, Iabel. Iudith. 13. *Benedicta es tu filia*. De Noe: *Inuenit gratiam coram Domino*. Geneſ. 19. & de Ioſeph. Geneſ. 13. *Inuenit gratiam coram Domino*. Et cum de Virgine dicitur: *Inueniſti gratiam, intelligitur fuiſſe aptam ad electionẽ Matris, vt colligitur ex verbis ſequentibus: Ecce concipies in vtero*, & vt Bernard. ſerm. 4. de Aſſumpt. interpretatur his verbis; *Hæc eſt enim, quæ totius mundi reparationem obtinuit, ſalutem omnium impetrauit, conſtat enim pro vniuerſo genere humano fuiſſe ſolicitam, cui dictum eſt, ne timeas Maria, inueniſti gratiã apud Deum, gratiam vtique quam querebas*. hæc Arpaleg.

96 Quanta congerit hìc Arpalegus! Verum ſicut ipſe ait de nobis, accommodatitio ſenſu vſus. Primò enim certum eſt, illa verba non fuiſſe dicta ab Angelo in primo inſtanti conceptionis Mariæ, ſed Verbi, ſed tamen, etiam eſt certum, non fuiſſe dicta

pro

pro eo inſtanti, ſed explicari tunc gratias, & benedictiones, quibus donata eſt à primo inſtanti ſuæ cōceptionis, vt eſſet digna Mater Dei: Virginē enim deſtinatam fuiſſe in matrem à primo conceptionis inſtanti, eſt SS. PP. aſſertio, vnde Chryſologus ſerm. 146. *Quomodò non ante conceptum Mater, quæ poſt partum Virgo Mater, aut Genitrix quando non, quæ ſæculorum generauit auctorem*. Et S. Thom. 3. part. q. 27. art. 4. inde probat, Virginem nunquā peccaſſe actualiter, quod fuerit diuinitus electa in Matrem, & ſic intelligit verba Angeli. *Et ideo*, inquit, *non eſt dubitandum, quia Deus per ſuam gratiam eam ad hoc idoneā reddidit, ſecundum quod Angelus ad eam dicit, inueniſti gratiam, &c. non autem fuiſſet idonea mater Dei, ſi aliquando peccaſſet, &c.* Ex quibus verbis colligitur, verba Angeli non ſignificare gratiam, quam tunc Virgo accepit, ſed quam antea acceperat ad non peccandum, vt redderetur idonea Mater Dei. Quòd confirmatur ex communi etiam PP. conſenſu, aſſerentium Spiritum ſanctum ſuperueniſſe in Virginē, & extinxiſſe omnem peccati fomitem, & reliquias abſtuliſſe, & tamen eſt valdè probabile, vt docet idem S. Thomas, Virginem à primo inſtanti in quo ſanctificata eſt, caruiſſe fomite peccati. Rurſus ex Bernardo ab Arpalego citato idem oſtenditur, nam in illa verba, *gratia plena*, ſic ait: *non ſolum plena, ſed ſuper plena*, nam ante aduentum Angeli, iā erat gratia plena. Explicuit ergo Angelus iuxta Bernardi mentem, gratiam, quam iam habebat Virgo, non quam tunc acceperat.

97 Speciali etiam prouidentia non dubito factū

eſſe, vt nullum verbum protulerit Angelus, quod non fuerit in ſacra Scriptura ab alijs aſſumptum in ſalutationem, vel commendationem aliorum. Nam vſus ſacræ Scripturæ eſt, vt myſteria occultiſſima, verbis communibus proferantur, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, proindè enim requiritur pia affectio ad credendum, & ad intelligendas Scripturas, nam quæ in cortice literæ videntur alijs communia, in medulla, ſunt pro aliquo myſterio à Spiritu ſancto dictata, vt fides magis eluceſcat, & confundantur, qui in primo literæ ſono veluti cæcutientes, & quaſi ad parietem palpantes offendunt; ideò dicebat Chriſtus, *ſcrutamini Scripturas*, quaſi dicat, ſub verbis Moyſi, Dauidi & Salomoni communibus, inuenietis latentem Meſſiam, quem coram habetis, & in quem credere non vultis. Sic etiam dixit, *Caro mea verè eſt cibus. Et cibus meus eſt facere voluntatem Patris mei*, & verbum Dei dicitur cibus, cū tamen non ſignificetur in his realis conuerſio verbi in cibum. ſicut verificatur in illis conuerſio panis in Corpus Chriſti: *& ſoluite templum hoc*, quòd non intellexerunt de templo corporis ſui de quo Chriſtus loquebatur: ergo ſimiliter in præſenti, licet verba ſint alijs communia, poterunt ſpecialiter in Virgine adimpleri. Vnde licet quodlibet illorum verborum ſeorſim aſſumptū ſit, omnia tamen ſimul nemini ſunt adaptata, vt impleretur illud: *in parte Dei mei hæreditas illius, in plenitudine ſanctorum detentio mea*, quia vt aiebat Bernardus, *cæteris per partes, Maria verò, tota gratiæ plenitudo infunditur.*

98 Ex

Digitized by Google

98 Et vt ad rem ſpecialiùs veniamus, illa communia verba, non eſſe in communi ſenſu Mariæ adaptanda, patet ex ſanctis Patribus. Nam in primis Eccleſia in illud, *Aue*, canit mutatum eſſe Euæ nomen, per quod ſignificatur maledictionem Euæ eſſe per Mariam excluſam, vel Mariam non attigiſſe, quod quidem non poterat ſignificare illud *Aue*, reſpectu eorum, quibus in lege veteri huiuſmodi ſalutatio eſt conceſſa.

99 Vbi eſt valdè notandum, quod Arpalegus tota animi ſecuritate, dixit, *Aue*, in lingua ſolùm Latina ſignificare ſine vè, quaſi ipſe omnia idiomata callueꝛit. Nam nomen *Selom*, in lingua Syriaca, in qua, iuxta Lucam Burgenſem credendum eſt Angelum fuiſſe loquutum, ſignificat ſine vè, & multò magis in Hebræa, in qua dicit Arpalegus, Angelũ verba protuliſſe, nam iuxta Pagninum in Theſauro ſignificat pacem, prout opponitur gladio, & tranquillitatem, prout opponitur perturbationi, ſalutem quoque, incolumitatem, integritatemque perfectam, & ex omni parte. Vnde verba, *Selom lecbi*, ꝙ interpretatur, pax tibi, idem eſt ac dicere, pax ſine væ gladij, tranquillitas, ſine væ perturbationis, ſalus, incolumitas integra, & ex omni parte, ac ſine vlla miſeria, hoc eſt ſine vllo vę, ergo ſignificat ſine vę.

100 Quid quod, licet verbum, *Selom*, non ſignificaret pacem ſine vę, ſufficeret, quod in translatione eam haberet ſignificationem, vt ex ipſa efficax conficiatur argumentum, & vti canonica ſit recipienda, dummodo ex alijs Scripturæ locis conſtet,

con-

eſſe, vt nullum verbum protulerit Angelus, quod non fuerit in ſacra Scriptura ab alijs aſſumptum in ſalutationem, vel commendationem aliorum. Nam vſus ſacræ Scripturæ eſt, vt myſteria occultiſſima, verbis communibus proferantur, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, proindè enim requiritur pia affectio ad credendum, & ad intelligendas Scripturas, nam quæ in cortice literæ videntur alijs communia, in medulla, ſunt pro aliquo myſterio à Spiritu ſancto dictata, vt fides magis eluceſcat, & confundantur, qui in primo literæ ſono veluti cæcutientes, & quaſi ad parietem palpantes offendunt; ideò dicebat Chriſtus, *ſcrutamini Scripturas*, quaſi dicat, ſub verbis Moyſi, Dauidi, & Salomoni communibus, inuenietis latentem Meſſiam, quem coram habetis, & in quem credere non vultis. Sic etiam dixit, *Caro mea verè eſt cibus. Et cibus meus eſt facere voluntatem Patris mei*, & verbum Dei dicitur cibus, cũ tamen non ſignificetur in his realis conuerſio verbi in cibum, ſicut verificatur in illis conuerſio panis in Corpus Chriſti: *& ſoluite templum hoc*, quòd non intellexerunt de templo corporis ſui, de quo Chriſtus loquebatur: ergo ſimiliter in præſenti, licet verba ſint alijs communia, poterunt ſpecialiter in Virgine adimpleri. Vnde licet quodlibet illorum verborum ſeorſim aſſumptũ ſit, omnia tamen ſimul nemini ſunt adaptata, vt impleretur illud: *in parte Dei mei hæreditas illius, in plenitudine ſanctorum detentio mea*, quia vt aiebat Bernardus, *cæteris per partes, Mariæ verò, tota gratia plenitudo infunditur.*

98 Et

98 Et vt ad rem ſpecialiùs veniamus, illa communia verba, non eſſe in communi ſenſu Mariæ adaptanda, patet ex ſanctis Patribus. Nam in primis Eccleſia in illud, *Aue*, canit mutatum eſſe Euæ nomen, per quod ſignificatur maledictionem Euæ eſſe per Mariam excluſam, vel Mariam non attigiſſe, quod quidem non poterat ſignificare illud *Aue*, reſpectu eorum, quibus in lege veteri huiuſmodi ſalutatio eſt conceſſa.

99 Vbi eſt valdè notandum, quod Arpalegus tota animi ſecuritate, dixit, *Aue*, in lingua ſolùm Latina ſignificare ſine vè, quaſi ipſe omnia idiomata callucrit. Nam nomen *Selom*, in lingua Syriaca, in qua, iuxta Lucam Burgenſem credendum eſt Angelum fuiſſe loquutum, ſignificat ſine vè, & multò magis in Hebræa, in qua dicit Arpalegus, Angelũ verba protuliſſe, nam iuxta Pagninum in Theſauro ſignificat pacem, prout opponitur gladio, & tranquillitatem, prout opponitur perturbationi, ſalutem quoque, incolumitatem, integritatemque perfectam, & ex omni parte. Vnde verba, *Selom lecbi*, ꝙ interpretatur, pax tibi, idem eſt ac dicere, pax ſine væ gladij, tranquillitas, ſine væ perturbationis, ſalus, incolumitas integra, & ex omni parte, ac ſine vlla miſeria, hoc eſt ſine vllo vę, ergo ſignificat ſine vę.

100 Quid quod, licet verbum, *Selom*, non ſignificaret pacem ſine vę, ſufficeret, quod in translatione eam haberet ſignificationem, vt ex ipſa efficax conficiatur argumentum, & vti canonica ſit recipienda, dummodo ex alijs Scripturæ locis conſtet,

con-

Digitized by Google

conuenire illum ſenſum translationis perſonæ, de qua eſt ſermo, iuxta tradita per Tenam. lib. 1. Iſagogen. ſeſſ. 5. ex Cano, & alijs, vbi nonnulla de hoc exempla adducit. Cum igitur ex alijs locis cōſtet Mariam fuiſſe ſine vę peccati originalis, licet illud, *Aue*, in lingua ſolum Latina, in quam facta eſt translatio, ſignificaret ſine vę, probaretur ex illo Virginem fuiſſe ſine vę peccati originalis.

101 Deinde Bernardus in illud, *gratia plena*, ſic habet homil. 3. ſup. Miſſus eſt: *Legimus in Actibus Apoſtolorũ, & Stephanum plenũ gratia, & Apoſtolos fuiſſe repletos Spiritu ſancto, ſed longè diſſimiliter à Maria, alioquin, nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodũ in Maria, nec illi conceperunt de Spiritu ſancto, quomodo Maria.* Quæ verba non in sēſu accommodatitio, ſed in literali dixit Bernardus. Addo Chriſtum Dominum Lucæ. 4. dici, *plenum Spiritu ſancto*, quæ verba non in communi ſenſu accipimus, ſed plenitudinem ſpecialem in Chriſto ſignificant, ſuperiorem ipſi Virgini: vnde colligitur verba communia iuxta capacitatem ſubiecti eſſe intelligenda, & ſpecialiter aptanda. Audi Athanaſiũ citatum à Gloſſa inter Sãctos, quos adducit pro immaculata Conceptione, ſerm. de myſterio Annuntiationis dicentem: *Idcircò gratia plena cognominata eſt, eo quod adimpletione Spiritus ſancti omnibus gratijs abundaret, & virtute Altiſſimi obũbraretur, quã virtutē pro omnia tēpora conceptus, eã habuiſſe confido.* Vbi gratiã plenã per omnia tempora conceptus, non ſignificat ſolũ fuiſſe gratia plenã tempore conceptionis Chriſti; ergo gratiã in cōceptione ſua ſignificãt.

102 In

102 In illud, *Dominus tecũ*, Auguſtin. ſerm. 2. de Annuntiatione; *Tecũ Dominus in corde, tecũ in ventre, tecũ in vtero, tecũ in auxilio*. Quod certè non ſignificatur per hæc verba, quando dicta ſunt Gedeoni. Vnde Francus Abbas citatus à Lezana de Conceptione cap. 12. *Dominus tecũ eſt, ò Virgo, non generali tantum benedictionis gratia, qua cũ cæteris Sanctis eſt, ſed & ſingulari prærogatiua gratiæ.* Vnde etiã Thom. Beuxamis, 1. tom. in Euang. ait: *Mariam non pari gradu cũ alijs gratiã accepiſſe, ſed quantũ electa creatura, præter vnionẽ cũ Deo hypoſtaticã capax eſſe poteſt*: ergo cum ſit capax gratiæ originalis, eam aſſequuta eſt. Adſtipulatur Bernardus in ſerm. ſignum magnum, dicens: *Mariã quantũ ſine perſonali vnione, creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſſibili videri immerſam.* Loquitur de gloria Mariæ, quæ cum gratiæ correſpondeat, eam gratiam concedit, cuius creatura capax eſt, excepta perſonali vnicne, quæ profectò eſt originalis.

103 In illud, *Benedicta tu in mulieribus*, ait Sophronius, *Benedicta tu in mulieribus, plus benedicta, quã omnes mulieres, ac per hoc, quidquid maledictionis infuſũ eſt per Euã, totum abſtulit benedictio Mariæ.* Tandem in illud, *inueniſti gratiã*, ait S. Thom. *per illa verba ſignificari gratiã præſeruatiuam ab omni peccato, ſaltẽ actuali*; ergo in verbis communibus inuenimus in ſenſu literali, non accommodatitio, neque diuinatiuo, vt obijciebat Arpalegus, ſpeciales Mariæ gratias præ cæteris, quibus illa verba dicta ſunt. Vnde ex regula Scripturæ, quia in illis verificari non poſſunt de gratia originali, in *V*irgine debent verificari.

104 Quar-

104 Quartum teſtimonium ſibi objicit Arpalegus ex Theorematibus Villiſoletanis, *quorum occaſione tota hac tragedia*, inquit, *non ſine magno tumultu his diebus excitata eſt*. Ex illo Leuit. 12. *Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculũ, immunda erit ſeptẽ diebus, &c.* Ex quo ſic philoſophatur in fauorem ſententiæ negantis. *Nã ſicut illa lex, vel non ligabat Mariã, vel ſi ligabat ex natura ſua, exẽpta fuit per ſpeciale priuilegiũ, vt aſſerit Abulenſ. ſic erit dicendum de illa lege cõmuni; omnes in Adã peccauerunt. Hoc argumentũ latè à Salaçar expenſum* (inquit Arpalegus) *quod quia parũ vrget, & neque apparentiã videtur habere ad rem noſtram, aliter illud efformo, ex proprio penu in fauorẽ eiuſdem ſententia.*

105 *Ratio ob quã mulieres tenebantur lege purificationis, erat propter immunditiã ex partu procedentẽ, qua erat mulcta, & vindicta peccati originalis ab eis cõtracti: ergo ratio ob quã Virgo tali lege deobligata fuit, eſt quia non patiebatur illã immunditiã, quia originale peccatũ non erat ab ea contractum.* Antecedens probat ex Auguſtino, Thoma, & alijs Patribus (quorum verba non citat, ſed ea dabimus, infra num. 111.) aſſerentibus, quod ſi homo non peccaſſet, mulieres ſine dolore, ſine immunditia, & ſine immunitatis læſione parerent. Quòd confirmat ex Ricardo de S. Victore, lib. 2, de Emanuel. cap. 28. vbi de Maria ait: *qua cauſa, qua vè iuſtitia, vt remaneat in Maria pæna, vbi nulla eſt culpa?* Et ex Cypriano ſerm. de Natiuit. dicente; *Non ſuſtinebat iuſtitia, vt illud vas communibus laſſaretur iniurijs, quod plurimum à cateris differens, natura communicabat, non culpa:* ergo caruit

caruit ſubiectione legis purificationis, quia caruit culpa originali, & idem docet ex Carthuſiano Lucæ 2. agente de Purificatione.

106 Ad primam obiectionem reſpondet Arpalegus, *non admitti ſententiã Abulenſis, dicentis, Beatã Virginẽ comprehenſã in lege Purificationis, quia hoc reprehendit Cyr. Alexandrinus, lib. 2. de fide ad Reginas, in Arianis, & quia hoc idẽ tenẽt Nouatores, Melancthon, Artopeius, & Sarcenius, de quo Caniſius lib. 4. de Deipara cap. 12. Sancti ergo Patres dicunt, B. Virginẽ non teneri legibus purificationis ex defectu materiæ, quia lex dicebat, quod ſi ſuſcepto ſemine pareret mulier, purificaretur; B. autẽ Virgo non peperit ſuſcepto ſemine. Vnde infertur, quã parũ poſſit conducere illud teſtimonium ad definibilitatẽ, quia ibi agitur de Purificatione, hìc de Conceptione, illic clarè deeſt materia legis, hìc dubitatur, an ita acciderit, imò probatũ eſt ſupra, teneri lege contractionis, niſi præuenta fortè fuerit ex vi priuilegij.* hæc Arpalegus.

107 Contra hanc reſponſionem inſurgo, ex verbis legis purificationis non poſſe inferri immunitatem Virginis ab illa, nã vt notat doctiſſimus Malenda, illa verba, *ſi ſuſcepto ſemine peperit*, non ſignificant ſecundum probatas *V*erſiones, ſi ſuſcepto viri ſemine, ſed abſolutè, & generaliter, ſi conceperit, vel genuerit, quocumque modo id factum ſit. *V*nde non ſignificat ſemen ſuſceptum à muliere ex viro ad concipiendã prolem, ſed ſumitur pro ipſa prole: & ſenſus eſt, mulier ſi habuerit filios; ſemen enim pro filijs accipi in Scriptura ex varijs locis conſtat, nobis ſufficiant illa verba: *inimicitias*

Digitized by Google

ponam inter ſemen tuum, & ſemen illius: ergo Virgo non liberatur à lege purificationis à PP. ex defectu materiæ præcisè, ſed quia aliunde conſtat eſſe Dei Matrem; & peperiſſe ſine dolore, & læſione virginitatis: ergo ſimiliter cum conſtet Virginē eſſe Dei Matrem, & ex alijs Scripturæ locis conijciatur priuilegium, debebit liberari à lege communi, *omnes in Adam peccauerunt*.

108 Si dicas, ipſa verba legis poſſe etiam intelligi in illo ſenſu, ſi ſuſcepto viri ſemine, vnde ex ipſa mente legis poſſe Virginem excludi. Vrgeo, etiā illa verba, *omnes in Adam peccauerunt*, poſſe ex regula Scripturæ intelligi excepta Deipara, vt ſupra probatum eſt à num 45. ergo argumentum à noſtris ex illa lege deſumptum, non ſolùm habet apparentiam, ſed firmo nititur fundamento, quia ſicut in illa lege generali purificationis, Virgo non manet comprehenſa, licet in aliquo ſenſu potuerit comprehendi, quia ſecundum alium videtur excluſa, ita ſimiliter in noſtro caſu. Quòd autem, hæretici aſſerant Virginem comprehendi in lege purificationis, reijcitur à PP. quia ex hac comprehenſione colligere tentabant aliquid contra Mariæ virginitatē. Addo etiam hæreticos, præſertim Sarcenium, indignè loqui de Mariæ Conceptione, aſſerentes eſſe conceptam in peccato, ita Caniſius lib. 1. de Deipara, cap. 8. & tamen ex hoc non cenſet Arpalegus, eſſe reſpuendam ſententiam affirmatiuam, ſed dicet, eſſe reſpuenda verba indigna, quibus illud dicebant: ergo ſimiliter non reſpuetur ſententia negans cōprehendēdi Virginē purificationis lege, niſi quia ex illa

con-

contra virginitatem arguebant, teſte Caniſio loco citato ab Arpalego, vbi errorem Heluidianorum ſic deſcribit; *Ecce*, inquiebant illi, *cum dicit Lucas cõpletos dies purificationis eius, oſtendit Euangeliſta, legali natura eam ſubiacuiſſe, & ſordibus coinquinatã fuiſſe, ſimul & Ieſum vuluam Matris aperuiſſe*. Quod ex PP. cõnfutat Caniſius: ſtat ergo, quòd B. Maria aliquo modo comprehendatur lege purificationis, à qua ex priuilegio liberetur, quin ex eo conueniamus cum hæreticis id aſſerentibus, quia illi comprehenſionem legis ideò aſſerebant, vt inde inferrent carentiam virginitatis: nos ſine iactura virginitatis, ex eo ſolum, quòd filium habuerit, ex probatis verſionibus, & vera illius legis intelligentia, vel non comprehendi dicimus, vel eam ex priuilegio ab obligatione legis liberamus.

109 Ad ſecundam obiectionem à ſe efformatã, ne dicam confictam, vt in reſpõſione poneret, quod ſibi videbatur cõuincere contractionem culpæ originalis in B. Virgine, Reſpondet, *parere ſine dolore, & læſione virginitatis, fuiſſe diſtinctum miraculũ à conceptione de Spiritu ſancto, vnde ponitur pro ſecundo articulo humanitatis, quorum primus eſt conceptionis Chriſti de Spiritu ſancto, quia adhuc ſuppoſita fide primi articuli, reſtat noua difficultas credendi partum virgineũ: articuli verò diſtinguuntur penes difficultatem ſpecialem credendi, ex S. Thom. 2. 2. q. 5. art. 6. Ex quo infertur, Virginem Mariam ex vi ſua Conceptionis, non fuiſſe reſtitutam ad ſtatum innocentiæ, nec fuiſſe illi datum parere ſine dolore, & iactura virginitatis: aliàs non eſſet hoc ſpeciale miraculum, nec ſpecialis articulus fidei*. Poſtea

Digitized by Google

addit, *tàm longè abeſt efficacia argumenti, quòd poteſt retorqueri ad hominem ſic: B. Virgo eguit ſpeciali miraculo, vt pareret ſine dolore, & corruptione: ergo ſi hoc modo parere, eſt per te ſequela non contractionis peccati originalis, & debere parere cum dolore, eſt pœnalitas ſequuta ad talem contractionem, ſi B. Virgo tenebatur parere cum dolore, ſi non adeſſet miraculum, ſignum eſt, vt quantum eſt ex vi argumenti, contraxit peccatum originale, quia non datur reatus pœnæ, & pœnalitatis, nec reliquia peccati in ſubiecto, vbi non fuit contractio peccati; ac proindè ex illo loco non poteſt efficaciter deduci proxima definibilitas ſententia negatiua.*

110 Miror virum hunc ſic arguere, ſuo ductum iudicio, vt non aduertit tranſitum ex Conceptione Chriſti, ad conceptionem Virginis, cum alias ſæpè noſtris obijciat vnam cum altera confundere. Ex hoc ergo argumento, & ex ipſius ſolutione, & argumentatione, efficaciter à poſteriori euidenter infertur, Virginem caruiſſe originalis peccati macula; eſto enim, quòd partus virgineus ſit diſtinctum miraculum, & diſtinctus articulus à conceptione Chriſti de Spiritu ſancto, non ſequitur fuiſſe diſtinctum miraculum à Conceptione ipſius Virginis, vnde ex illo antecedente: *fuit diſtinctum miraculum à conceptione Chriſti*, non benè infertur conſequentia: *ergo ex vi ſuæ conceptionis non fuit illi datum parere ſine dolore*; quod enim ſequitur ex illo antecedente, ſolum eſt, ergo ex vi conceptionis Chriſti de Spiritu ſancto, non eſſe reſtitutam Virginem ad ſtatum innocentiæ, & datum eſſe illi parere ſine dolore, vt per ſe patet. Ex quo facilè colligitur, quàm diſpa-

rata

Digitized by Google

rata ſit retorſio argumenti, quàm facilis eius ſolutio, facit enim tranſitum toto cœlo aberrantem, à conceptione Chriſti, ad Conceptionem Virginis, ac proindè facilè diluitur argumentum, diſtinguẽdo antecedens: eſt diſtinctum miraculum, & diſtinctus articulus à conceptione Chriſti de Spiritu ſancto, concedo: à conceptione Virginis in iuſtitia originali, nego; quia per te ex S. Auguſtino, & Thoma, ſi *Virgo* eſſet concepta in iuſtitia originali, naturali conſequentia ſequeretur, quòd debuiſſet parere ſine dolore, nec haberet ſpecialem difficultatẽ credendi partus ſine dolore.

111 Nunc retorqueo argumentum ex doctrina Arpalegi, & ſuppono cum ipſo, ex citatis PP. parere ſine dolore, & læſione virginalis, eſſe effectum connaturalem ſtatus innocentiæ, ſic enim habet S. S. Thom. 1. part. quæſt. 98. art. 2. ad 4: *Dicendum, quod ſicuti Auguſtinus dicit* 14 *de ciuitate* Dei, *in illo ſtatu nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris. Ita enim potuit vtero coniugis, ſalua integritate fœminei genitalis, virile ſemen immitti; ſicut nunc poteſt, eadem integritate ſalua, ex vtero Virginis, fluxus menſtrui cruoris, emitti. Vt enim ad pariendum, non doloris gemitus, ſed naturalis impulſus fœminea viſcera relaxaret, ſic ad concipiendum, non libidinis appetitus, ſed voluntarius vſus naturam vtramque coniungeret.* Ex quo etiam colligitur pro infrà dicendis, etiam concipere ſine libidine eſſe effectum propriũ ſtatus innocentiæ, hoc enim denotant illa verba, *ſed ad concipiendum non libidinis appetitus, &c.*

112 Nunc ſic; parere ſine dolore, & læſione

Virgi-

virginitatis, eſt effectus connaturalis iuſtitiæ originalis, & ſtatus innocentiæ: ergo non eſt diſtinctum miraculum, neque eſt diſtinctus articulus à Cõceptione Virginis cum integritate innocentiæ: ergo ſi Virgo peperit ſine dolore, non contraxit originale peccatum. Antecedens conſtat ex S. Thoma. Prima conſequentia probatur, quia ſi parere ſine dolore eſſet effectus connaturalis conceptionis Chriſti de Spiritu ſancto, non eſſet diſtinctum miraculum, neque diſtinctus articulus ab illa, neque haberet ſpecialem difficultatem credendi, neque indigeret expreſſa, & diſtincta definitione: atqui eſt proprietas conſequens, & effectus connaturalis ſtatus innocentiæ, & conceptionis in iuſtitia originali: ergo non eſt diſtinctum miraculum, neque eſt diſtinctus articulus à Conceptione Virginis, cum integritate innocentiæ, ac proindè ſine contractione peccati originalis.

113 Vrgeo ex hoc probari poſſe, non ſolum eſſe definibilem Conceptionem immaculatam, ſed etiam valdè proximam definitioni, hoc argumento. Quando definita eſt aliqua veritas, ex qua naturaliter ſequitur alia, non cenſetur ſpecialis difficultas credendi in illa, quæ ſequitur ex definita: ſed veritas, ex qua naturali conſequentia ſequitur non cõtractio culpæ originalis, eſt definita: ergo poſita veritate definita, non eſt ſpecialis difficultas in credenda Conceptione immaculata: ſed veritas, quæ connaturaliter ſequitur ex veritate definita, eſt proxima definitioni: ergo Conceptio immaculata eſt proxima definitioni. Maior probatur ex doctrina

Ar-

Arpalegi, quia ſi eſſet connaturaliter connexus partus virgineus, cum conceptione Chriſti de Spiritu ſancto, partus virgineus non haberet ſpecialẽ difficultatem credendi, & ſic non eſſet diſtinctus articulus, vt ipſe dicebat. Quod etiam probatur ita: Chriſtum eſſe reſibilem, non eſt expreſsè definitum, & ſolùm, quia ſequitur legitima conſequentia, ex eo quod Chriſtus ſit homo, non habet ſpecialem difficultatem credendi, neque conſtitueret diſtinctum articulum, eſſe riſibilem. Sic etiam, vt docet Sanc. Thom. Chriſtum eſſe paſſum, mortuum, & ſepultum, ſolùm conſtituunt vnum articulum, quia vnum ex alio, naturali ſequitur conſequentia. Minor probatur, quia partus virgineus habet connaturalem connexionem cum ſtatu innocentiæ, & ex illo à poſteriori benè colligitur ſtatus innocẽtiæ, ſicut à priori partus virgineus, ex ſtatu innocentiæ, quia ille eſt effectus iſtius: ſed definitus eſt partus virgineus Mariæ, ergo definita eſt aliqua veritas, ex qua naturali conſequentia ſequitur iuſtitia originalis, ac per conſequens non contractio culpæ.

114 Neque dici poteſt, quòd illa maior eſt vera, quando veritas definita, à priori infert aliam veritatem, non verò quando à poſteriori, quia hoc liberè diceretur, nam ſicut valet argumentũ à cauſa, ad effectum à priori, ſic à poſteriori ab effectu ad cauſam, & in naturalibus euidens eſt conſequentia, ſic euidenter probamus à poſteriori eſſe Deum, *inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*: ſic etiam eſt certum, quòd ſi definitum eſſet, Chriſtum eſſe riſibilem, erroneũ eſſet negare, Chri-

ſtum

ſtum eſſe hominem, ſicut nunc eſt error, negare, eſſe riſibilem. Ex quo poterat, ſi liceret, efficax confici argumentum probans proximam definibilitatem; ſed timemus, ne videamur opinionem affirmatiuam cenſura afficere. Argumentum erat hoc, ex doctrina infra tradenda cum Arpalego diſp. vlt. num. 18. Tunc aliqua veritas eſt proximè definibilis, quando propoſitio ei oppoſita eſt error: ſed propoſitio oppoſita ſententiæ neganti, poſſet, vi argumenti, ſi liceret, probari error: ergo ſententia negatiua eſt proximè definibilis. Minor, quæ ſola probatione indiget, probatur: quia tunc aliqua propoſitio eſt error, quando opponitur concluſioni deductæ ex duabus præmiſſis, altera de fide, altera naturali cõſequentia ex ea, quæ eſt de fide deducta, vel naturali lumine cognita: ſed ſententia negans contractionem culpæ originalis in B. Virgine, eſt concluſio deducta ex duabus præmiſſis, altera de fide, & altera naturali conſequentia ex ea deducta, vel naturali lumine cognita: ergo, &c. Minor probatur, quia conceptio cum iuſtitia originali eſt veritas cõnaturaliter deducta ex partu Virginis, vt docent S. Auguſtinus, & Thomas: ſed partus virgineus eſt veritas definita; ergo conceptio in iuſtitia originali deducitur ex duabus præmiſſis modo dicto.

115 Confirmatur noſtra ſententia, quia ex verbis S. Thomæ eſt etiam effectus iuſtitiæ originalis concipere ſine libidine; ergo concepta eſt in iuſtitia originali: vnde pulchrè Origenes Homil. 1. de diuerſis, colligit immunitatem *Virginis* ex Conceptione ſine libidine, his verbis: *Audite quod Virgo in*

vtero

vtero accipiet, non ex deſiderio partum concipiens, quæ neque ex perſuaſione ſerpentis decepta eſt, neque eius afflatibus venenoſis infecta. Vide Origenem, conceptionem virginalem non fuiſſe ex deſiderio, quia neque fuit decepta, neque infecta ſerpentinis peccati originalis afflatibus. Præterea non deſunt PP. qui dicant, in ſtatu innocẽtiæ non eſſe homines multiplicandos per coniunctionem maris, & fœminæ, ſed alio modo nobis ignoto, vt docet Gregor. Nizenus de opificio hominis, Hieronym. & alij: ergo cum *Virgo* ſic conceperit, benè colligitur à poſteriori caruiſſe culpa originali: ſicut enim, vt ait Arpalegus, vbi eſt reatus pœnæ, vel pœnalitatis, neceſſario ſequitur fuiſſe culpam: eadem ratione, vbi nõ eſt pœna, ſequitur non fuiſſe culpam.

116 Addo, quòd ſicut illa cauſalis, quia vbi non datur reatus pœnæ, neque pœnalitas, aut reliquiæ peccati, ibi non eſt culpa, eſt vera regulariter loquendo (licet non implicet, ex ſpeciali Dei prouidentia, vel miraculo, quod ſit pœna, vbi non eſt culpa, & è contra, poteſt enim dari aliqua cauſa, ob quam Deus voluerit contractionem pœnalitatum ſine culpa, vt patet in Chriſto Domino, qui dolores noſtros ipſe tulit, & peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore eius. Et ſimiliter è contra in veſtra ſententia, à multis pœnalitatibus peccati originalis, liberata eſt Virgo, etiam poſt contractum peccatum originale) ita regulariter loquendo ſemper valet argumentũ à cauſa ad effectũ, & ab effectu ad cauſam, ſic, vbi non eſt culpa, non eſt pœna: vbi non eſt pœna, non fuit culpa, & rectè colligitur

Digitized by Google

non traxiſſe culpam, qui pœnam non luit: ſed definitum eſt *V*irginem non luiſſe pœnam partus cum dolore, neque conceptionis cum libidine, & ex hoc capite probatur immunitas legis purificationis: ergo ex hoc loco Leuitici, & ex partu virginali rectè colligitur immunitas à peccato originali, argumẽto ipſius Arpalegi. Vide quomodo, pectus ictui, quo ferireris, nudaueris.

117 Tandem addo apud omnes certum eſſe, mortem eſſe reatum culpæ originalis, & tamen vnanimis DD. conſenſus ex PP. eſt, Virginem fuiſſe immunem à communi lege moriendi; mortuam tamen fuiſſe, non in ſolutionem legis, quia non ligabatur, ſed in exemplum, & pro conditione carnis, vt canit Eccleſia in oratione ſecreta, in Miſſa de Aſſumptione, & vt filium imitaretur, in cuius teſtimonium ſurrexit, ſicut filius, tertia die, & corpore, & anima in cœlum aſſumpta. Ex quo infero primò, Virginem non contraxiſſe originale; quia non contraxit principalem illius effectũ, qui erat, eſſe morti obnoxium. Secundò, quod ſicut illa verba, *omnes mortui ſunt*, remanent illæſa, neque falſa reddũtur ex eo, quòd *V*irgo liberetur ab obligatione moriendi ex priuilegio, ita illa verba, *omnes peccauerũt*, erunt vera, licet eximatur *V*irgo ex priuilegio; vel ſicut illa verificãtur cum ſolo reatu, vel debito moriendi, ita iſta erunt vera, cum debito contrahendi culpam, licet actu illam non contrahat.

118 Quintò obijcit ſibi Arpalegus argumentũ ex Ormachea prolog. 2. in Cant. ſect. 5. in hunc modum: Quod eſt conforme rectæ rationi, etiamſi non

repe-

Digitized by Google

reperiatur in Scriptura,& Traditionibus, poteſt recipi ab Eccleſia, & definiri, vt patet in virginitate & Aſſumptione B. Mariæ: ſed conſtat, aſſerere Virginem eſſe conceptam ſine peccato originali, eſſe conforme rectæ rationi: ergo licet non conſtet ex Scriptura, & Traditionibus, iam conſtat medijs ſufficientibus, vt Eccleſia ſe accingat ad definitionem. Maior probatur ex Auguſtino de lib. arbitrio, cap. 5. vbi ait: *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, hoc ſcias, feciſſe* Deum. Et lib. 4. de vita Chriſti, cap. 8. vbi ait: *Quid dicam vbi Scriptura nihil commemorat, niſi quærendum ratione, quod conueniat veritati, fiatque ipſa veritas authoritas, ſine qua neque eſt neque valet authoritas*. Idem probatur ex S. Tho. 1.2. quæſt. 90. artic. 2. ex Iſidoro. Minor probatur ex Epiphanio aſſerente, nuſquam aberrare ab ſcopo, qui de B. Virgine omnia glorioſa, & illuſtria dixit; glorioſum eſt autem, & illuſtre, aſſerere non fuiſſe conceptam cum originali; ergo, &c.

119 Reſpondet Arpalegus negando maiorem: *Tùm, quia virginitas Mariæ conſtat ex Scriptura Iſaiæ 7. Ecce Virgo concipiet, & etiam ex Traditionibus. Tũ, quia iam ſupra probatum eſt, non ſufficere ad definitionẽ, niſi conſtet ex Scriptura, & Traditionibus. Ad illud de Aſſumptione dicit, nondum eſſe de fide, quia, vt inquit Suarez, neque eſt adhuc definita, neque eſt teſtimonium Scripturæ, aut ſufficiens Traditio, quæ infallibilem faciat fidem, eſto ſit temerarium, oppoſitum dicere, quia eſt contra communem conſenſum Theologorum. Vnde authoritates adductæ, non probant definibilitatem, quia adducatur ex Scriptura, & Traditionibus, nam ex Au-*

guſtino; ſi ratio contra diuinarum Scripturarum authoritatem redditur; quantumlibet acuta ſit, fallit veri ſimilitudine, nam vera eſſe non pocest. Et ſic doctrina Epiphanij eſt, de B. Virgine poſſe dici omnia glorioſa, & illuſtria, iuxta interpretationem tamen PP. *& fidei principia, alioquin paſſim diceremus,* B. *Virginem non habuiſſe debitum remotum contrahendi peccatum originale; quod fuit concepta ſine virili ſemine, de Spiritu ſancto; quod fuit vnita hypoſtaticè perſona diuina: quia hæc omnia illuſtria, & glorioſa ſunt reſpectu Virginis: vnde negat conſequentiam, quia ſi hæc materia eſt definibilis, proculdubio eſſet in Scriptura, vel Traditione. Nam iuxta communem modum procedendi Dei, eſt talia priuilegia concedere, vt veniant in notitiam aliorum: & ideò colligimus, nullum fuiſſe ſanctificatum in vtero, præter* Ioannem *Baptiſtam, &* Hieremiam; *quia nulla Scriptura, & Traditio id inſinuat. Et eſt expreſſa mens S. Tho. 3. part. quæſt. 27. art. 3. & eo Auguſtinus commentar. 2. in Pſ. 20. docet, Scripturas veteris legis, expreſſius loqui de* Eccleſia; *quàm de Chriſto, quia de Chriſto non tot lites; nec tot quæſtiones exortæ erant, ac de Eccleſia. Cum ergo prauideret Deus, tot lites pullulaturas circa* Conceptionem *B. Mariæ, expreſſiſſet vtique in Scriptura, vel Traditione ſicut expreſſit ſanctificationem Baptiſtæ. Suarez loco citato dicit, nondum eſſe de fide B. Virginem fuiſſe ſanctificatam in vtero, quia non eſt ſufficiẽs* Traditio; *quamuis ſit temerarium negare, propter communem conſenſum* Theologorum, *&* PP. Hucuſque Arpalegus.

120 Multa accumulat hic Arpalegus, quæ ſingillatim expendenda ſunt. In primis enim ex illo

teſti-

teſtimonio Iſaiæ, non magis colligitur Virginitas Mariæ in ſenſu literali, quam ex illo, *Tota pulchra es*, Conceptio immaculata; nam iuxta doctrinam Arpalegi, ideò illud, *tota pulchra*, non ſignificat literaliter Conceptionem, quia in ſenſu literali verificantur illa verba de Eccleſia, & anima iuſta, quæ admittunt maculas: at etiam illa verba, *Ecce Virgo concipiet*, ſunt qui aſſerant ex Rabinis, verificari in aliqua perſona tunc Virgine, quæ paritura erat, licet ex ſemine viri, filium, in ſignum Victoriæ; vel promitti ibi filium Regi, vel Prophetæ. Quos impugnant ſacri DD. probantes ex illo loco partum virgineum, & conceptionem virginalem, non ex lectione vulgata præcisè, ſed quia in originali Hebræo ponitur verbum, *alma*, quod ſignificat virginem non cognitam à viro; vnde ſenſus eſt, Virgo non cognita à viro concipiet: quod non poteſt verificari de illa muliere tempore Achaz; vt autem probatum eſt, num. 83. etiam illa verſio, *macula non eſt ei*, vel *maculam non contrahis*, non poteſt verificari de alia perſona, quàm de Virgine; ergo æquè colligitur ex hoc loco, immunitas ab originali, ſicut ex illo Iſaiæ integritas virginalis.

121 Præterea, illud quod dicit de Aſſumptione Virginis, probat noſtram ſententiam, quia licet hæc veritas non ſit actu definita, velit, nolit Arpalegus, concedit eſſe definibilem. Tùm, quia vt vidimus, probabat ſupra num. 11. neutram partem eſſe definibilem, quia vtraque tutò defendebatur: vnde ſi altera non defenderetur tutò, ei oppoſita eſſet definibilis: ſed in materia Aſſumptionis, op-

poſita

poſita ſententia Aſſumptioni in corpore, & anima B. Virginis, non defenditur tutò; ergo hæc eſt definibilis ex ſententia Arpalegi. Et vt videbimus, infra diſput. vlt. num. 18. vt aliqua veritas ſit definibilis iuxta Arpalegum, ex Lorca, ſufficit, quòd ei oppoſita ſit temeraria: ſed per te, temerarium eſt aſſerere, Virginem non fuiſſe aſſumptam: ergo eſt definibilis Aſſumptio Virginis, licet non conſtet ex Scriptura, & Traditionibus: ergo ſimiliter dici poteſt de Conceptione.

122 Deinde illud, quod dicit ex Auguſtino, veriſſimum eſt, ſed non rectè applicatum, neque in ſolutionem argumenti, quia ratio quantumuis acuta, contra diuinam Scripturam, ratio non eſt; at vbi Scriptura nihil commemorat, ratio conueniens veritati, fit authoritas, quia ſine illa, nihil valet authoritas; at Scriptura de hoc nihil commemorat: ergo quod rationi conforme eſt, erit pro authoritate. Si autem dicas, commemorare legem vniuerſalem, iam illam ex regula Scripturæ interpretati ſumus: vnde authoritas Auguſtini à te allata, pro nobis, contra te pugnat, cum nihil dicamus Scripturæ contrarium. Neque inde infertur tam lata cõſequentia, quod poſſemus dicere, Virginem fuiſſe conceptam de Spiritu ſancto, &c. quia ad hoc non habemus rationem, neque fundamentum, vnde colligi poſſit, ac proinde, non eſt conforme rectæ rationi, illud aſſerere; poteſt autem probabiliter negari debitum contrahendi originale, ſaltem proximum, vt multi docent, quia ad hoc non deeſt ſufficiens fundamentum, & eſt illuſtre reſpectu Virginis,

nis,

Digitized by Google

nis, & ſic doctrina Epiphanij pro nobis eſt. Vnde malè negat conſequentiam: primò, quia vt ſupra probatum eſt, num. implicitè cōtinetur in Scriptura, cùm deducatur legitima conſequentia ex veritate definita, quæ expreſsè continetur in Scriptura, vt eſt conceptio, & partus virginalis, teſte ipſo Arpalego. Secundò, quia licet non contineatur, poteſt definiri, vt de Aſſumptione probatum eſt.

123 Illud etiam quod addit, communem modum procedendi Dei eſſe, talia priuilegia concedere, vt veniant in aliorum notitiam, ac proindè hāc veritatem debere probari ex Scriptura, ruit, ex dictis. Quibus addo, quod communis modus declarandi talia priuilegia, ſolet eſſe obſcurus, & per figuras, & vmbras in veteri teſtamento, fiunt nota nobis, maiora priuilegia nouæ legis, vt fides locum habeat, & cogamur Scripturas ſcrutari. Nec video, qua ratione ſuſtineri poſſit, clariùs colligi ex Scriptura, priuilegium ſanctificationis in vtero, Ioannis, & Ieremiæ, quàm priuilegium non dico conceptionis, ſed ſanctificationis Virginis in vtero; quod Arpalegus videtur innuere, cum dicat, de illis conſtare in Scriptura, quod de ſanctificatione Virginis in vtero, negat, & hanc dicat, non eſſe definibilem ex defectu teſtimonij Scripturæ: nam etiam poſſemus interpretari illa verba, *exultauit infans in vtero eius*, & illa, *antequam exires de vulua ſanctificaui te*, non de ſanctificatione per gratiam, ſed de exultatione corporali, vel de ſanctificatione, prout ſignificat conſecrationem ad aliquod miniſteriū. Nam pro, *ſanctificaui*, in Hebræo legitur, *ſegregaui te*,

quod

quod eſt ſeparare ad aliquod miniſterium, vnde ex illis verbis Pauli, *qui ſegregauit me ex vtero matris meæ*, non colligitur iuxta communiorem ſententiã, ſanctificatio Pauli in vtero: ſtante ergo regula generali, quòd omnes naſcimur in peccato, iuxta doctrinam Arpalegi, hæc verba non debent ſignificare exemptionem Ioannis, & Ieremiæ à regula generali, ſicut ſtante illa, *omnes in Adam peccauerunt*, nulla verba Scripturæ poſſunt ſignificare priuilegium Virginis, quia eſſet ſibi contraria Scriptura, nam, omnes naſcimur in peccato, & aliquis naſcitur ſine peccato, ſunt contradictoria, ſicut omnes in Adam peccauerunt, & aliquis non peccauit, vt ipſe ſupra diſcurrebat num. ergo non magis conſtat priuilegium ſanctificationis Ioannis, quàm priuilegium ſanctificationis Virginis, etiam in primo inſtāti ſuæ conceptionis.

124 Dicere autem, non eſſe legem generalem naſcendi in peccato, eſt expreſsè contra SS. PP. præſertim Auguſtinum, & Thomam, nam Auguſtinus contra Pelagium, non ſolum contendebat, omnes concipi in peccato, ſed omnes naſci cum illo, & omnes egere baptiſmo, Vnde Chriſtus generaliter dixit Nicodemo, *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, &c.* & Auguſtinus Epiſt. ad Dardanum ait, *ſanctificatio, non niſi renatorum eſt*. Quem locum interpretatur Angelicus Doctor dicens 3. part. quæſt. 27. artic. 1. ad 2. *Quod Auguſtinus loquitur ſecundum legem communem, ſecundum quam, per Sacramenta non regenerantur aliqui, niſi prius nati: ſed Deus huic legi Sacramentorum potentiam ſuam non*

alliga-

alligauit, quin aliquibus ex priuilegio, gratiam ſuam conferre poſſit, antequam naſcantur ex vtero: cur ergo ſtante lege generali naſcendi in peccato, ad eximendos Ioannem, & Ieremiam, ſufficient illa verba, *exultauit infans, & ſegregaui te*, quæ alios poſſunt capere ſenſus non ſignificantes priuilegium; & ad eximendam Virginem Dei Matrem à regula generali conceptionis in peccato, non ſufficient illa, *maculam non contrahis, ipſa conteret caput*, quin ſoluatur Scriptura?

125 Illud S. Auguſtini, expreſſiùs loqui Scripturam de Eccleſia, quàm de Chriſto, quia de illa plures lites erant pullulaturæ, facilè impugnatur, quia ex eo potiùs ſequitur, de Virgine non debuiſſe expreſſiùs loqui, quia pauciores lites de Virgine excitatæ ſunt, quàm de Chriſto, & omnia Virginis priuilegia voluit Scriptura comprehendere, exprimendo ſolum maternitatem Dei. Vnde S. Thomas à Villanoua, ſpeciali Spiritus ſancti prouidentia, inquit, factum eſſe, quod Euangeliſtæ nihil aliud de Maria dicerent, ne aliquo priuilegio caruiſſe videretur, ſic enim habet concione 2. de Natiuitate B. Virginis: *Vbi totum erat, pars ſcribenda non fuit, ne putares, quod ſcriptum non fuerat, ei forſitan defuiſſe.*

126 Denique, illud quod addit ex Suarez, ſanctificationem Virginis in vtero, non fuiſſe adhuc definitam, quia non datur locus Scripturæ, vel ſufficiens Traditio, facilè retorquetur contra Arpalegum, quia non obſtante defectu loci Scripturæ, & Traditionis, neſcio qua fronte; eius definibilitatē inficiabatur Arpalegus.

Digitized by Google

127 Deinde id nõ ſine magno myſterio, & ſpeciali Dei prouidentia accidiſſe, non dubito, & magno eſſe nobis argumento, ad probandam Immaculatam Cõceptionem: nam cum ſanctificatio Virginis non fuerit poſt conceptionem, ſicut ſanctificatio Ioannis, & Ieremiæ, non datur locus Scripturæ ſacræ, aſſerens Virginem eſſe ſanctificatam in vtero, ex quo ſimul non oſtendatur, illam ſanctificationem fuiſſe in primo inſtanti. Quòd ſi daretur locus Scripturæ, ex quo probaretur ſanctificatio Virginis in vtero poſt conceptionem, iam non daretur locus dubitandi, an fuerit ſanctificata in conceptione, ſupponeretur enim non ſanctificata in illa, ſicut ſupponitur de Ioanne, & Ieremia; Eccleſia ergo Spiritu ſancto gubernante, reſeruauit definitionem ſanctificationis Virginis Mariæ in vtero, vſque ad tempus, quo definiretur ſanctificatio Virginis in ipſa conceptione, non enim Virgo fuit bis ſanctificata in vtero à peccato originali, ſed ſemel in primo inſtanti conceptionis, vnde loca Scripturæ ſacræ hanc vnicam ſanctificationem ſignificare debent: quòd ſi Virgo fuiſſet ſanctificata poſt conceptionem, ſicut Ioannes, & Ieremias, non videbatur decens, illorum ſanctificationem in Scriptura exprimi, & non illius: ſanctificationem autem in conceptione ſatis exprimunt loca præcitata.

128 Vnde colligitur impugnatio ſolutionis ad vltimum argumentum, quod ſibi obiecit Arpalegus. Plura decurſu temporis eſſe facta de fide, quæ antea non erant de fide, & ſic poſſe nunc fieri de fide Conceptionem immaculatam. Negat enim cum

San-

Sanct. Thom. & Gregor. Homil. 6. in Ezechiel. articulos fidei poſſe poſt Chriſtum creſcere, licet vſque ad Chriſtum creuerint, ſed ſummus Pontifex, inquit, ſolum poteſt definire iam reuelata tempore Chriſti, & Apoſtolorum: reuelata, inquam, tanquam in primis credibilibus, quia quædam explicitè cognita ſunt à poſterioribus, quæ à prioribus non cognoſcebantur explicitè, ita Sanctus Thomas 2.2. q. 1. art. 7. quod conſtat ex doctrina PP.

129 Noto in primis, ſolutionem non eſſe ad argumentum, quia cum dicimus, plura eſſe facta de fide, quæ antea non erant, non dicimus, eſſe de nouo facta de fide quòad reuelationem, ſed quòad reuelationis declarationem: plura enim, quæ implicitè continebantur in Scriptura. & adhuc non erãt declarata de fide, vel quia dubitatum de illis non eſt, vel quia contra illa hæreſes non ſunt exortæ, decurſu temporis eſſe declarata, nemo Catholicus ambigit: nam in Concilio Tridentino multa declarata ſunt de fide, quæ antea non erant declarata: & in Concilijs Niceno, Florentino, Lateranenſi, & alijs, ſemper declarata ſunt aliqua tanquam de fide, quæ antea non erant, vt Spiritum ſanctum à Patre, Filioque procedere, & alia huiuſmodi. Vnde Epiphanius hæreſi 75. ait: *Singula res non ab initio omnia habuerunt, ſed progreſſu temporis, ea quæ ad neceſſarium perfectionem requiruntur, paral ãtur*, & Greg. Nazian. orat. 5. de Theologia: *Vides illuminationes paulatim aſfulgentes, Theologiæque ordinem, quem nobis quoque tenere præſtitit Chriſtus Dominus, vt non repente, que confeſtim omnia in lucem efferantur.* Quòd

etiam ex verbis Sanc. Thomæ ab Arpalego citatis, apertè colligitur, quia quædam explicitè cognita ſunt à poſterioribus, quæ à prioribus non cognoſcebantur: ergo poterit declarari *Virginis* Conceptio immaculata, licet à prioribus non fuerit cognita explicitè, quia à poſterioribus cognita eſt.

130 *V*nde tandem apparet, quàm malè adducat in confirmationem ſuæ ſolutionis, ex Alphonſo de Caſtro de hæreſibus; lib. 2. verb. Apoſtoli, damnationem Abbatis *Ioachim*, aſſerentis maiorem notitiam myſteriorum fidei viguiſſe tempore S. Benedicti, quàm tempore Apoſtolorum; & damnationem Petri Ioannis, qui idem dixit de tempore Sancti Franciſci. Nam iſti non fuerunt damnati, quia dixerint, poſſe Eccleſiam aliqua declarare de nouo, quæ antea non fuerunt declarata, vt patet ex dictis, aliàs non potuiſſet Concilium Tridentinum declarare, eſſe libros canonicos, qui ante ipſum non erant, vt canonici recepti: ſed quia volebant tribuere maiorem notitiam myſteriorum fidei, SS. Franciſco, & Benedicto, eorumque Diſcipulis, quàm Apoſtolis, quod eſt valdè diuerſum: tam damnabile enim eſt aſſerere, Eccleſiam non poſſe declarare de fide aliquid, quod nondum eſt de fide, quia hoc eſt negare poteſtatem definiendi in Eccleſia, quàm aſſerere, aliquos habuiſſe maiorem notitiam de principalibus fidei myſterijs, quā Apoſtolos à Chriſto edoctos.

131 Quid quod, errorem prædictorum Abbatis Ioachim, & Petri Ioannis, non fuiſſe aſſerere, aliqua fuiſſe de fide declarata poſt tempora Apo-

ſtolo-

ſtolorum, ſatis apertè docet ipſe Caſtro, dum illorum recenſet errorem loco citato: nam Abbas Ioachim diuiſit mundi ſeriem in tres ordines: primum, in quo vixerunt homines ſecundum carnem,& hunc perduraſſe ab Adam, vſque ad Chriſtum. Secundum, in quo vixerunt ſecundum carnem, & ſpiritũ, & hic fuit à Chriſto, vſque ad Sanctum Benedictũ. Tertium, in quo viuendum erat ſecundum ſpiritũ, & hunc ait, incepiſſe à tempore S. Benedicti, & duraturum ad finem vſque mundi, ab hoc tempore prædicatum eſt Euangelium ſecundum ſenſum ſpiritualem, quia Apoſtoli ſolum prædicauerunt illud, ſecundum literam tantum. Hoc ipſum dixit Petrus Ioannis, ſolum in hoc diſcrepans,quod tertium ordinem, ſeu ætatem, poſuit à tempore S. Franciſci, vſque ad finem mundi: ergo damnati fuerunt, non quia dicerent, poſſe definiri aliquid non definitum tempore Apoſtolorum, ſed quia dicebant, Apoſtolos non habuiſſe notitiam Euangelij in ſenſu ſpirituali, ſicut Benedictum, & Franciſcum: ergo doloſe vtitur Arpalegus authoritate Caſtri.

ARTICVLVS III.

An ex vi Traditionis ſit proximè definibilis.

132 EX ſuppoſitione, quod non detur locus Scripturæ pro aliqua veritate definiẽda, recurritur ad Traditionem, quæ eſt in hac materia, veluti immemorialis poſſeſſio, quæ dat titulum

luni dominij, deficiente authentico inſtrumento: *vnde inquit Arpalegus, cum ex Scriptura, non ſit definibilis hac veritas, inueſtigandum eſt, an pro ſe habeat Apoſtolicam Traditionem.*

133 Sed antequam ſuam ſententiam promat, tres regulas tradit ad dignoſcendam Catholicam Traditionem, vt à fictitijs diſtinctam. Prima eſt, *id quod primitiua Eccleſia ab Apoſtolis ſancita, & fundata, atque doctrina, & ſanguine nobilitate, & ſpecialiter Romana Eccleſia, caput orbis, à principio tenuere, & docuere, ſpecialiter in myſterijs ſupernaturalibus, tanquam Traditio diuina, & Apoſtolica accipienda eſt*: ſic ex Tertuliano, Ireneo, & Auguſtino. Secunda, *quod à nullo Concilio conſtitutum eſt, & tamen ab vniuerſis Eccleſijs, tanquam acceptum, & traditum acceptatur, Traditio eſt*, ſic Tertulianus, Auguſtinus, Leo, & Lyrinenſis. Tertia eſt, vt inquit, verè regia, & ſecura, *quidquid antiqui Patres à tempore Apoſtolorum, vnanimi conſenſu docuerunt, & cenſerunt, atque eſſe ſenſum Eccleſiarum, & fidelium ſcripſere, Traditio eſt*. ſic Irineus lib. 3. cap. 2. Lyrinenſis ferè toto tractatu, de profanis nouitatibus, Cyprianus Epiſt. ad Pompeium. Quibus addit ex Bañez, tunc conſenſum PP. Traditionem Apoſtolicam ſuadere, quando aliquid adſtruunt tanquam dogma fidei, & doctrinam Catholicam, & oppoſitum aſſerentes, tanquam de hæreſi, vel errore acriter redarguunt.

134 His tribus regulis ſuppoſitis, aſſerit, nu. 4. *nullam eſſe Traditionem, ex qua conſtet euidenter ſententia negatiua: probatur, quia nec illi fauet vſus antiquus*

quus antiquarum Eccleſiarum; ſucceſſiuè continuatus, nec antiquior ritus Romana Eccleſia, nec SS.PP. concors, & vnanimis, pro maiori parte, abſque contradictione conſenſus; ſic Bernardus ad Lugdunenſes, quam ritus Eccleſia neſciat, non probat ratio, non commendat antiqua Traditio. Tùm, S. Thom. quodlib.2.q.1.artic.1. & antiquiores DD. cum Gloſſ. & alijs Canoniſtis, in cap. firmiter de conſecrat. & in cap. conqueſtus, de ferijs, qui ideò reſpuebant ſententiam negatiuam, quia feſtum Conceptionis, non admittitur ab Eccleſia Romana, ſed tantũ toleratur in aliquibus Ecclesijs particularibus. Tùm etiã, nullum Doctorem, aut Patrem Eccleſia, quos noſtris auribus audiuimus, aſſerere B. Virginem fuiſſe immunem à peccato originali, expreſſè docet Sanctus Bonauentura. Quod etiam docet Soto, & Belarminus in noua editione de Scriptoribus Eccleſiaſticis, retractata ſententia ſua circa antiquitatem Idiota: & ex eo quod de Conceptione ſcripſerit, probat non ex DD. antiquis eſſe, ſed ex iunioribus: deſtituta ergo eſt ſentẽtia negatiua patrocinio Traditionis.

135 *Subdit num. 5. Salazar. & alij iuniores, vt proximam definibilitatem ſtabiliant, ſententia negatiua anxie deſudant in Traditione inueſtiganda. Quibus dicere facilè poſſem illud Aug. 6.7. fol. 1. in pſal. contra Donatum, tom. 7. fol. 1. Obijcitis Traditionem, reſpondemus, vos feciſſe.*

136 Poſtea probat, non eſſe fidem dandam laminis illis inuentis in Monte Granatenſi, Arabicis literis exaratis, & Euangelio Andreæ, alijſque reuelationibus, dicens, *nullius eſſe authoritatis, quia ab Eccleſia Romana approbata non ſunt, eoſque libros eſſe*

ſi ſuſpectos, & ſine iniuria poſſe dici apocryphos ex Sant. Anthioco, & iuxta Auguſtin. lib. 1. contra aduerſarium legis, & Prophetarum, cap. 20. vbi docet; Idcircò apocrypha appellantur, quia occulta eorum origo PP. non claruit, à quibus verarum Scripturarum authoritas ad nos, certiſſima, & notiſſima ſucceſſione peruenit. Idem probat ex Origene Homil. 1. ſuper Cantica. Quibus addit, *quod cum illi characteres, iniuria temporis ſint corroſi, & idioma, quo ſcripti ſunt illi libri, non ſatis cognitum, accidit in præſenti, quod Iſaias dicit cap. 29. Dabitur liber neſcienti literas, & dicetur ei, lege, & reſpondebit, neſcio literas.*

137 Nutare etiam authoritatem illorum voluminum, probat num. 6. *quia falſitatis conuincitur, eo quod dicitur, neminem ſaluandum, qui non crediderit Virginem fuiſſe à peccato originali præſeruatam, & tamen ſalui ſunt, qui contrarium cenſuerunt, vt ſunt Bernardus, Thomas, Bonauentura, S. Catharina Senenſis, & alij. Et qui vertit clauſulam, non aduertit facilè deprehendi poſſe audaciam, nam ſtylus eſt valdè formalis, & ſcholaſticus, vtitur enim nomine præſeruationis, & in primo inſtanti Conceptionis, quod quidem oſtendit eſſe ad nutum, & confictam profectò translationē.* Rurſus ſuſpicatur num. 7. *librum iſtum Theſiphontis eſſe illum, de quo Gelaſius Papa, cap. Sancta Romana Eccleſia, diſt. 15. meminit, dicens eſſe apocriphum*, his verbis: *Liber qui appellatur fundamentum, apocriphus, Actus nomine Andreæ, nomine Philippi, nomine Petri, & Thomæ, apocriphus, & idem de alijs Euangelijs aliorum Apoſtolorum, præter quatuor Euangelia admiſſa ab Eccleſia.* Sic reſpondet ad illa verba, quæ ex prædictis

dictis

Digitized by Google

dictis voluminibus referuntur, ſcilicet: *Illa Virgo, illa ſancta, illa præſeruata fuit à peccato originali, in primo inſtanti ſuæ Conceptionis, & libera ab omni culpa, & qui ita non cenſerit, non conſequetur ſalutem æternam.* Ad illud autem, quod in eiſdem libris dicitur, primam culpam non apprehendiſſe Mariam, dicit, *pro prima culpa, non peccatum originale, ſed ſuperbiam intelligi, quæ prima dicitur, quia initium eſt, iuxta illud, initium omnis peccati ſuperbia. Et ſi intelligitur peccatum originale pro prima culpa, ſolum ſignificari, fuiſſe mundatam ab eo, vt docet Ioannes Baptiſta Eſronita Archiepiſcopus Montis Libani, Ordinis Prædicatorum, cui ex mandato Philippi Tertij, iniuncta eſt verſio, & explicatio Granatenſium laminarum, vti refert Lodouicus Belluga Toletanus, de vita Deiparæ, reuelatione 6.*

138 Tandem ex his, quæ congerit Salaçar ex PP. qui viguerunt primis quatuor ſæculis, non poſſe Traditionem colligi, ait, num. 8. *quia licet dicant, fuiſſe Angelis æqualem in gratia, ſuper omnes benedictã, liberam ab omni peccato, intrinſecus, & extrinſecus Deo gratam: per hiperbolem loquebantur, vel de illibata puritate in conceptione Saluatoris. Et eodem modo intelligendus eſt Cyprianus, cum dicit, in B. Maria Spiritu ſãcto obumbrante, originale incendium extinctum eſſe, & Virginem cum cæteris communicare natura, non culpa, loquebatur enim de conceptione Chriſti, & de Virgine in eo inſtanti. Vnde ruit etiam Traditio, quàm inferre volebat Poza tract. 6. de Concept. cap. 2. ex collecta Eccleſiæ dicente; B. Maria corpus, & animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante, præparaſti, quia hæc oratio, non tempore Apoſto-*

lorum, ſed paucis abhinc annis conſtructa fuit, & etiam verificatur, de præparatione ad aſſequendam illam dignitatem maternitatis Dei. Hucuſque Arpaleg.

139 Hæc omnia ad negandam omnem Traditionem poſuit Arpalegus, & ſuo modo diſpoſuit, quæ in vnum congeſſimus, quia prius in vnum impugnanda ſunt, & poſtea ſingillatim diſcutienda. Pro quo aduerto, ad definitionem non eſſe neceſſariam Traditionem, ſuppoſitis Scripturæ teſtimonijs. Quia ex doctrina Arpalegi, ſufficit, vt veritas definibilis ſit in Scriptura, vel Traditione diſiunctiuè; ſed neque Traditionem ſufficienter inducentem definibilitatem, huic veritati deeſſe probandum à nobis eſt.

140 Pro quo ſuppono cum Becano, & alijs cõtrouerſiſtis, duplicem eſſe Traditionẽ, aliam Apoſtolicam, aliam Eccleſiaſticam. Prima æqualem habet authoritatem cum ſacra Scriptura, & eſt regula fidei, ſicut illa: vt contra hæreticos docent Catholici DD. ita vt, quod conſtet Apoſtolica Traditione eſſe receptum, tanquam fidei dogma habendum ſit, & vt tale recipiendum, contrarium tanquã hæreticum condemnandum, nec indigere veritatẽ ſic receptam noua definitione, eſt enim verbũ Dei non ſcriptum, & regula fidei: vnde dubitare an ſit definibile, quod Apoſtolica Traditione certum eſt eſſe receptum, non ſolum eſt temerarium, aut erroneum, ſed maioris cenſuræ nota dignum. Secunda Traditio, eſt Eccleſiaſtica; quæ licet non habeat æqualem authoritatem, tamen retinenda eſt à Catholicis, & recipienda, & de hac loquebatur Augu-

ſtinus

Digitized by Google

ſtinus Epiſt. 118. vt docet Becanus, quam etiam negant hæretici, contra quos inſurgunt DD. Catholici, probantes eam ex SS. PP. & DD. antiquis: Prima demonſtrat definitionem, ſecunda conducit ad definibilitatem. Prima requirit illas tres conditiones, & regulas, quas adducit Arpalegus: vnde vt ipſe addit cum Bañez, quod à PP. cenſetur admitti vnanimi conſenſu, tanquam fidei dogma, & oppoſitum tanquam hæreſis, Traditio eſt: & per conſequens tanquam res definita recipitur, imò & alias regulas requirit, quas adducit Belarminus, lib. 4. de Verbo Dei non ſcripto, quas non apponimus, quia ad noſtrum inſtitutum non pertinent. Secunda, non ità rigoroſè introducitur, ſed iuxta Auguſtinum ſupra citatum, ab Eccleſijs admittitur, quę & ab hæreticis negatur.

141 Hoc poſitò licet non auſim dicere, dari primam Traditionem reſpectu Conceptionis immaculatæ, quia ſic eſſet iam negotium de fide, in quo sēſu intelligo Bernardum negare Traditionem in Ep. illa ad Lugdunenſes: tamen negari nequit, dari Traditionem Eccleſiaſticam, quæ reſpui non debet, ſed valdè conducit ad definibilitatem: quod patet, quia ab Eccleſia Romana, vt fatetur Arpalegus, permittebatur feſtum iſtud celebrari, & S. Thomas ex ſola tolerantia Eccleſiæ, probat non eſſe reſpuēdam iſtam celebritatem. In Armamētario Seraphico, à tempore Apoſtolorum probatur introducta conſuetudo celebrandi Conceptionem immaculatā in multis Eccleſijs. Idem probant Granadus, Lezana, & alij, qui ſcripſerunt de Conceptione. A Iaco-

Digitized by Google

bi prædicatione celebrari in Hiſpania feſtum immaculatæ, & illibatæ Cōceptionis Dei Genitricis Mariæ, affirmat Flauius Dexter. Et in Antiquiſſimis Breuiarijs, & Miſſalibus inuenitur Officium Conceptionis Immaculatæ: quæ omnia cum tolerantia Eccleſiæ Romanæ inducere Eccleſiaſticam Traditionem, fas non eſt negare. Nam Eccleſia in Officio approbato S. Iacobi Apoſtoli, approbat aduentum ipſius in Hiſpaniam, ex Traditione Eccleſiarū Hiſpaniæ, quam profectò Traditionem, non Apoſtolicam, ſed Eccleſiaſticam aſſerebat, illis verbis, *Eccleſiarum illius Prouinciæ Traditio eſt*: quæ verba in Breuiarijs modernis authoritate Pontificia ablata ſunt, & abſolutè ponitur, Aduentus Apoſtoli in Hiſpaniam, vt propterea videatur, Eccleſia Romana abſolutè admittere, quæ antea, ſola Eccleſiaſtica Traditione erat receptum.

142 Nec obſtat, quod in particularibus Eccleſijs ritus celebrandi Conceptionem Immaculatam inceperit, hoc enim non tollit, quod temporū continuatione introducta ſit conſuetudo, Traditionem inducens, antiquitate fulcitam: præſertim accedente iam admiſſione Eccleſiæ Romanæ: quia varij ritus Eccleſiaſtici à particularibus Eccleſijs introducti ſunt, poſtea ab Eccleſia Romana acceptati, & tanquam Traditione Eccleſiaſtica roborati, vt ſunt Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, Litaniæ S. Marci, & alia huiuſmodi, quæ videri poſſunt apud Baronium in Notis ad Martyrologium Romanum, & in Annalibus Eccleſiaſticis: ergo cum nunc iam Eccleſia Romana receperit ritū cele-

celebrandi Conceptionem, tanquam ſanctam, in eodem ſenſu, in quo à particularibus Eccleſijs celebrabatur à tempore Apoſtolorum, iam non eſt locus negandi Traditionem Eccleſiaſticam ſufficientem, & à qua nemo Catholicus debeat aberrare, nam vt ait Auguſtinus Epiſt. citata: *inſolentiſſimum eſt dubitare, an ſit ſeruandum, quod vniuerſa ſeruat Ecclesia*.

143 Neque ad tollendam vim huius Traditionis Eccleſiaſticæ ſufficit, quod aliqui PP. contrariũ cenſerint (quòd nunc pro argumento damus) nam præterquam quod ijdem Patres fatentur, non eſſe repellendam conſuetudinem celebrandi Conceptionem, quam Romana Eccleſia tolerabat; non ſufficit aliquorum PP. authoritas, ad eneruandã conſuetudinis, & traditionis authoritatem, quia ipſe Arpalegus fatetur, Concilium Tridentinum declaraſſe Virginem immunem à venialibus ex vi Traditionis, quam innuit illis verbis, *Quemadmodum Ecclesia tenet*, non obſtante aliquorum, imò multorum PP. contraria ſententia. Hic non ſinam aduertere neceſſariò deberi, concedi ab Arpalego Traditionem Eccleſiaſticam, diſtinctam ab Apoſtolica, nam hæc verba Concilij, *Ecclesia tenet*, non poſſunt ſignificare Traditionem Apoſtolicam, iuxta doctrinam ipſius Arpalegi, iuxta quam, Traditio Apoſtolica eſt illa, qua vnanimi conſenſu PP. aliquid tanquam fidei dogma recipitur, & contrarium, tanquã hæreſis reprobatur: at Virginem non comiſiſſe venialia, nec vnanimi conſenſu PP. receptum fuit, antequam definiretur (cum eſſent non pauci, vt vult

Arpa-

Arpalegus, ſed ferè omnes contrarij, vt infra num. 309. ex Maldonato dicam) neque tanquam hæreſis reprobata eſt ab alijs PP. doctrina eorum, qui aſſerebant Virginem comiſiſſe venialia: ergo Traditio illis verbis inſinuata, non Apoſtolica, ſed Eccleſiaſtica eſt. Quod ſi perſiſtat Arpalegus, volens eſſe Apoſtolicam, non obſtante contradictione tantorũ PP. conuincitur, malè admiſiſſe illam definitionem Traditionis Apoſtolicæ,& à fortiori poſſe Traditionem Eccleſiaſticam, PP. diſſentientibus, introduci, cum poſſit Apoſtolica.

144 Nunc iam deſcendamus in particulari ad ea, quæ nobis obijcit Arpalegus: in primis enim, iam diximus, Bernardum ad ſummum negare, Traditionem Apoſtolicam. Quod addit, nullum eſſe Doctorem, neque Patrem, pro ſententia negatiua, non eſt huius loci, ſed in proprio Articulo, examinare. Ex tolerantia autem Romanæ Eccleſiæ, iam intulimus Traditionem Eccleſiaſticam in particularibus Eccleſijs.

145 Illud quod obijcit contra DD. inueſtigantes Traditionem, ſi liceat dicere, traditionis illum manifeſte reum facit, non enim poterat ignorare, ibi Auguſtinum nomine traditionis, non ſignificare Traditionem Eccleſiaſticam, vel Apoſtolicam, quam finxiſſent Donatiſtæ, pro tuenda propria ſententia, ſed Librorum ſacrorum traditionem,& proditionem, quam fecerant Epiſcopi Numidiæ, qui cum Sacros Codices, impio edicto cedentes, tradidiſſent, ſimul fœdere iuncti, nec dolore tanti facinoris perculſi, nefanda inſolentia, proditionem

ma-

machinantes, ſe innocentiſſimos profeſſi ſunt, & innocentes Epiſcopos, ipſumque primæ ſedis Menſurium Cartaginenſem, traditionis labe conſperſere, vt refert noſter Baronius ad ann. Chriſti 303. & ipſemet Auguſtinus lib. 1. contra Epiſt. Parmeniani ex Optato Mileuitano, lib. 1. contra Parmenianum. Quod etiam patet apertè ex Hipopſalmate, ex quo verba ſumpſit] Arpalegus, nam in litera B. ſic ait: *Diabolo ſe tradiderunt, cum pugnant de traditione, & crimen quod commiſerunt, in alios volunt transferre, ipſi tradiderunt libros, & nos volunt accuſare*. Et litera D. *Erant quidam traditores librorum de ſancta lege: Epiſcopi de Numidia, & non quilibet de plebe.* Et poſtea in litera L. ait: *Obÿcitis traditionem, reſpondemus vos feciſſe*, quaſi dicat, vos traditionem feciſtis, qui libros tradidiſtis, & nos de traditione damnatis. Qua ergo fraude obiecerit nobis Arpalegus hæc verba, peruertendo ſenſum verborum Auguſtini, iudicet pius lector: & nomen traditionis æquiuocè ſumpſerit, vt nos cum Donatiſtis, proditoriè coniungeret, ſed abſtineamus à contentioſis verbis, ſufficiat dolum detexiſſe, vt cautè qui legerit, Arpalegum legat, & videat, poſſe nos illi potiori iure reſpondere, quæreris de traditione, reſpondemus, te feciſſe.

146 Negare autem Arpalegus, & qui cum ipſo ſunt, non poſſunt, laminas, & libros illos Montis Granatenſis, magnam habere authoritatem in hoc negotio, etſi concedamus eos apocriphos, donec Sedis Apoſtolicæ iudicio examinati, approbentur: nam apocriphi vocantur, eo quod ſint incertæ autho-

thoritatis,ad faciendam integram fidem, & irrefragabile teſtimonium. Et hoc ipſum probat, poſſe a b Eccleſia definiri myſterium Conceptionis, quia poteſt declarare illos libros, non eſſe apocriphos, ſed Canonicæ authoritatis; ſicut ante Concilium Tridentinum, aliqui libri erant apocriphi, qui nunc approbante Concilio, non apocripha, ſed Canonica funguntur authoritate. Interim tamen, nõ erunt omni authoritate deſtituti, ſicut de facto, duo libri Eſdræ, licet apocriphi cenſeantur, maxima gaudẽt authoritate, non quidem Canonica; cenſentur tamen quaſi in proxima diſpoſitione, vt inter Canonicos admittantur: ergo non eſt omnino neganda authoritas illis libris, & laminis Granatenſibus.

147 Non nutare illorum authoritatem, ex eo quod, cum aſſerant neminem ſaluum fore, qui non crediderit fuiſſe Virginem ſine peccato conceptam, nihilominus ſalui ſint plurimi, qui affirmatiuã ſententiam tenuere, euidentiſſimum eſt; nam illi non habuerunt notitiam decreti, nec definitionis ibi aſſertæ, vnde ſequuti ſunt ſententiam affirmatiuam, contra decretum, merè materialiter, qua ratione, licet aliquid dixiſſent contra veritatem expreſsè contentam in Scriptura, dummodo hoc ſine malitia feciſſent, ſalui fierent, ſalutem enim non impedit hæreſis merè materialis, ſed formalis: componi ergo potuit cum ipſo decreto ſalus eorum, qui tenuerunt ſententiam affirmatiuam, & ſic non nutat eius authoritas ex hoc capite; ſicut neque nutat ex eo, quod nunc poſſit ſuſtineri ſententia affirmatiua, non obſtante notitia prædictorum librorum, quia

adhuc

adhuc non eſt data eis à Sede Apoſtolica, Canonica authoritas. Vbi noto contra Arpalegum, quod ipſe negat authoritatem horum librorum, ex defectu approbationis Eccleſiæ Romanæ, & nihilominus, nõ vult concedere authoritatem ad introducendam Traditionem, antiquis Miſſalibus, & Breuiarijs ab Eccleſia Romana approbatis.

148 Quod autem addit, deprehendi audaciam translatoris, vertentis illam clauſulam, verbis valdè ſcholaſticis, nõ eſt ad rẽ, nam ſi verba Syriaca, vel idiomatis, in quo libri ſcripti ſunt, poſſunt illum ſenſum capere, non eſt cur audaciter, de audacia reprehendat interpretem; & multò maioris audaciæ deprehenditur, qui nihil in fauorem Conceptionis immaculatæ credere vult, & qui tot graues authores, qui hos libros citant, de impoſtura ſubmurmurat. Et qui *primam culpam* non vult intelligere, peccatum originale, cum paſſim PP. id aſſerant, & ſine alio fundamento velit, *præſeruari à culpa*, ſolum ſignificare, mundari poſt culpam admiſſam, cum tamen S. Thomas, purgare, ſumat pro præſeruare, 3. part. quæſt. 35. art. 4. ad 1. vbi ait ex Damaſceno: *Spiritus ſanctus ſuperuenit Virgini, purgans Virginem, id eſt præſeruans, ne cum peccato originali conciperet*, alij legunt. *conciperetur*. Et quid dicam, neſcio qua ratione vellet Arpalegus, ſibi fieri notam hanc veritatem, nam ſi verba ſunt clara, *vt præſeruauit in primo inſtanti*, ait eſſe nimis ſcholaſtica, & per conſequens ſuſpecta; ſi communia, non declarare myſterium, quia poſſunt in alijs verificari! ſi extollentia Virginis dignitatem, dicit eſſe

 hyper-

hyperbolica. Videat Deus, & iudicet.

149 Denique, ex his quæ congerit Salaçar, licet demus non probari Traditionem Apoſtolicam, negari non poteſt, probari Eccleſiaſticam, cum probet in omnibus ſæculis poſt Chriſtum, fuiſſe Patres aſſertores huius piæ ſententiæ; quod etiam probat eruditiſſimè Regeſtum Autenticum antiquiſſimorũ inſtrumentorum, quod affert Armamentarium Seraphicum. Ad illud de oratione, ſeu collecta Eccleſiæ, etiam dicimus, fuiſſe, licet non tempore Apoſtolorum, non paucis abhinc annis conſtructam, ac proindè confirmari ex illa, Eccleſiaſticam Traditionem. Relinquitur ergo, ex Traditione reddi definibilem hanc veritatem.

150 Poſt hæc à me de Traditione, ſcripta, inueni ſorte, in quodam oppido, Codicem Domini Bañez in 2. 2: quem quia pro ſe Arpalegus citat, nec perſuadere mihi poteram, virum doctiſſimum, illam doctrinam de Traditione, ità generaliter tradere, vt poſuit Arpalegus, videre cupiebam, nec ſperabam, quia in excurſu Diœceſanæ viſitationis, in quo opus iſtud perficiebam; non ſuppetebant Bibliotecæ locupletes, quas conſulerem. Iſte ergo grauiſſimus Thomiſta, confirmat authoritate ſua, omnia quæ de Traditione ſcripſimus. Nam 2. 2. q. 10. tres diſtinguit Traditiones, primam, diuinam, quæ à Chriſto originem habuit: ſecundam, Apoſtolicam, quæ ab Apoſtolis emanauit: tertiam, Eccleſiaſticam, quæ à Romanis Pontificibus, vel ab alijs Eccleſiæ PP. ortum duxit, & ab Eccleſia recepta eſt. De Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis, ſextam con-

clu-

Digitized by Google

cluſionem ponit in hunc modum: *Sexta conclusio. Eccleſia Chriſti non ſolum diuinis, de quibus hactenus diximus, Traditionibus, verùm, & Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis gubernatur, & regitur.* Vbi poſtquã de Apoſtolicis probauit, firmum præbere argumentum ad res fidei; addit de Eccleſiaſticis; *Breuiſſimè oſtenditur, obſeruari Eccleſiæ Traditiones, quæ à Romanis Pontificibus, & ab alijs Prælatis, & Paſtoribus Eccleſiæ antiquiſſimis, ortum habuere.* Hoc, inquit, primò colligitur ex eiſdem locis, ex quibus probantur Apoſtolicæ Traditiones. Secundò, quia non eſt credibile, quod Eccleſiæ Patres laudabiles conſuetudines non introduxerint; ad vtilitatem fidelium valdè cõducentes: quas poſt Apoſtolicas in magno pretio habendas eſſe docet, & concludit: *ergo irrationabile eſt, negare huiuſmodi Traditiones.* Hæc ille, quò lectorem remittimus, ſi vberiorem de his cupit habere noticiam. Ex quibus ſic arguo: Traditiones Eccleſiaſticæ conducunt ad regimen Eccleſiæ, & obſeruandæ ſunt, licet non ſint æqualis authoritatis cum diuinis, & Apoſtolicis (vt ſupra dicebamus de Apoſtolicis, cum DD. qui diuinas ab Apoſtolicis non diſtinguunt) ſed ſic eſt, quod circa immaculatã Conceptionem, datur Eccleſiaſtica Traditio, ab antiquiſſimis PP. introducta, & ab Eccleſia Romana recepta, vt ſatis abundè probatum eſt: ergo aſſiſtit definibilitati huius myſterij Traditio ad eam cõducens ex ſententia Bañez, vnde malè illum pro ſe adduxit Arpalegus.

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

An præcedentium Pontificum decreta, plurimùm faueãt definibilitati proximæ, ſententiæ negatiuæ.

151 SVpponit Arpalegus nu. 1. ex diſputatione præcedente, vſum Romanæ Eccleſiæ in conſulendis prędeceſſorum Pontificum decretis, ad inueſtigandam aliquam veritatem, quod etiam cõprobat ex iure, 24. q. 1. & 15. q. 1. & 2. *V*nde ad ſeruandum rectum ordinem inquirit, an decreta prædeceſſorum Pontificum faueant definibilitati, vel officiant.

152 Aſſerit, *non ſolum non fauere definibilitati, ſed potiùs ex illorum vi conſtare, non eſſe proximè definibilem, ne dicam,*inquit, *non eſſe abſolutè definibilem?* Potuiſſet certè id dicere, hoc enim eſt quod in corde, & in votis habet.) Probat primò, *nam præter authoritates nouem Pontificum, ſcilicet Innocentÿ I. II. & III. Zozimi, Bonifacÿ, Honorÿ, Clementis V. & VI. Bonifacÿ III, & Eugenÿ IV. quas refert Bandelus in præſenti diſputatione, & Ianellus Canapicius tom. 3. tract. de Conceptione, quæ quidem opponuntur ſententiæ negatiuæ, his temporibus Sixtus IV. Alexander VI. Pius V. Paulus V. & Gregor. XV. & Concilium Tridentinum aſſerunt, non eſſe ſuæ intentionis, præiudiciũ inferre ſententiæ affirmatiuæ, ſed relinquere eam in ſtatu, & terminis, quos habebat tempore Sixti IV. ſed illo tempore vtraque erat probabilis, & affirmatiua communior,*

nior, vt videre eſt in DD. qui ſcripſerunt ante Sixtum IV. ergo, &c.

153 Huic probationi occurro, in primis, illa teſtimonia nouem ſummorum Pontificum, ab ipſo remiſſiuè citata, fortè ab eodem Arpalego, non magni ęſtimari pro ſua ſententia, cum ea non exprimat, qui enim linceis oculis, & quaſi canis venaticus perquirit, & tranſcribit ſententias contra Immaculatam Conceptionem, ex Auctoribus valdè inæqualis authoritatis, tranſcripſiſſet profectò decreta Pontificum, affirmatiuæ ſententiæ fauorabilia. Et certè, vel allucinatur, vel inſipientes illudere vult, cum pro ſua ſententia Pontifices adducat, & inquires in titulo, Pontificum decreta, nullum ex Pontificibus, quos adducit, poſtquam ad Pontificatus apicem aſcendit, poſſit probare, ſententiam affirmatiuam tenuiſſe, vt eruditè probat D. Antonius Calderon. cap. 5. §. 26. in libro vno, quem pro titulo, Immaculatæ Conceptionis contra libellos duos Anonimi auctoris, edidit. Aliqui enim horũ Pontificum, cum eſſent priuati Doctores, ſcripſere; alij nunquam, vnde, vt benè adnotauit citatus Calderon, fucum faciunt lectori, dum pro Ioanne Lothario, & Petro de Tarantaſia, Innocentium III. & V. producunt, vt producebat libellator Anonimus, quem impugnat; nullus enim dum Pontifex eſſet, tenuit affirmatiuam.

154 Deindè quàm falsò adducat Sixtum IV. Pium V. & alios ſupra memoratos, cõſtat omnibus, hos enim ſummos Pontifices, luce meridiana clarius eſt, fauiſſe ſententiæ negatiuæ; nam Paulus V.

indul-

indulgentias conceſſit recitantibus collectam illam: *Deus qui per immaculatam Virginis Conceptionem*. Gregorius XV. ſilentium indixit parti affirmatiuæ, & ſic alij. Illud ferri vix poteſt, quod pro ſe afferat decretum Concilij Tridentini, addens illa verba: *Non eſſe ſuæ intentionis, præiudicium inferre ſententiæ affirmatiuæ*, quæ in Concilio non inueniuntur, licet inueniantur in aliqua Bulla pontificia: Concilium etenim ſolum decreuit, non eſſe ſuæ intentionis, cõprehendere Virginem in decreto, ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones Sixti IV. &c. & Arpalegus illud, *non eſſe ſuæ intentionis*, accommodat ad palatum ſuũ, vt ſenſus ſit, non inferre præiudicium ſententiæ affirmatiuæ. Quod ſi ex hoc vult Arpalegus inferre ſententiam affirmatiuam ex mente Concilij, ab omni falſitatis labe præſeruatam: cur non admittit, ex illis verbis Concilij: *Non eſſe ſuæ intentionis comprehendere B. Virginem in decreto de peccato originali*. (quod certè non ſolum eſt, nullum præiudicium inferre Immaculatæ Conceptioni, verùm etiã maximum illi fauorem afferre (deduci præſeruationem à labe originali?

155 Addo, tam proximam eſſe definitioni, ex vi decreti Tridentini, iſtam veritatem, vt nihil poſſit aliud excogitari, quod magis ſuadeat proximã eius definibilitatem. Ibi namque Concilium duo facit: primò, ſuam ſententiam profert: ſecundò, eſſe obſeruandas conſtitutiones Sixti IV. decernit, quod proculdubio non poſuit, vt ſententiæ affirmatiuæ faueret, ſed negatiuæ: vult enim circa illam, de qua loquitur, obſeruari Conſtitutiones Sixti IV.

loque-

loquebatur namque Concilium circa ſubiectã materiam, & ne videretur incluſiſſe in decreto generali de peccato originali *V*irginem, declarauit ſuam mentem, dicens, *non eſſe ſua intentionis, &c.* quæ verba innuere aliquo modo definitionem, vel ipſimet aduerſarij fatentur, dum dicunt, Concilium temperaſſe illorum ſenſum, ſequentibus verbis, *ſed obſeruandas eſſe, &c.* quæ ſi non appoſuiſſet, proculdubio conuicti manus darent.

156 Præterea, ponderandus eſt valdè ad noſtrum intentum, modus loquendi Concilij, ait enim, *non eſſe ſua intentionis comprehendere*, nam ſi dixiſſet, eſſe ſuæ intentionis non comprehendere, poſitiuè excluſiſſet *V*irginem à decreto de peccato originali, neque dubitationi reliquiſſet locum: quam parum autem diſtet ab hoc ſenſu, dicere non eſſe ſuæ intentionis comprehendere, iudicet quicumque vel gramaticam à limine ſalutauerit: ergo ex hoc teſtimonio rectè deducitur proxima definibilitas.

157 Probat vlterius Arpalegus aſſertionem ſuã his verbis. *Inſuper nouiſſimè Sanctiſſimus D.N. Innocentius X. moderamen adiecit ſententia negatiua, vt non dicatur in eius feſtiuitate, B. Virginis Immaculata Conceptio, ſed potius, Immaculata Virginis Conceptio: ergo ex decretis Pontificum, potius probatur, neutram partem eſſe definibilem, vel infertur, ſententiam negatiuam, non eſſe proximè definibilem. Probatur conſequentia, nam ſtatuere vtramque ſententiam tutò poſſe defendi, potius innuit, carere proximis diſpoſitionibus, vt proximè definiatur, quam alteram eſſe proximè definibilem. Quod conſtat eſſe proximè definibiles in proximo*

eſt

eſt vt ſit de fide, ac per conſequens, in proximo eſt, vt altera ſit heretica, quod dicere prohibet expreſsè Sixtus IV. & cæteri Pontifices, ſub dira anathemate, imò Pius V. expreſsè vetuit, ne aſſertores negatiuæ ſententiæ publicitùs, id eſt, in concionibus, & diſputationibus, illo modo impugnarent ſententiam affirmatiuam: ſentiebat ergo oppoſitam non eſſe proximè deffinibilem, nam ſi hoc intenderet, vt quid adeò coarctaret ſententiam negatiuam?

158 Hoc argumentum, tanquam falſó fundamento nixum, omninò euellitur, nam decretum illud, commentum eſſe latè probant Armamentarium Seraphicum, & D. Antonius Calderon, in hoc puncto omnino videndi, quibus nihil occurrit addendum. Quare pro deſtructione argumenti, ſufficiet factum enarrare, quod & ipſi referunt. Anno enim 1644. aſſeritur ab aduerſarijs, confectum eſſe decretum (aliqui exiſtimant confictum ab illis) in Congregatione generali ſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis; in quo præcipitur, quod quãdo agitur de tribuendo titulo immaculatæ Conceptioni B. Virginis, nullo modo permittatur, ſed ſolum dicatur Conceptio Immaculatæ Virginis. Quòd decretum cum tempore Vrbani VIII. fuiſſet fabricatum; non tunc, ſed tempore Sanctiſſimi D. N. Innocentij promulgari cœpit, non quidem legitimè, ac iuridicè, ſed priuata aduerſariorum induſtria, circunductis pluribus per vrbem exemplaribus nullis ſubſcriptionibus, & ſigillis munitis, vt fidem authenticam facere poſſint, quod mouit animum Religioſorum cœtuum, vt R. P. Fr. Antonium Ribera,

Digitized by Google

bera, in Romana Curia, Commiſſarium Generalẽ Ordinis Minorum, adirent, ipſumque monerent, vnde de Eminentiſſimorum Cardinalium Congregationis præfatæ mente, certior fieret: quòd ſi cõſtaret, eam eſſe, quæ circumferebatur, obedientia deuotioni præponeretur. Quod fecit, nullis parcens laboribus. Inſuper ad ipſum Sanctiſſimum D. Innocentium X. recurrit, & ad ſacros eius pedes cauſam piam agens, huiuſmodi ex eius ore accepit oraculum: *ſe nihil ad eam diem, de huiuſmodi decreto recſciuiſſe.* Quo euulgato, ſeſe prodentes aduerſarij, libellos ſupplices Eminentiſſimis Cardinalibus Cõgregationis præfatæ porrexerunt, quos eruditiſſimè, & efficaciſſimè prædicti DD. impugnant. Ex quo facilè conſtat, aſſertum decretum, fictitium eſſe, & reſpuendum.

159 Vnde etiam conſtat, falſam eſſe conſequẽtiam, nam ex decretis Põtificum, & Concilio Tridentino, iam probatum eſt, non ſequi, veramque partem poſſe tutò defendi: licet enim non poſſit cõtraria ſententia cenſura aliqua affici, non æqualem habet libertatem cum negatiua, cùm non ſolùm nõ poſſit negatiuam impugnare, ſed neque palam ab aſſertoribus ſuis defendi, & proindè Arpalegus ipſe ſub diſſimulato habitu, relegatam iſtam ſententiã, iterum vult in ſcholas introducere.

160 Probat vlterius n. 2. aſſertum ſuum hoc argumento: *Illud eſt proximè definibile, cuius veritas ferè euidenter conſtat, eſſe vnam ex reuelatis à Deo mediatè, vel immediatè, quamuis non ſit ſententialiter prolata: at Summi Pontifices ſentiunt, nondum Spiritum*

ſanctum tanti myſterij arcanũ pateſeciſſe, vt aſſerit Gregorius XV. epiſt. ad Margaritam Auſtriæ, & ad Philippum Hiſpaniarum Regem: ergo ex decretis Pontificum nihil conducens deducitur ad proximam definibilitatem ſententia negatiua. Et n. 5. *quapropter Vrbanus VIII. dum vrgeretur ab Hiſpaniarum Legato, coram ſe decretum Gregorij XV. legi iuſſit, quibus auditis, verbo tenus dixit, non eſſe innouandum, nec Deum velle, ſe ad definitionem tanti myſterij accingi*.

161 Hæc probatio, vel ipſa artificioſa compoſitione logica, deprehenditur falſa; mutat enim medium verbum, nam in maiori ponit, eſſe proximè definibile, quod ferè euidenter conſtat eſſe à Deo reuelatum, mediatè, vel immediatè, & in ly *ferè*, ſtat tota veritas illius maioris, quia ſi diceret, illud eſſe definibile, quòd abſolutè euidenter conſtat eſſe reuelatum, eſt falſa: nihil enim euidenter conſtat eſſe reuelatum à Deo, quod ſit iam definibile, ſed definitum, nam quod conſtat euidenter eſſe reuelatum à Deo, conſtat euidenter eſſe credibile; id autem, quod euidenter conſtat eſſe credibile, iã eſt de fide, & ſupponitur eſſe ſufficienter propoſitũ, vt non poſſit diſſentiri niſi pertinaci errore. Quo poſito, minor argumenti eſt ſophiſtica, debebat enim ponere in illa: ſed Pontifices ſentiunt, nondum cõſtare ferè euidenter, eſſe reuelatum: ipſe autẽ ponit: ſed Pontifices aſſerunt, nondum pateſeciſſe hoc myſterium, vbi, ly *pateſeciſſe*, abſolutè poſitum, ſine *ferè*, ſolùm declarat, Pontifices ſentire, nondum eſſe patefactum myſterium, quod ferè eſt idem, ac non eſſe definitum: quod nihil probat contra nos.

Nam

Nam ſi Pontifices dixiſſent, iam Spiritum ſanctum pateſeciſſe hoc myſterium, nihil reſtabat faciendũ ad definitionem: quid enim poterat amplius deſiderari: ergo dicere nondum pateſeciſſe, ſolùm eſt dicere, non definijſſe, non tamen negaſſe definibilitatem, qua ſtante probabimus infra diſp.3.art.vlt. contra Arpalegum, non peccare Pontificem non definiendo. Vnde ex eo, quòd dicat Vrbanus VIII. nihil eſſe innouandum (ſi hoc verum eſt) non tollitur proxima definibilitas hìc, & nunc, ſed tunc iudicaſſe ſummum Pontificem, nondum eſſe definitã, nec cogi ad definitionem.

162 Concludit obijciens ſibi Arpalegus, per tranſennam, & quaſi non magni momenti, *ſolùm fauere ſententia negatiua, inſtitutionem ſolemnitatis, indulgentiarum conceſſionem, & alia huius generis priuilegia, & gratias à ſummo Pontifice impetratas, quæ omnia non præiudicare ſententiæ affirmatiuæ, & ſolum fauere probabilitati ſententiæ negatiuæ: relinquit probandum diſputatione ſequenti*. Nos etiam relicta probationũ ſuarum impugnatione, nunc in genere, ex iuſtitutione feſti, & indulgentiarum conceſſione, non ſuſtinuimus omittere efficax argumentum inde deductum. Pro quo ſuppono, non poſſe dubitari feſtũ eſſe inſtitutum in honorem Conceptionis B. Mariæ, non ſecus ac inſtitutum eſt in honorem Natiuitatis, non pro inſtanti indeterminato ſanctificationis, ſed pro primo inſtanti, & ideò prohibitum eſſe à ſummo Pontifice vti nomine ſanctificationis, ſed nomine Conceptionis, quod ſummus Pontifex poſt multam, & maturam diſcuſſionem, & multas Congre-

Digitized by Google

gationes ordinauit, vt latè probat D. Antonius Calderon, & Armamentarium Seraphicum, & infra diſp. 3. num. 39. nos cum ipſis probabimus ex doctrina etiam Arpalegi, & aduerſariorum.

163 Hoc poſito, ſic arguo: Concedere, poſſe celebrari feſtum de Conceptione, eſt concedere, poſſe Conceptionem appellari ſanctam, ſed concedere, poſſe Conceptionem appellari ſanctam, eſt ponere eam in ſtatu proximæ definibilitatis, ergo ex conceſſione feſti, rectè colligitur proxima definibilitas. Maior probatur ex communi omnium Theologorum doctrina de canonizatione ſanctorũ, vbi inter differentias beatificationis, & canonizationis, vna eſt, quòd beatificatio eſt conceſſio per modum gratiæ, vt poſſit de aliqua perſona Officiũ recitari, & appellari Beata, vel Sancta, quod in canonizatione fit per modum ſententiæ definitiuæ, ergo concedere feſtum Conceptionis, eſt ad minus facere gratiam, vt poſſit appellari ſancta. Quod confirmatur ex trita omnibus doctrina S. Thomæ, inferentis Natiuitatem Virginis eſſe ſãctam, quia Eccleſia non celebrat feſtum, niſi de aliqua re ſancta. Minor argumenti probatur, quia beatificare aliquẽ, eſt, ponere illum in ſtatu proximæ canonizationis, ita vt adhibitis aliquibus diligentijs, & probationibus, pro ritu, & obſeruantia Sedis Apoſtolicæ, iam declaretur per modum ſententiæ, quod conceſſum fuerat per modum indulti, & gratiæ: vnde communiter Doctores, beatificationem à canonizatione ſolùm accidentaliter diſtinguũt, & beatificationem, priuatam vocant canonizationem, in qua Pontifex

erra-

errare non poteſt, & cuius contrarium non poteſt declarare: ſed ſic eſt, quod per modum indulti, & gratiæ eſt conceſſa inſtitutio feſti Conceptionis, ergo Conceptio Virginis eſt ad minus beatificata, & ꝑ conſequens proximè definibilis, vel canonizabilis, quia non reſtat, niſi quòd Summus Pontifex per modum ſententiæ definitiuæ decernat, quod per modum gratiæ, & priuilegij conceſſit. Extare autẽ diligentias, quas poſt beatificationem, ad canonizationem requirit Eccleſia, videtur negari nõ poſſe, petit enim Eccleſia ad canonizandum Sanctum, populorum deuotionem, miraculorum comprobationem, expectat Principum inſtantias, quæ omnia ſatis conſtat adeſſe in præſenti caſu, & probabimus infra impugnando Arpalegum.

164 Scio hos terminos, *beatificari, & canonizari*, in rigore non miſterijs, ſed perſonis conuenire. At per accommodationem, & tranſlationem non incongruè etiam illis applicantur. quidem huic sãcto myſterio Conceptionis immaculatæ, cuius ſanctitas in perſonam Virginis refunditur, videtur proprius, quàm alijs poſſe applicari. Nam quid facit Eccleſia cum aliquem Sanctum canonizat, niſi declarare ipſum in vltimo inſtanti ſui eſſe, & diſceſſionis ex hac vita fuiſſe in gratia Dei, licet enim ante illud inſtans fuiſſet peccator, ſi conſtat in illo fuiſſe in gratia, poteſt canonizari, vt de bono Latrone certũ eſt. Id igitur, quod in canonizatione Sanctorum eſt primarium obiectum à parte poſt; in Conceptionis ſanctæ declaratione eſſet primarium obiectum à parte ante, id eſt, Virginem in primo inſtanti ingreſ-

ſus

ſus in hanc vitam fuiſſe in gratia Dei, & à peccato immunem. Vnde apparet non parua ſimilitudo. Vnde arguimus à paritate, quòd ſicut ex beatificatione colligitur aliquem virum ſanctum eſſe canonizabilem, & beatificatio in eo conſiſtat, quòd Summus Pontifex concedat feſtum celebrari de tali perſona, eamque poſſe appellari Sanctã: ita colligitur definibilitas (quæ in myſterijs reſpondet canonizationi) ex eo, quòd conceſſa ſit facultas feſtum celebrandi de Conceptione, & eam compellandi titulo Sanctæ, & Immaculatæ.

165 Nec obſtat, quòd ſummus Pontifex videatur reſeruare ius aliquod contrariæ ſententiæ, permittendo aduerſarijs, vt de illa inter ſe poſſint diſputare: tum quia etiam cum aliquem beatificat, dum eius virtutes, & miracula examinantur in ordine ad canonizationem, quouſque ad ſententiam deueniatur, permittit vt à Promotore Fiſcali aliqua contradictio fiat, ex quo non fit, illum non eſſe in ſtatu proximo ad canonizationem. Tum quia vt videbimus infra diſp. 4. num. 1. & ſæpè alibi, nolle præiudicium inferre contrariæ ſententiæ, intelligitur præter præiudicia, quæ ipſa ſententia patitur ex ſilentij impoſitione, & alijs gratijs conceſſis ſententiæ negatiuæ, aliàs eſſet ſibi contrarius Pontifex: vnde appoſuit illa verba, *nolle præiudicium inferre, præterquam quoad ſupra dicta.* Concedere autem aduerſarijs, vt inter ſe ipſos colloquia priuata de hac re habeant, eſt velle ſummum Pontificem manifeſtare, pedetentim in hac re procedere, fragilitatem humanam ſupportare, eiſque donec articulus iſte

defi-

Digitized by Google

definiatur aliquid ſolaminis permittere. Et hinc patet, rem eſſe iam quaſi in procinctu definitionis, quia niſi haberent aduerſarij ſummi Pontificis permiſſum, donec per modum ſententiæ definiat, quòd per modum gratiæ conceſſit, iam ab omnibus reprobaretur, & cenſura notaretur eorum ſententia, tanquam contraria communi Eccleſiæ ſenſui. Quod confirmo argumento illo Arpalegi ſup. num. quo probabat Conceptionem Virginis in peccato, videlicet: Virgo eguit ſpeciali priuilegio, vt pareret ſine dolore: ergo ſi illo careret, parere deberet com dolore: ſed parere cum dolore, eſt effectus naturalis peccati originalis: ergo illud contraxit. Similiter diſcurro: vt poſſis ſentire Virginem eſſe conceptam in peccato originali, eges ſpeciali priuilegio: ergo ſi illo careres, errares ſentiendo eſſe conceptam cum originali: ſed errare aſſerendo aliquam propoſitionem, eſt effectus (vt ex Lorca concedis diſput. vltim. artic. 2.) proximæ definibilitatis propoſitionis oppoſitę, ergo proximę definibilis eſt Conceptio immaculata, cui aſſiſtunt tot ſummorum Pontificum oracula.

ARTI-

ARTICVLVS V.

An expenſis SS. PP. authoritatibus, & antiquo DD. choro, inde conſtet ſententiam negatiuam eſſe proximè definibilem.

SVB ARTIC. I.

An communis PP. iuxta communem intelligentiam conſenſus, ſtet pro ſententia affirmatiua, ac proinde, an præſtent argumentum definibilitatis ſententiæ negatiuæ.

166 ANtequam ad ſingulas authoritates DD. & PP. afferendas, deſcendat Arpalegus, enumerat num. 1. DD. qui ſuo iudicio, fixum in animo habuerunt, mentem SS. PP. eſſe pro ſententia affirmatiua. Et primo ponit Auguſtinum *lib. 2. contra Iulianum, qui poſtquam ſtatuerat, ſolum Chriſtũ non contraxiſſe peccatum originale, adductis pluribus* PP. *Græcis, & Orientalibus ſubiungit: Propter quam Catholicam veritatem, ſancti, ac beati, & in diuinorum eloquiorum pertractatione clariſſimi Sacerdotes, Ireneus, Cyprianus, Retitius, Olimpius, Hilarius, Ambroſius, Gregorius, Innocentius, Ioannes, Baſilius, quibus addo Presbyterum, velis, nolis, Hieronymum, vt omittam eos, qui nondum dormierunt, aduerſus vos proferant, de obnoxia ſucceſſione ſententiam: vnde nemo eruit, niſi, quem ſine lege peccati repugnanti legi mentis, virgo concepit: ergo expreſſa mens eſt Auguſtini, omnes* PP. *ſolum Chriſtum excipere.* Sed

Digitized by Google

167 Sed hanc conſequentiam ex teſtimonio Auguſtini malè deductam eſſe, patebit cuicumque textum legere voluerit, quidquid dicat Arpalegus iſte. Auguſtini enim mens erat, impugnare Iulianum aſſerentem, omnes ex vi naturæ, & independenter à Chriſti meritis, naſci à peccato originali immunes, neque indigere Baptiſmo: cuius doctrinæ propoſitio contradictoria eſt, neminem ex vi naturæ independenter à meritis Chriſti, naſci immunem à peccato originali, & omnes indigere Baptiſmo, ipſo tantummodo Chriſto excepto: & hæc eſt doctrina Catholica Auguſtini contra Iulianum, quæ ſicut nō falſificatur ex eo, quod ipſa Virgo, Ioannes, & Ieremias naſcantur ſine peccato, quia hoc non eſt, niſi ex meritis Chriſti, ita neque ex eo, quod aſſeratur ex meritis Chriſti, Virgo ſine peccato concepta, ac proindè non læditur à Patribus ſententia negatiua.

168 Secundò, producit Bernardum n. 2. in illa Epiſtola ad Lugdunenſes dicentem: *Nunquid Patres doctiores, aut deuotiores ſumus, periculosè præſumimus, quidquid in talibus ipſorum prudentia præteribit.*

169 Sed hæc verba, non eſſe referenda ad quæſtionem de Conceptione, ſed ad inſtitutionem feſti ante approbationem Sedis Apoſtolicæ, de quo præcipuè Bernardus reprehendit Lugdunenſes, docet Pater Andræas Mendo ex Societate Ieſu, in ſuo memoriali.

170 Et poteſt colligi, ex ipſo textu Bernardi, qui ſolum videtur negare ſanctitatem Conceptioni Virginis, prout ſignificat fœtus coagmentationem,

non verò prout ſignificat illud inſtās infuſionis animæ: totum enim argumentum Bernardi in eo verſabatur, quod Virgo non potuit eſſe ſancta, antequam eſſet, ait enim: *Non valuit ſancta ante eſſe, quam eſſe*. Quod argumentum nullam habere vim, niſi illud eſſe, intelligatur de Conceptione, prout ſignificat fœtus cogmentationem, facilè conſtat: quia probaret, neque Angelos, neque primum hominem, in primo inſtanti ſuæ creationis, potuiſſe ſignificati, quomodo enim potuerunt ſancti, ante eſſe, quàm eſſe. Sicut ergo, diſtinguendo in illo inſtanti creationis Angelorum, vel primi hominis, duo ſigna rationis; quibus conſtat vnum inſtans reale, verificatur, quod in eodem inſtanti reali, fuerint creati in gratia, licet hoc non verificetur pro primo ſigno, in quo ſolum concipimus creationem, ſed pro ſecundo ſigno, in quo concipimus infuſionem ſanctitatis: quidquid enim in aliquo ſigno inſtantis realis eſt, in toto inſtanti dicitur eſſe, ex doctrina communi Philoſophorum: ita in Conceptione Virginis diſcurrendum eſt, licet pro primo inſtanti (vel tempore, vt aliqui volunt, & videtur ſupponere Bernardus) quo præceſſit conceptio fœtus, infuſionem animæ, benè dicitur, quod Virgo non potuit eſſe ſancta; & de hoc loquitur Bernardus, non verò de eo inſtanti, quod propriè Conceptio dicitur, in quo ſcilicet, anima infuſa eſt corpori, & animæ gratia, quia hoc totum in vnico inſtāti reali factum eſt, de quo non loquitur Bernardus ibi.

171. Quam quidem eſſe mentem Bernardi, docuerunt duo Magiſtri S. Thomæ, Alexander Alen-

Digitized by Google

ſis 3. part. quæſt. 9. membr. 2. artic. 2. & Albertus Magnus in 3. diſt.4.artic.4.hæc habet verba: *Dicimus, quod B. Virgo non fuit ſanctificata ante animationem, & qui dicunt oppoſitum, eſt hæreſis damnata à B. Bernardo in Epiſt. ad Lugdunenſes, & à Magiſtris omnibus Pariſienſibus*. Idem docet S. Bonauentura, in 3. diſt. 3. quæſt. 1. *Et ideò inquit, hoc quod dicit Bernardus ad Lugdunenſes, exponendum eſt ſecundum animationem* (hoc etiam intellige, quod non potuit sãctificari ante animationem, vt patet ex verbis ſequentibus) *erat enim in parentibus, ſecundum carnem cauſaliter, ſed illud eſſe, non ſufficiebat ad ſanctificationis gratiam, qua reſpicit animam*: ergo ex mente horum grauiſſimorum Theologorũ, ſeu potiùs Theologiæ Magiſtrorum, Bernardus ſolum negat ſanctificationem Virginis, ante animationem, prò illo ſcilicet inſtanti, vel tempore, quo caro compaginata, inanimata fuit; non verò pro inſtanti infuſionis animæ.

172 Quippe Bernardum, alijs in locis aſſeruiſſe immunitatem Virginis à peccato originali, conſtat, nam ſerm. 4. in Salue Regina, ait: *Innocens fuiſti ab originalibus, & actualibus peccatis, nemo ita præter te, vnde authoritas Auguſtini, cũ de peccatis agitur, nullã B. Virginis volumus fieri mentionem*. Vbi aduerto, ex mente Bernardi, Auguſtinum pro nobis eſſe. Quod ſi nobis obijcias, dubium eſſe, an hic ſermo ſit Bernardi, obijcio, etiam dubitari de illa ad Lugdunenſes Epiſtola, an Bernardi fuerit.

173 Addo, non parum foueri noſtram ſententiam ex mente Bernardi in illa epiſtola, nam con-

cludit dicen , ſe omnia prædicta ſubijcere Sanctæ Romanæ Eccleſiæ authoritati, paratumque eſſe ſententiam mutare, ſi Romana Eccleſia feſtũ à Lugdenenſibus introductum, admitteret. Mitto enim, quòd iam feſtum admiſerit: & percontor Arpalegum: vel Bernardus ſentit, Eccleſiam poſſe admittere feſtum Conceptionis iu eo ſenſu, quo celebrabatur à Lugdunenſibus, vel non? Si primum: ergo vel ſentit, poſſe Eccleſiam contra ſenſum Patrum aliquid declarare, & contra Traditionem, de qua iuxta Arpalegum, etiam ibi loquebatur Bernardus: vel cùm dicit, non dari Traditionem, ſolùm negat illam Traditionem Apoſtolicam, contra quam Eccleſia non defiuiet, ac proindè cùm dicit: *Nunquid PP. doctiores ſumus*, non vult ſignificare, PP. poſitiuè eſſe contrarios ſententiæ negatiuæ; ſed tantùm præciſiuè ſe habuiſſe, quod nihil fauet ſententiæ affirmatiuæ, & dat locum reprehenſioni Lugdunenſiũ, qui ante authoritatem Eccleſiæ inſtituebant feſtũ, quod à maioribus non erat inſtitutum. Si ſecundũ, non rectè videtur ſe præbere paratum ad mutãdam ſententiam; nam quomodo erit paratus ad mutandam ſententiam, qui iudicat impoſſibile eſſe, quòd mutetur?

174 Tertiò adducit Clementem Papam aſſerẽtem, quod B. Virgo ſècundùm ſententiam Sanctorum Doctorum fuit in peccato originali concepta: ſed falsò huic Pontifici adſcribi ſententiam affirmatiuam, iam ſupra probatum eſt, vbi generaliter de omnibus ſummis Pontificibus id demonſtrauimus. Quibus adde, ſpecialiter de Clemente Papa proba-

ri à

ri à D. Antonio Calderon loco citato, ex Ioanne de Colonia Franciſcano, in quæſtionibus magiſtral. in Scotum, iſtum ſummum Pontificem, non ſolùm hæc verba protuliſſe, antequam in Cathedra Petri ſederet, verùm etiam pro ſententia negatiua ab hoc authore, & alijs citari: vnde falsò ab Arpalego pro affirmatiua adducitur.

175 Quartò adducit Magiſtrum ſententiarum in 3. diſt. 3. dicentem, *iuxta SS. atteſtationis conuenientiam, dicendum eſſe, ipſam* (ſcilicet carnem Chriſti) *prius peccato fuiſſe obnoxiam, ſicut & reliqua Virginis caro*. Non aduertit hìc Arpalegus ſibi ipſi configere gladium. Nam ſæpius nos impugnat, ex Auguſtino, & alijs Patribus, carnem Chriſti non fuiſſe obnoxiam peccato, ſicut carnem Virginis. Deindè fuiſſe carnem Chriſti obnoxiam peccato, quocumque tempore ſumatur illud, *prius*, non eſt Chriſtum actu contraxiſſe culpam, ſed ex Magiſtro, caro Chriſti fuit obnoxia, ſicut reliqua Virginis caro ex PP. ſententia: ergo non contraxit actualiter peccatum originale ex PP. ſententia, ſed obnoxia fuit illi, quod eſt ad ſummum, debitum contraxiſſe, & Chriſtum ſumpſiſſe carnem debito obnoxiam, nõ tamen actu maculatam.

176 Confirmatur, nam ibi Magiſter inquirit, qualis fuerit caro Chriſti, antequam aſſumeretur, & qualis ſit aſſumpta. Et reſpondet: carnem Chriſti fuiſſe peccato obnoxiam, ſicut reliqua Virginis caro. Vbi non loquitur de peccato originali, ſed potius de actuali, vt conſtabit legenti textum: nam de Virgine addit, quod externè fuit ita purgata, vt

nulla

nulla ei peccandi ocaſio extiterit: ergo loquitur de peccato actuali: at carnem Virginis fuiſſe peccato obnoxiam reſpectu actualis, non ſignificat actu cō-traxiſſe actuale: ergo neque reſpectu originalis: ergo malè adducitur Magiſter ab Arpalego, pro ſententia aſſerente actualem contractionem originalis.

177 Quintò obijcit n. 3. S. Bonauentura in 3. diſt. 3. qu. 2. vbi ait: *Sententia affirmatiua ſecurior eſt, quia magis conſonat fidei pietati, & SS. authoritati magis concordat, pro eo quod communiter Sancti cum de materia illa loquuntur, ſolum Chriſtum excipiunt ab illa generalitate, quia dicitur, omnes in Adam peccauerunt. Nullus autem inuenitur dixiſſe de ijs, quos auribus noſtris audiuimus, Virginem Mariam à peccato fuiſſe immunē.* Sed S. Bonauenturam hanc ſententiam reuocaſſè patebit ex infra dicendis, vbi ſpecialiter agemus de ipſius mente, vndè non rectè adducitur ab Arpalego inter eos, vt ipſe dicit, qui fixum in animo habuerunt, ſententiam affirmatiuam eſſe ex communi mente PP.

178 Sextò opponit Scotum, dicentem hæc verba: *Quid autem horum factum ſit, Deus nouit, ſi authoritati Scripturæ, & authoritati Eccleſiæ non repugnet, videtur probabile, quod excellentiùs eſt, tribuere Mariæ.* Sed quorſum hęc in probationem adducit ſui aſſerti, nam Scotus, quem tanquam ducem huius opinionis Religio Franciſcana veneratur, his verbis, potius fauet ſententiæ negatiuæ, & modeſtiæ conſulit, ponens illam conditionalē; *ſi authoritati Scripturæ, &c.* certum eſt autem, Scotum ſenſiſſe, non repugnare Scripturæ, neque PP.

Deni-

Digitized by Google

179 Denique adducit Aluarum Pelagium Frãciſcanum, dicentem, *opinionem negatiuam eſſe nouã, phantaſticam, & à fidelibus cancellandam*: Franciſcum Mayronis aſſerentem, *propter dicta SS. poſſe dici aliquo modo Virginem contraxiſſe originale*: Adam Anglicum, Marſilium, Guillelmum Rubio, omnes Minoritas, in hoc etiam conuenientes, quibus addit Gregorium Ariminenſem, & Franciſcum à Chriſto Auguſtinianos, & denique Paramum de origine Inquiſitionis.

180 Poſſemus his opponere ex aduerſo multitudinem aſſerentium contrarium, ex familijs Franciſcana, & Auguſtiniana, tum etiam, ex alijs Religionibus, qui videri poſsunt apud Salaçar, Lezana, Ojeda, Miranda, & alios, qui de hac re ſcripſerunt: & ſpecialiter ex familia Dominicana: quorum dictis ſicut ipſe ſtare non vult, & eorum authoritatem negat, quia moderni ſunt: eodem pacto, poſsemus horum authoritatem negare: quidquid enim dicant, certum eſt ex infra dicendis, nullum Patrem eſſe contrarium ſententiæ negatiuæ, quod ſub articulo ſequenti probabitur ſatis abundè. Et vt ait Mayronis, dicta SS. ſolum obligant nos, ad dicendum, Virginem aliquo modo cõtraxiſſe originale; quod ſufficienter verificatur, conceſſo debito, vt expreſsè aſſeruit B. Amadeus in raptu 4. vbi, poſtquam dixit, omnes excepta Deipara, contraxiſſe actu peccatum originale, hæc addit: *Ipſa tamen, rectè dici poteſt peccauiſſe, & à peccato liberatam fuiſſe, quia ex maſſa peccato obnoxia, proditura erat, & prodijt.*

181 Ex his omnibus authoritatibus, Arpalegus

his

his verbis arguit num. 5. *Iſti omnes DD. inuenerunt poſt longam indagationem, omnes PP. in ſententiam affirmatiuam inclinaſſe, nunquam ad negatiuam deflexiſſe, videat Dominus, & iudicet, videant lectores, an nobis credendum ſit, qui teſtes incorruptos, & ab omni ſuſpicione alienos, in medium proferimus.* Sed argumentum nullum eſt: nam quo pacto verum eſſe poteſt, hos DD. vidiſſe omnes PP. eoſque inueniſse in ſententiam affirmatiuam inclinantes, cum nec vnus inueniatur, qui ſententiam affirmatiuam docuerit expreſsè, vt non poſſit ritè, & rectè explicari non opponi negatiuæ, vt aſserunt tot Authores, qui noſtris temporibus de hac re ſcripſerunt, quorum nonnulli ſunt ex Dominicana familia? Quid, quod prædictos DD. qui affirmant Patres, negaſse ſanctitatem Virgini in Conceptione, non potuiſse illos intelligere, de conceptione propriè ſumpta, prout dicit infuſionem animæ, ſed de conceptione carnis, ſeu fœtus coagmentatione, omni fiducia aſserimus, authoritate Alberti Magni, Alenſis, & Bonauenturę, qui vt vidimus num. 162. ſolùm reprobarunt, tanquam alienam à mente Patrum, & hæreſim à Bernardo damnatam, ſententiam aſserentem, Virginẽ fuiſse ſanctificatam? ante animationem: Quibus addimus Caietanum, qui expreſſiùs docet S. Thomam de quæſtione iſta, an fuerit ſanctificata in infuſione animæ, non fuiſse loquutum, communemque ſententiam antiquorum eſse, Virginem ante animationem non fuiſse ſanctificatam: verba Caietani dabimus infra num. 297. ergo non poſsunt prædicti DD. intelligere, SS. PP. mentem fuiſse, negare Vir-

gini

gini ſanctitatem in inſtanti infuſionis animæ, ſed ſolum ſanctitatem ante animationem: aliàs dicendum eſset, vel præfatos DD. non vidiſse SS. PP. vel illorum mentem non calluiſse, cum iuxta Albertum, & alios, qui eos optimè intellexerunt, ſolùm fuerit intentum PP. negare ſanctitatem Virgini ante animationem. Vnde ad argumentum Arpalegi, reſpondeo ex mente Alberti Magni, Alenſis, Bonauenturæ, & Caietani, illos Doctores, quos citat Arpalegus, non inueniſſe Sanctos in ſententiam affirmatiuam inclinantes, loquendo de inſtanti infuſionis animæ, ex quo ruit argumenti machina, quæ tota illi maiori innitebatur, & ſic arguo. Prælibati Sacræ Theologiæ incliti proceres, & Magiſtrorum Magiſtri, docent PP. negantes ſanctitatem Virgini in Cōceptione, ſolũ negaſſe sãctitatẽ eius ante animationem, nec loquutos fuiſſe de inſtanti infuſionis animæ: ergo nullus SS.PP. adduci poteſt pro ſententia affirmatiua, in ſenſu, in quo exagitatur quæſtio. Videat Deus, & iudicet. Videant lectores pij, an Arpalego credendum ſit, an nobis, qui grauiſſimos teſtes, omni fide dignos, omnique exceptione maiores producimus.

SVB ARTIC. II.

An Sancti Patres expreſsè tenuerint ſententiam affirmatiuam.

182 COactum, inquil Arpalegus num. 1. ſe in medium proſilire, prouocatum à docto

Ormachea ſubire certamen, qui prologom. 3. in Cãtica dixit, nullum eſſe Patrem antiquum, qui expreſsè, & formaliter teneat ſententiam affirmatiuã, *cui*, inquit Arpalegus, *facilè reſpondeo, notando loca expreſſa Sanctorum. Primò, Fulgentius lib. de gratia Chriſti cap. 6. ita habet; Caro quippe Mariæ, quæ in iniquitate fuerat humana ſolemnitate concepta, caro fuit vtique peccati, quæ filium Dei genuit, in ſimilitudinem carnis peccati*. Sed hæc Fulgentij verba, communis explicationis ſubſidio, verificantur, ſalua mente immaculata Conceptione Mariæ. Nam vel loquitur Fulgentius de Conceptione, prout dicit ſolam fœtus coagmentationem, vt innuere videtur, illis verbis: *quæ humana fuerat ſolemnitate concepta*, vel intelli poteſt de debito, quia vt ſupra probauimus num. 171. ex B Amadeo, ſufficit debitum, vt poſſit dici, in peccato concepta, licet actu non contraxerit culpam originale.

183 Secundò, Ildephonſus num. 2. *lib. de Virginitate, & parturitione Virginis*, ait: *Virgo licet ipſa de carne peccati ſit nata, & procreata, ipſaque; quamuis caro peccati fuerit, non tunc iam ex præueniente Spiritus ſancti gratia, ab Angelo præ omnibus mulieribus benedicta vocatur, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, alioquin, ſi non eodem Spiritu ſanctificata eſt, & mundata, quomodo eius caro, non caro peccati fuit, niſi quia Verbum, quod caro factum fuit, prius eam obumbrauit: ergo ex mente Ildephonſi concepta eſt, tanquam caro peccati, & perfectè mundata ab eius reliquijs, ſuperueniente Spiritu in conceptione Dei. Et paulò infra: Nullius natiuitas celebratur in mundo, niſi B. Mariæ, & Ioannis Baptiſtæ,*

Digitized by Google

ſta, Ioannis autem, quia in vtero ſanctificatus legitur; ſic & B. Virgo Maria, niſi in vtero ſanctificata eſſet, minimè eius natiuitas colenda eſſet, nunc autem ex feſto natiuitatis conſtat, eam ab omni peccato originali immunem fuiſſe: ergo ſentit, quòd S. Ioannes fuit conceptus in peccato originali, & poſtea ſanctificatus, & immunis redditus ab illo, ſic ſimiliter B. Virgo Maria. Sic infert Arpalegus.

184 Huic argumento, & authoritatibus, tres adducit ſolutiones (ſeu obiectiones, vt ipſe vocat) primam ex Poza lib. 4. Elucidarij, dicente, librum illum non fuiſſe B. Ildephonſi. Sed reſpondet, *inprimis referri à Belarmino inter genuina opera Ildephõſi, quod non diffitetur Poza: deindè falſum eſſe fundamentum Poza, quia liber ille non eſt à Feuardentio temere inter opera Ildephonſi intruſus, ſed ab antiquioribus temporibus inter illa, computatus, ideoque à Vincentio Beluacenſi, lib. 3. hiſtoria, cap. 121. citatur: ſecundus locus adductus, tanquam germanus Ildephonſi fœtus.* Secunda obiectio, ſeu ſolutio eſt, *Ildephonſum, ideò dicere celebrari feſtum Natiuitatis, quia ſupponit prius ſanctificationem: ergo ſi modo celebratur feſtum Conceptionis, ideò eſt, quia præuenta fuit. Tùm etiam, quia B. Virgo dicitur ab omni peccato originali immunis; ergo fuit præſeruata. Cuius obiectionis ſolutionem remittit ad articulum, vbi agendum eſt de mente S. Thomæ, circa hanc materiam, & de inſtitutione feſti.* Tertia obiectio, ſeu ſolutio, *Ildephonſum dixiſſe, quod B. Maria nullum peccatum originale ſanctificata contraxit.* Sed reſpondet, *quod loquitur formaliter, id eſt, nullum ſecum traxit peccatum, prout ſanctificata.*

Digitized by Google

185 Iſtæ ſolutiones facilè refelluntur, & Ildephonſum pro negatiua eſſe ſententia, ex eius verbis clarè probatur. Primò enim illa verba: *Virgo licet ipſa de carne peccati, &c.* ipſum Arpalegum impugnant, nam Sanctus aſſerit, Virginem eſſe natã, & procreatam, quæ non ſignificant ſolum conceptionem in peccato, ſed natiuitatem; imò & procreationem, quæ tempus dicit poſt natiuitatem: ergo argumentum ex his verbis deſumptum, nimis probat; quòd ſi reſpectu natiuitatis, nõ conuincunt maculam, neque eam probant in conceptione. Deinde illud. *Alioquin, &c.* videtur declarare priora verba; & reddere hunc ſenſum: Virginis caro, ex ſe caro peccati erat, ſed caro peccati non fuit, qu a Verbũ eam prius obumbrauit. Neque poteſt dici, ſanctum loqui de obumbratione Spiritus ſancti in cõceptione Verbi, quia tunc licet fuiſſet Virgo emundata à reliquijs peccati, vt vult Arpalegus, non inde fieret, carnem Virginis non eſſe carnem peccati: ergo intelligendus eſt ſanctus de obumbratione Verbi, quatenus ex meritis eius obumbrata fuit in conceptione ſua, ne fieret caro peccati, ideſt, concepta in peccato.

186 Quod confirmatur ex poſterioribus verbis ab ipſo Arpalego citatis: *conſtat eam ab omni peccato originali immunem fuiſſe*: vbi non potuit ſanctus, per ly *immunem*, ſignificare mundationem, ſed præſeruationem, coarctat enim conſequentiam ad ſolam Virginem, cum ſupra, non ſolum de Virgine, ſed de Ioanne loquutus ſit: at ſi per, immunem, ſolum ſignificare vellet emundationem à peccato, non po-

tuiſſet

tuiſſet limitare conſequentiam ad ſolam Virginem, ſed etiam includere ipſum Ioannem qui fuit etiam in vtero ab originali mundatus: ergo ſentit Ildephonſus Virginem fuiſſe ab originali præſeruatam. Roboratur amplius, ex illis verbis, quæ inferius ſubijcit ſanctus: *nec originale peccatum in vtero ſanctificata contraxit*, quæ non formaliter, & reduplicatiuè eſſe accipienda, dubitari non poteſt, tùm, quia ex contextu ipſo apparet, ſanctum ibi de ſanctificatione Virginis in vtero præſeruatiua loquutū fuiſſe, illaque verba, *in vtero ſanctificata*, poſuiſſe, vt cauſam non contractionis peccati, vnde cauſaliter ea poſuit, non formaliter. Tùm, quia illud verbum, *contraxit*, non ſignificat ſecum trahere, ſed non admittere, adiecta illa particula, *nec*, quæ cum ſit negatio, eſt malignantis naturæ: ergo non ſunt poſita illa verba formaliter. Tùm denique, quia ſi formaliter, & reduplicatiuè ſumantur, non ſolum ſunt vera in Virgine, ſed etiam in Ioanne, imò & in quolibet homine baptizato, & in Iudá poſt primam ſā-ctificationem, de omnibus enim verificatur, quod ſanctificati formaliter, ſecum non traxerunt originale, quia incompoſſibile eſt cum qualibet ſanctificatione peccatum: ergo non ponit illa verba formaliter.

187 Denique mentem ſancti eſſe; Virginē præſeruatam fuiſſe à peccato originali, ſatis apertè colligitur ex his verbis, quæ meo iudicio interpretatione non indigent: *ergo in qua clauſtrum pudoris integrum permanſit, nulla diſruptio interuenit, nulla vexatio carnis, nulla fœditas diræ conditionis, & in qua* ve-

vexilla virtutum micarunt, nullum peccatum primæ originis, vt cruciaretur, viguit. Contextamus nunc verba Ildephonſi, *nullum peccatum primæ originis viguit: ab omni peccato originali immunis fuit: nec originale peccatum in vtero ſanctificata contraxit*. Et videat pius lector, qua fiducia, ne dicam audacia, potuerit Arpalegus pro ſe Ildephonſum adducere.

188 Tertiò, Euſebium Emiſenum, ſerm. 2. Natiuitatis, qui incipit; *Noſtis charißimi*, vbi ait: *A peccati originalis nexu per ſe nullus immunis extitit, nec ipſa Genetrix Redemptoris, ſolus enim Chriſtus, vt de Genitrice naſcatur, legis veteris debito non tenetur*. Vnde infert: *ergo cum pariſicet B. Mariam cum alijs, per illã particulam, nullus; alij autem neque à debito, neque ab actuali contractione ſint immunes intelligẽdum eſt, quod B. Virgo, à neutro fuit exempta*. Hoc teſtimonium in primis impugnat Arpalegum, quia particulam, *immunis*, hìc accipit pro præſeruatione, & in authoritate Ildephonſi, vult eam non ſignificare, niſi emundationem à peccato. Deindè ex illis verbis, *ſolus Chriſtus debito non tenetur*, ſolum infertur, Virginem debito teneri, exemptio enim firmat regulã in contrarium, intra eamdem materiam exemptionis: ergo cum Chriſtus à debito eximatur, his verbis, Virgo ſolo debito tenetur. Vnde illa particula, *nullus*, ſolum pariſicat Virginem omnibus, quoad debitum. Præterea, vt ex iam dictis patet, Sancti, cum ſolum Chriſtum excipiunt, & omnes includũt in regula generali, intelligendi ſunt, ex vi legis, & ex vi naturæ, vt ſenſus ſit, nullus ex vi legis immunis exiſtit, ſolus Chriſtus ex vi naturæ liber eſt à lege,

Digitized by Google

ge, quod ſatis clarè docet Euſebius dum ait, quod ſolus Chriſtus per ſe eſt immunis, ly enim, *per ſe*, ſignificat Chriſtum ex vi naturæ liberum, vnde relinquit locum, vt Virgo non per ſe, ſed ex ipſius Chriſti meritis, immunis ſit à peccati contractione, aliàs etiam comprehenderent Virginem quoad natiuitatem, dicunt enim, nullus naſcitur ſine peccato pręter Chriſtum.

189 Quartò obijcit num.4. B. Anſelmum lib.2. *cur Deus homo*, cap.16. vbi nomine Bonoſi dicipuli, cuius doctrinam approbat dicto cap. & cap. 18. ait: *Ipſa, de qua ſummus eſt Chriſtus, in iniquitatibus concepta eſt, & in iniquitatibus concepit eam Mater eius, & cũ originali peccato nata eſt, ſcilicet in vtero, quia & ipſa in Adam peccauit, Videatur*, inquit, *lib. de conceptu Virginis, cap. 13. & 16. & 18. & de excellentia virginitatis, cap. 30. vbi ait: Ipſam per fidem Chriſti mundatã à peccato, & Chriſtum ſumpſiſſe carnem ex maſſa peccatrice.*

190 Ad teſtimonia, quæ adducuntur ex Anſelmo, ex comment. Epiſt. 2. ad Corinth. cap.5. & ex alijs libris, & tractatibus, reſpondet, *commentaria illa, non eſſe Anſelmi, vt aduertit Belarminus, & alij Compilatores Eccleſiaſticorum ſcriptorum, alios verò tractatus ait, à nemine eſſe viſos, citatoſque à Baronio, & Bernardino de Baſtis; ex quibus quaſdam authoritates aptiſſimè ad ſuum intentum ſciſſas depromunt, refelli à Bandello, qui etiam eos libros falsò imponi Anſelmo probat, vt etiam facit Cardinalis Turrecremata 3. par. ſup. Decretal. tit. de conſecr. diſt. 3. §. ad 4. circa fin.*

191 Ad illud teſtimonium Anſelmi lib. de Cõceptio-

ceptione Virginis, & de peccato originali, cap. 8. aſſerentis, *decebat, vt illius hominis conceptio de Matre puriſſima fieret, vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequeat intelligi, Virgo illa nitteret*: Ex quo colligitur immunitas Virginis, quia ſi eſſet in peccato cõcepta, maior puritas ſub Deo poſſet intelligi de Virgine. Reſpondet ex Vaſquez tom. 2. in 3. parte diſp. 117. cap. 11. *non eſſe ad rem, quia non loquitur de puritate, quam habuit in primo inſtanti Conceptionis, ſed de illa quam ſortita eſt, ſuperueniente Spiritu ſancto in conceptione Verbi diuini*. Ad confirmationem authoritatis Anſelmi, ex eo quod S. Thom. in 1. diſt. 17. quæſt. 2. artic. 4. & diſt. 45. quæſt. 1. art. 8. vtitur hoc teſtimonio, vt probet *V*irginem fuiſſe immunẽ ab omni peccato, etiam originali: reſpondet etiam ex Vaſquez, D. Thom. in 3. diſt. 3. quæſt 1. artic. 1. quæſtiunc. 2. explicantem id quod dixerat in primo, ita habere: *Ad authoritatem Anſelmi, dicitur, quod hæc puritas ſoli homini Deo debebatur, vt ipſe quaſi vnicus Redemptor humani generis, nulli peccati ſeruituti teneretur, cui competebat, omnes à peccato redimere. Vnde non hanc puritatem, ſed ſub hac maximam, Virgo Mater eius habere debuit*. Hæc omnia Arpalegus.

192 Ad hęc teſtimonia Sancti Anſelmi aduerto in primis, illa verba, *ipſa de qua ſummus eſt Chriſtus*, non eſſe fideliter citata, & ſiue ab ipſo Arpalego, (quod non redditur incredibile ex ijs, quæ aduertimus circa teſtimonium Auguſtini, & aduertemus circa alia) vel ab alio, addita eſſe, *& cum originali peccato nata eſt, ſcilicet in vtero*, hæc enim, *ſcilicet in vtero*, non ſunt in textu, ſed addita ſunt, vt videre-

tur,

tur, ſanctum loqui de Conceptione, ex quo diſſoluitur argumentum ex hoc loco deſumptum: nam ſicut dici non poteſt, ſanctum cenſiſſe, Virginis natiuitatem fuiſſe in peccato, ita non probatur ex hoc loco, conceptionem fuiſſe in peccato. Et ſicut, vti probat Viuarius in ſuo tractatu Vindicationis SS. PP. à ſententia affirmatiua, quæ illis imponitur; ibi vocat ſanctus, peccatum originale, effectum aliquẽ ipſius peccati, qui in Virgine remanſit, etiam vſq; ad natiuitatem, ſcilicet naſci à patribus ex delectatione carnis, vel habere fomitem peccati, licet ligatum, aut effectum eius, quod ſicut benè componitur cum natiuitate in gratia, ita ſimiliter componitur cum conceptione in gratia.

193 His addimus tres congruentes rationes, quibus poſſumus argumenti vim euellere. Prima eſt ipſius Arpalegi, ſicut enim ipſe negat authoritatem Commentarij Epiſtolæ ad Corinth. ita nos negare poſſumus authoritatem huius libri ab Arpalego citati: non enim eſſe Anſelmi, ſed Bonoſi diſcipuli fatetur Arpalegus ipſe. Secunda eſt, quod licet concedatur eſſe Anſelmi, tantum abeſt, quod Anſelmus illius doctrinam approbauerit, vt potius conqueratur, quod librum illum ipſo Anſelmo inuito in lucem dederit, vt colligitur ex verbis ipſius Doctoris, in præfatiuncula poſtmodum ab ipſo addita libris illis, *Cur Deus homo*, ſic; *Opus ſubditum, quod propter quoſdam, qui antequam perfectum, & exquiſitum eſſet, primas partes eius, me neſciente ſibi trãſcribebant, feſtinantius quam mihi opportunum eſſet, ac ideò breuius, quam vellem, ſum coactus, vt potui con-*

ſamare, nam plura, quæ tacui inſeruiſſem, & addidiſſem, ſi in quiete, & congruo ſpatio illud mihi edere licuiſſet, &c. Quæ verba ipſe Sanctus vult, vt à quocumque libri tranſcribantur, præfigantur ante eius principium. Tertia eſt, quod Anſelmus, non contentus præfixione præfatiunculæ, ſcripſerit librum de conceptu virginali, & peccato originali, in quo expreſsè reuocat à ſe dicta, vel explicet Bonoſo, quæ ab ipſo in dicto libro erant dictata, hæc enim verba in eius exordio inueniuntur: *Cum in omnibus religioſa tua voluntati velim, ſi poſſem obſequi (frater, & fili chariſſime Boſo) tunc vtique maximè debitorem me iudico, cum eam à me in te exitari intelligo: certus autē ſum, cum in libro, cur Deus homo (quem vt ederem tu maximè inter alios, me impuliſti, in quo te mecum diſputantem aſſumpſi) legis aliam præter illam, quam ibi poſui, poſſe videri rationem, quomodo Deus accepit hominem de maſſa peccatrice humani generis ſine peccato, quia ſtudioſa mens tua ad quærendum quænam ſit illa, non parum prouocatur, dicam ſic breuiter hoc quod ſentio.* In quo libro poſuit ſanctus verba illa, ex quibus non pauci DD Anſelmum pro ſententia negatiua adducunt, cum Gloſſa in cap. 5. Epiſt. ad Romanos, videlicet: *Decens erat vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret.* Quæ verba ſignificare immunitatem Virginis à peccato, rectè probatur ponderatione illa, quia ſi eſſet concepta in originali, maior puritas ſub Deo intelligi poſſet de Virgine.

194 Neque locum habet euaſio ex Vaſquez ab Arpalego excerpta, nam ſanctum ibi loqui de Virginis

ginis conceptione paſſiua, certò certius eſt, & per conſequens de ea puritate, quam tunc habuit, ait enim ſanctus, debere ea puritate nitere, *quia Deus Pater vnicũ Filium ſuum* (ſunt verba Anſelmi) *quẽ de cor de ſuo, æqualem ſibi genitum, tanquam ſe ipſum, diligebat, ita dare diſponebat, vt naturaliter eſſet vnus, idemque communis, Dei Patris, & Virginis Filius*. Deus autem non diſpoſuit Virginem in Matrem ſolummodo, quando Spiritus ſanctus ſuperuenit in illam, ſed à primo inſtanti ſui eſſe. Neque explicatio S. Thomæ nobis officit, vt patet ex ipſo contextu, quia S. Doctor immunitatem à peccato originali, ſoli Deo homini deberi dicit, & rationem aſſignans, ſubdit, *quia quaſi humani generis vnicus Redemptor, nulla peccati ſeruitute teneretur*, vnde cõcludit, *hanc puritatem Virgini non deberi, ſed ſub hac maximam*: puritas ergo debita Redemptori, ex textu S. Thomæ eſt, non teneri lege peccati, & deberi illi ex vi naturæ immunitatem, ſub qua maxima puritas eſt, liberari à peccato, licet deberetur cõtrahi, atqui ex S. Thoma, debetur Virgini puritas ſub illa maxima; ergo debetur libertas à peccato, ſuppoſito tantum debito, & non actuali contractione, quia ſic, non eſſet puritas ſub Deo optimo, maxima.

195 At S. Anſelmum pro nobis eſſe adducendum, eſt ipſa luce meridiana clarius, etenim ipſe, vt latè probat Viuarius, feſtum Conceptionis inſtituit in Anglia, ipſe Coepiſcopis ſuis, cunctiſque orthodoxis, Epiſtolam de B. Maria ſcripſit: ipſe cum S. Bernardo ſuper feſtum Conceptionis, nonnulla

Digitized by Google

quæſtionem habuit: ipſe dixit, quod ſicut in Eccleſia natiuitas Virginis colitur, ſic debet & coli conceptio, & in Comment. Epiſt. ad Corinthios: quæ quidquid dicat Arpalegus, maior pars Scriptorum, cui ſtandum eſt, affirmat eſſe Anſelmi, dixit: *Omnes itaque mortui ſunt in peccatis, nemine prorſus excepto, dempta Matre* Dei, *ſiue originalibus, ſiue etiam voluntate additis, vel ignorando, vel ſciendo, nec faciendo quod iuſtum eſt*. Ipſe denique, reuelationes,& miracula conceptionis puritatem probantia, enarrat. Et in opuſculo ſub titulo Fragmentorum de conceptu virginali paſſiuo, in editione poſtrema Lugdunenſi anni 1630. cap. 3. ſic habet: *Cum ipſa Conceptio fundamentum fuerit habitaculi ſummi boni, ſi peccati alicuius ex prima præuaricationis origine, maculam contraxit, quid dicemus? Vtique diuina voce dicitur ad* Hie*remiam: priuſquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de ventre, ſanctificaui te. De Ioanne quoque Angelus, qui eum naſciturum prænuntiabat, aſſeruit, quod Spiritu ſancto repleretur, adhuc ex vtero matris ſuæ. Si igitur Ieremias, qui in gentibus erat Propheta futurus, in vulua eſt ſanctificatus, & Præcurſor Domini Ioannes, Spiritu ſancto, ex vtero matris eſt repletus; quis dicere audeat, totius ſæculi propitiatorium, mox in ſuæ conceptionis exordio, Spiritus ſancti gratiæ illuſtratione, deſtitutum, &c.* Totum caput quartum eandem exprimit ſententiam in cap. 5. hæc ſunt: *Ille aſſertor puræ veritatis, & à filio tuo iam cælo præſidente, vas electionis cognominatus, omnes homines in Adam peccaſſe fatetur, vera vtique ſententia, & cui contradici, nefas eſſe pronuntio. Sed cum eminentiam gra-*

tiæ

tiæ Dei in te conſidero, ſicut te, non intra omnia, quæ facta ſunt, ineſtimabili modo contueor: ſic nec lege aliorum in tua conceptione dimetitam fuiſſe opinor. Deinde cap. 6. præter cætera illuſtriſſima: *Quod ſacrariũ, aula videlicet vniuerſalis propitiationis, cum operante Spiritu ſancto conſtrueretur, ſi fundamentum illius, ſcilicet initium, ſiue primordium formationis B. Mariæ corruptum fuit, ipſi certè constructura non congruebat, nec cohærebat. Inſcia ne fuit, & impotens ſapientia Dei, mundum ſibi habitaculum condere, remota omni labe cõditionis humanæ? Angelis alijs peccantibus, bonos à peccatis ſeruauit: & fœminam matrem ſuam mox futuram ab aliorum peccatis exortem, ſeruare non valuit?* Denique in Epiſtola ad Eluimum Abbatem ſuum, vbi reuelationem refert, cõcludit, hac exhortatione: *& nos igitur fratres dilectiſſimi, ſi portum ſalutis volumus apprehendere, Dei Genitricis Conceptionem, dignis obſequijs, & officijs celebremus, vt ab eius Filio, digna mercede remuneremur.* Quid clariùs, & tanto Patre Virginis deuotiſſimo filio dignius, dici potuit.

196 Quintò adducit Bernardum, cuius inquit, *integra debet eſſe authoritas, & quia Virgini addictiſſimus, à qua ſingularibus gratijs eſt affectus: tùm, quia in ſenſu Scripturæ doctiſſimus, quã totã in cœleſti viſione vidiſſe, refert Lanuza in prologo ad tom. 1. Homiliarũ, ac proindè, difficile eſſe, quod eũ fugerit veritas iſta.* Ex Bernardo ergo obijcit nobis, Epiſtolam illam ad Lugdunenſes, vbi reprehendit Canonicos illius Eccleſiæ, quia feſtum Conceptionis celebrabant. Item ſerm. S. Ioannis Baptiſtæ, & ſerm. 2. de Aſſumptione, & in ſerm. ſup. verba Apocalip. *ſignũ*

ma-

Digitized by Google

magnũ, &c. Ad teſtimonia, quæ pro ſententia negatiua ex Bernardo adducuntur, reſpondet, *Opera in quibus inueniuntur, non eſſe Bernar.* alia verè (quæ negare non poteſt eſſe Bern.) *ait, ſolũ probare ſingularẽ gratiã, quã habuit in concipiendo Chriſtum.* Sed qua ratione Bernardus intelligendus ſit in Epiſt. illa (ſi Bernardi eſt) iam diximus ſupra à num. & quantum fauerit ſententiæ negatiuæ, quoties affirmauerit ipſam ab originali immunem, vidimus etiã ibidem, ita vt ſupervacaneum ſit, ea repetere.

197 Sextò, obijcit nobis Rupertum num. 6. (*de quo dicit Vaſquez ſe ingenuè fateri, ſententiam oppoſitam tradidiſſe, ſicut etiam S. Vincentium, & S. Bernardinum*) ſuper illud Cantic. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino*, vbi ait, *tu veraciter dicere poteras, ecce enim iniquitatibus concepta ſum, & in peccatis concepit me mater mea, cum enim eſſes de maſſa, quæ in Adam concepta eſt, hæreditaria peccati originalis labe non carebas.* Nonnulla autem teſtimonia, quæ pro ſententia negatiua adducuntur, ait, ſolum probare, *non habuiſſe Virginem concupiſcentiam in conceptione Chriſti, nec pœnitentiam, quia nunquam actualiter peccauit, & ſic contriuit caput draconis.* Ruperti ſententiam (ſicut S. Vincentij, & S. Bernardini, de quibus poſtea) non fuiſſe affirmatiuam, iam ſup. num. 72. diximus, ex ipſo enim probauimus, in illis verbis, *inimicitias ponam*, ſermonem fieri de Virgine in ſenſu literali. Tùm etiam, calceatam gratia, ſerpentis morſibus, non fuiſſe cruentatam: verba autem quæ ab Arpalego nobis obijciuntur, ſolum debitum ad ſummum conuincunt, quod etiam nomine hæreditariæ labis

pec-

Digitized by Google

peccati originalis, ſignificatur.

198 Adducit etiam S. Bernardinum in ſerm. qui incipit: *ignis à facie eius exarſit*, & tract. de B. Virgine, ſerm. 4. & alibi, S. *Antonium de Padua, ſerm. de Natiuit. B. Lucam Minoritam, ſerm. etiã de Natiuit. Teſtimonia autem horũ SS. quæ pro negatiua citantur,* ait, *benè probari à Bandello ſuppoſititia*. Alios tres sãctos canonizatos ex Ordine Prædicatorum adhibet, pro ſententia affirmatiua: *ſcilicet B. Raymundum, in ſumma, titul. de ferijs, vbi ait, B. Maria in peccato cõcepta fuit, ſicut cæteri homines, S. Vincentium ſerm. de Conceptione, & Natiuit. vbi dicit: Poſtquam fuit anima infuſa, & coniuncta corpori, fuit B. Maria ſanctificata, licet in eadem hora. S. Antonium 1. par. tit. 7. c. 2. & 3. part. titul. de ſtatu comprehenſorum, & 4. p. tit. 1. c. 4. & tit. 5. cap. 1. innumeroſque alios SS. PP. referri à Bandello, & à Reuerendiſ. Epiſcopo Petro Herrera, lib. 4. de Conceptione, cap. 6. quorum alij ſolum Chriſtum excipiunt à contractione peccati originalis: alij verò aſſerunt, Virginem fuiſſe mundatam ab illo, quod eſt æquiualenter dicere contraxiſſe illud, abſtinere autem ab eorũ recitandis authoritatibus*, ne actum agat: aduertit tamen num. 7. ex Herrera, *omnes illos PP. qui ſolum Chriſtum excipiunt, fauere affirmatiuæ ſententiæ, ex regula iuris, exceptio firmat regulam in contrarium. Tùm etiam ex alia regula, quod id quod negatur alicui, cum dictione excluſiua, conceditur omnibus alijs, & quod affirmatur de vno, cum dictione excluſiua, negatur de omnibus alijs, l. in his, C. de reuocand. donat. & tandem quia quod dicitur de filio, non extenditur ad matrẽ, l. non ambiguit, de legib. ff. de condit. indebit.*

Ver-

Digitized by Google

199 Verba S. Bernardini non citat Arpalegus, nos autem verba ſancti ſubijcimus. Nam ſerm. 6. de feſtiuitatibus B. Mariæ, aliàs 52. fer. 3. poſt Dominic. Oliuar. de Salutatione Angelica, qui incipit: *Gogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*. artic. 1. cap. 1. explicans illud Angelicum, *Aue*, quod ait ſignificare ſine vę, hæc habet: *Fuit enim B. Virgo ſine vę, hoc eſt, ſine tyranno concupiſcentiæ peccati originalis, quia ſine eo eſt concepta, ſicut teſte Salomone Cantic. 4. didicimus, qui ait: Tota pulchra es amica mea, & macula, ſcilicet originalis culpæ, non eſt in te*. Et ſerm. 49. de amore glorioſo, fer. 3. poſt Reſurrect. Domini, explicans illud: *Inter natos mulierem, &c.* ſic habet: *Vult dicere, quod Ioannis Baptiſtæ anima eſt maior omnibus animabus, ex natis ex muliere, & Chriſtus cauet ſe extra, & Virginem glorioſam occultè, ſi benè aduertis ſuũ eloquium, quia dixit, non ſurrexit, quia nullus dicitur leuare, ſeu ſurgere, qui non cecidit in aliquo peccato conceptionis, nec actualis, & ſimilite B. Virgo, ideò non ſunt in illa regula, quia non ceciderunt modò iam dicto, ideò non dicuntur ſurgere, ſicut omnes cæteri homines, qui ceciderunt, & cadunt ab Adam citra per peccatum originale. Tamen vtrum B. Virgo fuerit concepta in peccato originali, Eccleſia non damnat, ſed magis pium eſt credere, quod non fuerit in peccato concepta, quã credere quod ſit. Et dum pridie eſſem in Monaſterio Carceris Diœceſis Paduanæ, in illo eloquio cum quodam approbatæ Religionis viro Domino Fr. Bartholomæo de Sicilia ibi profeſſo, reddidit mihi vnam pulchram rationẽ, quare non erat credendum, B. Virginem eſſe conceptam ex peccato originali*. Refert rationẽ, quæ ea eſt, quod

non

non decuit Deum ſumere carnem ex carne minus pura, quàm Adam, & Eua, qui ſine peccato creati fuerunt, & concludit his verbis: *Imò credendum eſt, quod voluit ſumere carnem ex carne puriſſima, & quod eius mater fuerit pluſquam Eua, & Adam, qui creati fuerũt ſine peccato originali, quæ ratio mihi valdè aplauſit*, Denique ſerm. de Conceptione B. Mariæ, adducit teſtimonium Anſelmi, ad probandam Virginis immunitatem à peccato, ſcilicet, quod decebat, vt Virgo ea puritate niteret, qua maior ſub Deo eſſe nequit. Quæ omnia eſſe Bernardini maniſeſtiſſimum eſt, quidquid dicat Arpalegus ex Bandello. Tùm, quia Bandello non eſſe fidem adhibẽdam, optimè probat Armamentarium Seraphicum, oſtendens ſæpiùs Bandellum SS. authoritates detruncare, illiſque verba adijcere, vel detrahere, ita vt potius authoritates ab ipſo allatæ, ſuppoſititie debeant cenſeri. Tùm, quia tàm in antiquis, quàm in moderrioribus editionibus inueniuntur, & ſtylus, ipſe Bernardinum indicat. B. Lucam Minoritã non vidi, ſed vereor, ne ſuppoſititiè ab Arpalego, Bandellum imitato, citetur. S. Antonium de Padua legi, & perlegi, ſed nec verbum de hac materia, quominus pro Arpalego, offendi, offendit tamen contra omne ius Arpalegus, qui quod non erat, inueniſſe fatetur. Quid dicam de S. Raymundo, ſtatim atque verba adeò clara citata pro Arpalego (in Arpalego, non Raymundo) vidi, ſuſpecta illa habui, nec me animus fefellit. O mirum! Raymundus tantum hæc habet, loco citato: *Et nota, quod non fit ibi mentio Annunciationis B. Mariæ, cum*

Digitized by Google

tamen ſit celebre feſtum, *non de Conceptione eiuſdẽ*. Idque explicat in marginali: *Quidã tamen dicunt, quod feſtum eſt potius, de ſanctificatione eius in vtero, quàm de carnali conceptione*. Arpalegus citat; *B. Maria in peccato concepta fuit, ſicut cæteri homines*. Sic nota Dialectica? Qua lege hæ propoſitiones æquipollẽt? O noua ars cudendi ſanctorum authoritates!

200 Ex Sanctis canonizatis Ordinis Prædicatorum, S. Vincentius Ferrerius pro nobis eſt qui ſer. 1. de Natiuit. hæc habet: *Quando corpus B. Virginis fuit perfectè organizatum, & anima illi coniuncta per creationem, tunc Altiſſimus ſanctificauit Tabernaculum ſuum*. Opponimus illud, *quando*, & illud *tunc*, ad illud, *poſtquam*, quod nobis obijcit Arpalegus, illud enim, *quando*, *& tunc*, ſignificant, illud inſtans, quo anima vnita corpori eſt; quod clariùs patet ex ſerm. 2. vbi diſtinguit conceptionem Virginis, à noſtra conceptione, his verbis: *Non credatis, quia fuerit ſicut in nobis, qui in peccatis concipimur; ſed ſtatim ac anima fuit creata, fuit ſanctificata, & ſtatim Angeli in cælo fecerunt feſtum Conceptionis*: ergo malè citat tres Sanctos canonizatos ex Ordine Prædicatorum pro ſua ſententia. Ne tamen numerus trium Sanctorum ex Ordine Prædicatorum, nobis deſit, addimus B. Ludouicum Bertrandum, quem citò ſperamus, faſtis Sanctorum à Sede Apoſtolica adſcribendum, quem noſtram ſententiam docuiſſe, & prædicaſſe, affirmat in eius vita P. Iuſtinianus Antiſt, eiuſdem Ordinis, & tertium addimus Magiſtrum S. Thom. Albertum Magnum, qui ait lib. de 12. priuilegijs B. Mariæ, Virginem exceptam à regula generali,

omnes in Adam peccauerunt. vti refert Caniſius lib. 5. de Deipara, cap. 27. vnde habemus ex Ordine Prædicatorum, præter ipſum Sanctiſſimum Patriarcham Dominicum, Vincentium, Ludouicum, & Albertum Magnum. Illud quod addit ex Sanctis, quos citat Bandellus, & Herrera, non conuincit ſuā ſententiam, nam Sanctos excipientes Christum, iam vidimus loqui, ex vi naturæ, independenter à priuilegio, quo eguit Virgo: Vnde admittimus primam, & ſecundam regulam iuris, iuxta ſuperius dicta, exceptio firmat regulam in contrarium, in eodem ordine, in quo excipit; excipit Christum ex vi naturæ, & creationis, & in hoc ſenſu negatur de illo contractio peccati, ac proindè in eodem ſenſu Virgo includitur, ſed non excluditur priuilegium: ſimiliter intelligendum eſt, quod dicitur de filio, non extendi ad matrem.

201 In fine huius ſubarticuli, reprehendit n. 8, Salaçar, Soſam, & Aegidium, quod mordeant Bandellum, Caietanum, & Turrecrematam, eo quod falsò citauerint plures authoritates, quæ modò nō reperiuntur in nouis editionibus. Vindicatque eos verbis Pozæ lib. 4. Elucidarij, tract. 4. cap, 1. dicētis. *Se non credere viros grauiſſimos, ex deſtinato animo, loca ſanctorum inuertiſſe, & deprauaſſe, ſed exemplaria deprauata, iniuria librariorū citaſſe, quia meliora non habuerunt. Et addit, potius nactos eſſe puriora cōmentaria, quæ non ſunt corrigenda iuxta nouas editiones, quia ſunt ante annum* 1615. *prælo mandata, de quibus* Expurgatoriū editū *ann.* 1640. *regula decreuit nullo modo eſſe immutanda.* Ego exiſtimo probari non poſſe exē-

plaria de anno 1515. puriora eſſe nouis editionibus, recognitis à viris doctiſſimis, à Sede Apoſtolica ad id ſpecialiter deſtinatis, & in ſanctorum Codicibus euoluendis verſatiſſimis. Quod & tenetur Arpalegus ipſe concedere, nam exemplaria operum Sanc. Thom. vbi inueniuntur illa verba: *excipitur Beatiſſima Virgo*, de quibus ſupra num. 50. ſunt typis mãdata ante annum 1515. anno ſcilicet 1493. & 1454. ea verò in quibus non inueniuntur, ſunt moderniora: ergo vel corrigenda ſunt iuxta nouas editiones, exemplaria illa S. Thomæ, vel ex S. Thoma, iuxta puriora exemplaria, excipitur Virgo à regula generali peccati originalis. Expurgatorium ergo, pace tanti Doctoris, non quia illa puriora erant nouiſſimis editionibus, ſed quia periculũ non erat, quod hæretici moderni aliquid immiſcuiſsẽt erroris (quo etiam periculo carent exemplaria nouiſſimè iuſſu ſummorum Pontificum recognita, & inſuper cum originalibus acuratius comprobata ſunt, ideoque puriora cenſeri debent.) Tùm etiam, vt antiquitati conſuleret, voluit ea non immutari.

SVB ARTIC. III.

Quinam Sancti Doctores faueant definibilitati ſententiæ negatiuæ, quorum authoritates, ad trutinam iudicij, & examinis reducuntur.

202 SVpponit num. 1: & ait Arpalegus, *ſe gratis concedere S. Laurentiũ, Iuſtinianũ, S. Brigittã, B. Thomã à Villanoua, Idiotã, Dioniſiũ Cartuſianũ,*

ſianũ, tenere expreſsè ſententiã negatiuã, ita vt nullo modo poſſint ſubsidio explicationis inflecti, (poſſet nobis gratis concedere, ſi gratis accepiſſet) & addit, *cõparatione eorum, qui pro affirmatiua adducuntur, non præponderare, quia tam authoritate, quàm antiquitate, ab alijs ſuperantur*. Sed eſt falſum, quia vt vidimus, nullus eorum, qui pro affirmatiua adducuntur, eſt qui nobis, beneficio congruæ explicationis, non aſſiſtat, cum ſolum negauerint ſanctificationem ante animationem. Nec eſt cur Arpalegus parui pendendam ducat, authoritatem tantorum virorum, quia moderni ſunt. Nam Concilium Vienenſe ſub Clemente V. ad eligendam tãquam probabiliorem, ſententiam affirmantem infuſionem habituum in paruulis, non ſolum antiquorum PP. canitiem reuertitum eſt, verum etiam modernorum Theologorum authoritatem reſpexit; vt par eſt intelligere ex eius verbis, ibi: *Nos attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti, quæ per Baptiſmum applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem ſecundam, quæ dicit, tam paruulis, quàm adultis, conferri in Baptiſmo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorem, & dictis Sanctorum, & Doctorum modernorum Theologiæ, magis conſonam, & concordem, ſacro approbante Concilio, duximus eligendam.* Quid clarius?

203 Subdit num. 2. *alios eſſe dubios, quia non expreſsè loquuntur, ſed vel poeticè, vel hyperbolicè. Aliorum dubia ſunt ſcripta, vt Petri Cellenſis, qui citatur lib. 6. Epiſtolar. Epiſt. 23. quæ non reperitur inter eius opera.*

204 Sed hæc ita non eſſe probabitur, impugnãdo

do quæ ſequuntur. Non enim dignatus eſt Arpalegus adducere aliquam authoritatem Sanctorũ, pro ſententia pia, ſed tantummodo regulas, ſeu canones ad expendendas authoritates, quæ à nobis adducuntur: ex numero autem canonum, colligi poteſt, non paucos eſſe ſanctos pro noſtra ſententia, nam nouem regulas ſtatuit, quibus tanquã clypeo ſe munire exiſtimat ad euadendum SS. PP. authoritatum ſagittas. Nos autem vnica regula, ſeu obſeruatione, poſſemus omnes authoritates SS. PP. (ſi quæ ſunt, quæ contrariæ primo aſpectu videantur) ritè, & rectè explicare. Videlicet, illa diſtinctione, quam innuimus, ſcilicet, Virgo contraxit peccatũ ex vi naturæ, vel contraxit quoad debitum, concedo: ex priuilegio, quoad actualem contractionẽ, nego. Vel non fuit Virgo ſanctificata in conceptione; ſumendo conceptionem, prout dicit coagmentationem fœtus, concedo: prout dicit infuſionem animæ: nego. Pro cuius maiori explicatione, ſupponendum eſt, quod peccatum originale dupliciter dicitur contrahi: primò, in debito, ſecundò in effectu. Vel primò cauſaliter, ſecundò formaliter. Contrahi in debito, vel cauſaliter, eſt ex vi deſcẽdentiæ ab Adamo per ſeminalem propagationem, teneri ad contrahendam ipſam culpam in effectu, & formaliter in ipſa infuſione animæ. Contrahi verò formaliter, & in effectu, eſt in illo inſtanti, quo anima corpori infunditur, illo peccato maculari. Vnde conceptio etiam ſumitur dupliciter, primò pro coagmentatione fœtus, quæ eſt conceptio carnis, vel prima conceptio: ſecundò, pro infuſione animæ,
quę

quæ eſt conceptio hominis formaliter. In prima conceptione dicitur contrahi peccatum cauſaliter, & in ſecunda dicitur contrahi formaliter.

205 Quam conſiderationem confirmat Incognitus, quem inter DD. qui negatiuam ſententiam tenent ita vt ſubſidio explicationis inflecti nõ poſſit, enumerare oblitus eſt Arpalegus: hic ergo doctiſſimus Pater, qui floruit anno 1396. explicans illud Pſalmi 29. *Domine in voluntate tua, præſtitiſti decori meo virtutem*, hæc pulcherrima ad propoſitum habet verba: *Et ſi quæras, nunquid Chriſtus habuit ſolus omnem decorem innocentiæ, vbi ergo eſt B. Virgo, vbi Ioannes Baptiſta, & alij Sancti? Reſponſio, notandum, quod peccatum tollit plenum innocentiæ decorem* (dixerat ſupra, decorem ſignificare immunitatem ab originali, & actuali) *peccatum autem, duobus modis contrahitur, ſcilicet originale: ſcilicet cauſaliter, & formaliter. Cauſaliter quando ſeminaliter quis concipitur: tũc in re concepta, eſt quædam fœditas, & pronitas ad malum, quæ eſt cauſa, quare anima creata, & illi corpori vnita, peccatum contrahit formaliter. Itaque peccatum originale cauſaliter contrahitur, in propagatione ſeminis, ſed formaliter in conceptione hominis. Modò ad propoſitum, non contraxit formaliter, neque cauſaliter, quia non deſcendit ab Adam per ſeminalem propagationem, & ſic habuit omnimodã innocentiam; Virgo autem Maria contraxit cauſaliter, quia per ſeminalẽ propagationem concepta, ſed non contraxit formaliter, quia antequam,* (illud, *antequam*, non intelligitur tempore, ſed natura, quia ſupponit incognitus Virginis carnem, vtpote ex concupiſcentia parentum, & ſeminali

pro-

propagatione conceptam, ante animationem in ſui coagmentatione, non fuiſſe ſanctificatam, aliàs neque contraxiſſet cauſaliter peccatum, cuius contrarium docet) *anima eſſet creata, illud ſemen fuit purificatum, & ſanctificatum, & ſic anima illi vnita, non fuit maculata. Ioannes autem Baptiſta, & quilibet alius quicunque ſanctus, contraxit cauſaliter, & formaliter, quamuis aliqui antequam naſcerentur, fuerunt purgati, & ſanctificati. Ex prædictis apparet, quod puritas Virginis Mariæ tenet medium inter puritatem Chriſti, & aliorum Sanctorum*. Idem repetit Pſalm. 50. ad illa verba, *in peccatis concepit, &c.* vbi, & Anſelmum pro hac intelligentia citat, & ſe de hac re Tractatum edidiſſe teſtatur, quem inuenire non potui. Quid plus vltra quæris ad SS. PP. ſententias exponẽdas? Itaque quicumque PP. dicant ſolum Chriſtum, non contraxiſſe peccatum, intelliguntur, neque formaliter, neque cauſaliter, & in hoc ſenſu intelliguntur, qui dicunt non eſſe æquiparandam Virginem cum Chriſto in puritate, quia puritas Virginis tenet medium. Quicumque dixerint Virginem in Conceptione contraxiſſe, quia per ſeminalem propagationem deſcendit ab Adamo, intelligendi ſunt de prima conceptione, & ante animationem, in quo ſenſu intelligi debent omnes Scholaſtici antiqui, D. Thomas, Alenſis, Albertus Magnus, & S. Bonauentura, quia vt vidimus num. 162. in eodem ſenſu intelligendum eſſe Bernardum ipſimet docuerũt, quod & Caietanus fatetur, cuius verba, vide infra num. 297. Sed expendamus canones Arpalegi, ipſe autem, qui tot regulas quaſi ſcuta præponit, mul-

tos

Digitized by Google

tos timet aduerſarios.

206 Primò ſtatuit, *ſuperbiam dici primum peccatum, & primam culpam*, ex S. *Thom.* 1. 2. *quæſt.* 84. *art.* 4. *ex illo: initium omnis peccati ſuperbia. Ac proinde, quicunque dixerit, Virginem non habuiſſe primã culpam, explicandus eſt, ac ſi diceret, non habuiſſe ſuperbiam, ſed magnam humilitatem. Addit, ſic explicatur* Origenes, *dicens, Mariam ſerpentis perſuaſione non fuiſſe deceptam, nec eius afflatibus venenoſis infectam.*

207 Quis non videat ſophiſticum canonem, ſophiſticam interpretationem! Etenim, quamuis ſuperbia dicatur primum peccatum, non indè infertur, nullum aliud peccatum vocari primum, poteſt enim in diuerſo genere, aliud peccatum à ſuperbia, dici primum. Superbia enim dicitur primum peccatum, quia à ſuperbia Angelorum incepit culpa, quæ Dœmonis ſuggeſtione in Adam deriuata eſt, vnde eſt primum peccatum reſpectu omnium peccatorum: peccatum verò originale dicitur prima culpa reſpectu hominum: ſic etiam in alio genere dicitur cupiditas, principium, & radix, omnium malorum, vnde poteſt dici primum peccatum, quæ docet S. Thom. loco ab Arpalego citato. Deinde multorum Doctorum ſententia eſt, peccatum Adami fuiſſe ſuperbiam, ex illo, *eritis ſicut dij*, quo affectu ſuperbiæ decepti fuerunt primi parentes, & per conſequens ex eo quod ſuperbia dicatur primum peccatum, non negatur, ſed potius adſcribitur peccato originali ratio primæ culpæ. Ac proindè, dicere Virginem caruiſſe prima culpa, non minus ſigni-

Digitized by Google

ficat caruiſſe ſuperbia, quàm caruiſſe peccato originali. Fallit ergo regula Arpalegi. Quam autem falsò, & ſophiſticè, hunc canonem applicet verbis Origenis, facilè conſtabit legenti textum, nam in Homil. 1. de diuerſis, citata à nobis, ſupr. nu. 107. vbi hæc verba inueniuntur, nullam mentionem facit primæ culpæ, ſed abſolutè aſſerit, Virginem nõ fuiſſe ſerpentis afflatibus infectam: quomodo ergo ex tradita regula interpretatur Origenes, quaſi dixerit, Virginem non fuiſſe ſuperbia infectam? Nam ſerpentis afflatus non ſignificat ſuperbiam, quæ prima culpa eſt iuxta Arpalegum, ſed afflatum illum venenoſum, quo Eua decepta eſt.

208 Secundò ſtatuit ex S. Thom. 1. 2. quæſt. 71. artic. 1. ad 3. *vitium eſſe habitualem malitiam, unde ſemper prouenit ex actibus, & ſic, dicere Virginem caruiſſe omni vitio omnimodè, idem eſt, ac negare actuale peccatum in B. Virgine; & ſic explicatur Antiocus Abbas. Dicere etiam, quod caret omni reprehenſione, eſt idem ac dicere, caruiſſe omni peccato actuali, quia reprehenſio ſolum ad peccatum actuale ſequitur, & ſic explicatur Germanus Patriarcha: quapropter, dicere ſolent Theologi; quod pueri qui ſunt in limbo comparebũt in iudicio, & ſubibunt iudicium, non quidem condemnationis, neque reprehenſionis, ſed diſcuſſionis, & ſeparationis à prædeſtinatis.*

209 Hæc ſecunda regula, etiam eſt æquiuoca, & malè applicata authoritatibus, quas explicare intendit. Primum patet, nam eſto vitium ſignificet habitum ſcholaſticè loquendo, tamen apud SS. PP. non ſemel ſignificat culpam actualem, ſiue venia-

nia-

Digitized by Google

nialem, ſiue mortalem, imò; quamuis maculam, aut defectum. Vnde Auguſtinus citatus à S. Thoma dict. artic. 1. dicit lib. 3. de lib. arbitr. cap. 14. *quod perfectioni naturæ deeſſe perſpexeris, id voca vitium.* Vnde cum SS. PP. dicunt, caruiſſe vitio, & ſimiliter quandò dicunt caruiſſe reprehenſione, intelligunt Virginem caruiſſe omni defectu. Quod autem reprehenſio non ſemper ſupponat culpam actualem, ſed aliquem defectum, animaduerſione dignum, colligi poteſt ex illo Pauli ad Galat. 2. *reſtiti ei in faciem, quia reprehenſibilis erat*, & tamen Petrum, cui reſtiterat Paulus, in illo facto, de quo reprehendebatur, aſſerunt multi PP. nullam comiſiſſe culpam, ſed tantum aliquem defectum paſſum fuiſſe, licet inculpabilem. Secundum probatur, quia verba Germani Conſtantinopolitani ſunt: *Mariam nulli penitus culpæ fuiſſe affinem*, non dicit vitio, neque reprehenſione caruiſſe: nomine autem culpæ, comprehendi originale peccatum, nec ipſe Arpalegus inficiatur, qui ſæpius ipſum culpam vocat; ergo non ſoluitur authoritas Germani hac regula, ſed diſſoluitur Arpalegi machinatio, quia nulli culpæ penitus eſſe affinem, non eſt verum, ſi Virgo affinis eſt culpæ originali. Ad illud quod addit de pueris, facilè reſpondetur, ex dictis, ſanctos non eximere illos à iudicio reprehenſionis, & condemnationis, ex eo quod, nunquam reprehenſio cadat, niſi in peccatum actuale; ſed quia reprehenſio, & condẽnatio, ſolet aliquã pœna afficere, quã pueri carere debent. Et propter hoc etiam aſſerunt non pauci DD. pueros nullo modo comparituros in iudicio.

10 Supponit tertiò, *ſtare optimè, dici aliquem liberum, & fuiſſe ante captiuum, & ſic Philo compoſuit librum, quod omnis probus eſt liber, hoc ipſo, quod tranſeat de malitia ad probitatem, & ad Roman. 6. dicitur, cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ, & Matth. 17. tàm de Chriſto, quàm de Petro: ergo liberi ſunt filij, quia ex quo Petrus acceſſit ad Apoſtolatum, liber factus eſt à tributo, vt notat ibi Maldonatus: ac proindè, authoritates S. Brunonis, Concilij Francoſordicnſis, & Timothei Hieroſolymitani, qui dicunt, Virginem fuiſſe omnino liberam à ſeruitute, & culpa, non excludunt ex vi horum verborum, quod fuerit ante captiua.*

11 Hæc etiam regula, ſeu ſuppoſitio æquiuoca eſt, & non rectè applicata. Primum probatur, nã quod hæc vox, *libera*, non ſolum ſignificet libertatem poſt captiuerium, ſed libertatem ante captiuitatem, ex citato textu Matth. conſtat apertè, quia ibi ex Arpalego, tàm de Petro, quàm de Chriſto dicitur: *ergo filij tui ſunt liberi*, quod verificatur in Petro de libertate poſt obligationem ſoluendi tributum, in Chriſto verò non poteſt hunc ſenſum admittere, vt per ſe patet. Et apud Iuriſconſultos, liber potius dicitur, qui nunquam amiſit libertatem, nam qui eam amiſit, & libertati reſtitutus eſt, liberus dicitur. Sic etiam B. Virgo appellatur à S. Thoma libera à peccato actuali, quod nunquam contraxiſſe declaratum eſt, & Paulus ad Galat. 5. *non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ*, ideſt Eccleſiæ, quę nunquam captiua fuit; quod mille alijs locis poterat comprobari. Probatur etiam malè applicari regulam iſtã: cum quia, cum hæc particula, *libera*, poſſit vtramque

que libertatem ſignificare, ex contextu Sanctorum diſcernendum eſt, cui libertati debeat adaptari: at ſic eſt, quod ex textu S. Brunonis, potius colligitur libertas præſeruatiua: ergo malè applicatur prædicta regula. Minor probatur verbis Brunonis in illud Pſalm. 101. *Dominus de cœlo in terram aſpexit*, vbi inquit: *hæc eſt incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni prætera contagione peccati libera.* Illud enim, *ab omni contagione*, ſignificat, omnem contagionem euaſiſſe, qui autem à culpa, vel pœna contracta liberatur, non poteſt dici, omnem contagionem euaſiſſe. Tùm etiam, quia Concilium Francofordienſe, non dicit, Virginem eſſe liberam, *ſed immaculatam, prorſuſque puram, Chriſtumque de meliori terra, etiam animata, & immaculata, quàm Adam, hominem factum eſſe*, quod non verificatur, ſi aliquãdo fuit polluta, non enim eſſet magis immaculata, quàm terra, ex qua Adam fuit formatus. Vnde Petrus Damianus dixit ſerm. de Aſſumpt. *Caro Virginis ex Adam ſumpta, maculas Adæ non admiſit*: ergo dicitur magis immaculata, quam caro Adæ, & terra, ex qua Adam eſt formatus, quia maculis peccati originalis, quæ ſunt propriæ maculæ Adæ, non fuit infecta: ergo malè explicatur per hanc regulã Concilium Francofordienſe.

212 Vbi appoſitè addenda ſunt verba ſextæ Synodi, quibus euidenter probatur Chriſtum Dominum carnem ſumpſiſſe, non de ea, quæ in Adam fuerat corrupta, ſed quæ ante peccatum erat immaculata: verba ſunt iſta: *Quia profectò à diuinitate aſſumpta eſt natura noſtra, non culpa illa* (alij legunt *in illa*)

10 Supponit tertiò, *ſtare optimè, dici aliquem liberum, & fuiſſe ante captiuum, & ſic Philo compoſuit librum, quod omnis probus eſt liber, hoc ipſo, quod tranſeat de malitia ad probitatem, & ad Roman. 6. dicitur, cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ, & Matth. 17. tàm de Chriſto, quàm de Petro: ergo liberi ſunt filij, quia ex quo Petrus acceſſit ad Apoſtolatum, liber factus eſt à tributo, vt notat ibi Maldonatus: ac proindè, authoritates S. Brunonis, Concilij Francofordienſis, & Timothei Hieroſolymitani, qui dicunt, Virginem fuiße omnino liberam à ſeruitute, & culpa, non excludunt ex vi horum verborum, quod fuerit ante captiua.*

11 Hæc etiam regula, ſeu ſuppoſitio æquiuoca eſt, & non rectè applicata: Primum probatur, nã quod hæc vox, *libera*, non ſolum ſignificet libertatem poſt captiuerium, ſed libertatem ante captiuitatem, ex citato textu Matth. conſtat apertè, quia ibi ex Arpalego, tàm de Petro, quàm de Chriſto dicitur: *ergo filij tui ſunt liberi*, quod verificatur in Petro de libertate poſt obligationem ſoluendi tributum, in Chriſto verò non poteſt hunc ſenſum admittere, vt per ſe patet. Et apud Iuriſconſultos, liber potius dicitur, qui nunquam amiſit libertatem, nam qui eam amiſit, & libertati reſtitutus eſt, liberus dicitur. Sic etiam B. Virgo appellatur à S. Thoma, libera à peccato actuali, quod nunquam contraxiſſe declaratum eſt, & Paulus ad Galat. 5. *non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ*, ideſt Eccleſiæ, quę nunquam captiua fuit; quod mille alijs locis poterat comprobari. Probatur etiam malè applicari regulam iſtã: tum quia, cum hæc particula, *libera*, poſſit vtram-

que

Digitized by Google

que libertatem ſignificare, ex contextu Sanctorum diſcernendum eſt, cui libertati debeat adaptari: at ſic eſt, quod ex textu S. Brunonis, potius colligitur libertas præſeruatiua: ergo malè applicatur prædicta regula. Minor probatur verbis Brunonis in illud Pſalm. 101. *Dominus de cœlo in terram aſpexit*, vbi inquit: *hac eſt incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus, ab omni pratera contagione peccati libera*. Illud enim, *ab omni contagione*, ſignificat, omnem contagionem euaſiſſe, qui autem à culpa, vel pœna contracta liberatur, non poteſt dici, omnem contagionem euaſiſſe. Tùm etiam, quia Concilium Francofordienſe, non dicit, Virginem eſſe liberam, *ſed immaculatam, prorſuſque puram, Chriſtumque de meliori terra, etiam animata, & immaculata, quàm Adam, hominem factum eſſe*, quod non verificatur, ſi aliquãdo fuit polluta, non enim eſſet magis immaculata, quàm terra, ex qua Adam fuit formatus. Vnde Petrus Damianus dixit ſerm. de Aſſumpt. *Caro Virginis ex Adam ſumpta, maculas Adæ non admiſit*: ergo dicitur magis immaculata, quam caro Adæ, & terra, ex qua Adam eſt formatus, quia maculis peccati originalis, quæ ſunt propriæ maculæ Adæ, non fuit infecta: ergo malè explicatur per hanc regulã Concilium Francofordienſe.

212 Vbi appoſitè addenda ſunt verba ſextæ Synodi, quibus euidenter probatur Chriſtum Dominum carnem ſumpſiſſe, non de ea, quæ in Adam fuerat corrupta, ſed quæ ante peccatum erat immaculata: verba ſunt iſta: *Quia profectò à diuinitate aſſumpta eſt natura noſtra, non culpa illa* (alij legunt *in illa*)

illa) profectò, quæ ante peccatum creata eſt, non quæ poſt prauaricationem vitiata: Et infra; *de ſancta, & imma culata Virgine, nullum experiens contagium vitiatæ natura*; ergo caro Virginis, ex qua Chriſtus carnem ſumpſit, non fuit per præuaricationem Adami vitiata: aliàs Chriſtus expertus eſſet aliquo modo cõtagium vitiatæ naturæ. Inueniuntur hæc verba in 6. Synodo, act. 12. in reſcripto Honorij Papæ.

213 Quartò ſtatuit, *quod licet, ſi B. Virgo fuiſſet miraculoſè procreata, ſine commixtione viri, & fœminæ, abſque dubio nullũ peccatũ originale contraxiſſet, vt docet S. Thom. 1. 2. quæſt. 81. artic. 4. tamen in rei veritate, miraculum non ſtetit in hoc, ſed quia ex ſterilibus parentibus nata eſt, ſicut Iſac, & Baptiſta, ac proindè, ex hoc miraculo non poteſt deduci efficaciter, quod fuerit concepta ſine peccato originali, & ideò nouiſſimè expurgantur verba Peza dicentis, Mariam non potuiſſe contrahere peccatum originale, nec debitum illius, etiamſi deſcenderet ab Adam per ſeminalem propagationem, ex eo quod in Conceptione illius interuenit miraculũ formationis, & organizationis. Et iuſtiſſimè quidẽ, nam & Pelagius, & Iulianus, ex eo dicebant, paruulos non contraxiſſe peccatum originale, quia opus nuptiarũ erat bonũ, & quia Deus formauerat paruulos, iuxta illud Iob, manus tuæ Domine fecerunt me, & pſalmauerunt me, quibus paſſim reſpondet Auguſtinus in lib. contra Pelagiũ, & contra Iulianũ, neque ex opere Dei, neque ex honeſto opere nuptiarũ, traduci peccatũ, ſed ex praua concupiſcentia, quæ eſt pœnalitas ſubſequuta ad peccatũ, vnde ex eo quod Proclus, & alij PP. dicant, Deum ſpecialiter edificaſſe B. Virginẽ, tanquã organũ, & tabernaculũ, & thalamũ nup-*

nuptiale, & quod non inquinauit ſe in tali formatione, non ſequitur B. Virginē genitā ex concupiſcentia parentum, non contraxiſſe peccatū originale, ſicut nec ex quo Deus pſalmauerit corpora aliorum paruulorum, etiā miraculosè, vt contingit in Iſac, & Ioanne Baptiſta, non benè inferebant Pelagiani, fuiſſe immunes à tali peccato. Nam licet Poza dicat, non interueniſſe concupiſcentiā in concubitu parentū B. Mariæ, hoc inauditū eſt, nē dicā temerariū, & abſque vllo fundamento dictum.

214 Hæc poſitio Arpalegi, multa continet, quę breuiter præſtringam, & confringam. Et quidem quantum attinet ad illationem Pozæ, nolo contendere, & concedo non ſufficere illud miraculum naſcendi ex ſterili, ad inducendam non contractionem peccati originalis: ſed tamen exiſtimo, non eſſe Pozam expurgatum, ex eo quod dixerit, interueniſſe miraculum formationis, & organizationis: nā multi DD. id aſſerunt, & non expurgantur, ſed quia vel dixit factum eſſe in eodem inſtanti, vel quia in hoc æquiparauit Virginem cum Chriſto. Deinde exiſtimo, non eſſe inauditum, & ſine fundamento, dicere non interueniſſe concupiſcentiam in concubitu parentum Virginis, quia hoc colligitur, ex verbis Damaſceni, & expreſsè aſſerunt multi DD. & tandem S. Brigitta in ſuis reuelationibus, quorum verba damus Angeli verba ad Ioachim ex fide dignis Auctoribus citatis à Lezana ſuppreſſo nomine. *Deus clauſit ad tempus vterum vxoris tuæ Annæ, vt non libidinis foret quod naſceretur, ſed diuini eſſe muneris noſceretur*. S. Brigitta: *Ioachimus, & Anna ex charitate diuina, & ex verbo Angeli conuenerunt carne, non*

ex

ex concupiſcentia aliqua voluptatis, ſed contra ſuam voluptatem, ex diuina dilectione, & ſic ex ſemine eorum per diuinam charitatem, caro mea compaginata eſt, lib. 1. reuelat. cap. 9. eadem relata à Caniſio lib. 1. cap. 7. *Cum parentes Virginis intellexiſſent, filiã ſibi fore Virginem, ex qua mundi ſalus procederet, nihil minus ipſis libuiſſe, quàm ad carnis redire commercium, quandoquidem in illa ætate, carnis voluptati, ac libidini nuntium penitus remiſiſſent. Verum eoſdem, Angeli admonitione, ac Dei potius, quam carnis voluptate illa per motos, & diuina dumtaxat obedientiæ ratione habita, coniugali officio ſatisfeciſſe.* Obmurmuret nunc, ſi audeat Arpalegus, temeritatis ſententiam iſtam tali ſuffultam patrocinio.

215 Vnde ratio Auguſtini contra Pelagium, & Iulianum, pro noſtra ſententia eſt, & in fauorẽ Potæ. Ex quo apparet differentia inter conceptionem Virginis, & Ioannis Baptiſtæ, ac Ieremiæ, quia in iſtis conceptio non fuit ſine concupiſcentia, neque interuenit miraculum formationis, & organizationis anticipatæ, licet non fuerit in primo inſtanti coagmentationis fœtus. Cumque tota ratio Auguſtini, & Thomæ, de contractione peccati originalis, ſiſtat in hoc, quod deſcendimus ex Adamo per ſeminalem generationem, ex praua concupiſcentia: ſequitur quod deficiente iſta in conceptione Virginis, deficit ratio contractionis peccati. Tandem obſeruo non benè applicari regulam iſtam authoritatibus PP. aſſerentium, Deum ſpecialiter ædificaſſe B. Virginem, nam ex illo, *ſpecialiter*, nos non inferimus immunitatem Virginis, eo quod velimus, il-

lud

tud ſpecialiter ſignificare ſpeciale miraculum, ſed tantum ſignificare ſpeciale priuilegium, quia aliàs non diceretur Virgo ſpecialiter præparata in Matrem, niſi ſpeciale hoc priuilegium illi conceſſum eſſet, etiam ſuppoſita concupiſcentia parentum, nã vt ait S. Thom. 3. part. quæſt. 27. artic. 1. *Rationabiliter creditur, quod ea, quæ genuit vnigenitum à Patre, plenum gratia, & veritatis, præ omnibus alijs, maiora dona gratiæ, & priuilegia accepit.*

216 Ex quo fit, minus benè applicari regulam iſtam ad verba Sanctorum dicentium, Chriſtum ſe non inquinaſſe in formatione Mariæ, ad hoc enim non requiritur miraculum diſtinctum ab ipſa præſeruatione, ex quo inferatur præſeruatio, ſed infertur Virginem debuiſſe concipi, ſine inquinatione peccati originalis, ne ſequatur, Chriſtum aliquo modo ſe inquinaſſe in eius formatione; cui conſiderationi concinit dictum illud Auguſtini de quo poſtea nu. 241. ex lib. de quinque hæreſibus, *ſi potuit inquinari Manichae, cum ipſam facerem, potui, & ego inquinari cum ex ea naſcerer*. Quod etiam confirmari poteſt, ex illo Leuitici: *Super patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur*, quæ verba non potuiſſe verificari in ſummo Sacerdote legis, ſed in ſummo Sacerdote Chriſto, qui de Patre ſanctiſſimo ſecundum æternã generationem, & de puriſſima, & mundiſſima matre ſecundum temporalem natus eſt, docent non pauci Interpretes: quod ſi dicat aliquis, ibi eſſe ſermonem de integritate virginali, dicique Chriſtum non inquinatum, quia ex Virgine natus eſt: benè, ſed non eſt dicendum, minus inquinandum filium,

ex concupiſcentia aliqua voluptatis, ſed contra ſuam voluptatem, ex diuina dilectione, & ſic ex ſemine eorum per diuinam charitatem, caro mea compaginata eſt, lib. 1. reuelat. cap. 9. eadem relata à Caniſio lib. 1. cap. 7. *Cum partenes Virginis intellexiſſent, filiā ſibi fore Virginem, ex qua mundi ſalus procederet, nihil minus ipſis libuiſſe, quàm ad carnis redire commercium, quandoquidem in illa ætate, carnis voluptati, ac libidini nuntium penitus remiſiſſent. Verum eoſdem, Angeli admonitione, ac Dei potius, quam carnis voluptate illa per motos, & diuina dumtaxat obedientia ratione habita, coniugali officio ſatisfeciſſe*. Obmurmuret nunc, ſi audeat Arpalegus, temeritatis ſententiam iſtam tali ſuffultam patrocinio.

215 Vnde ratio Auguſtini contra Pelagium, & Iulianum, pro noſtra ſententia eſt, & in fauorē Porzæ. Ex quo apparet differentia inter conceptionem Virginis, & Ioannis Baptiſtæ, ac Ieremiæ, quia in iſtis conceptio non fuit ſine concupiſcentia, neque interuenit miraculum formationis, & organizationis anticipatæ, licet non fuerit in primo inſtanti coagmentationis fœtus. Cumque tota ratio Auguſtini, & Thomæ, de contractione peccati originalis, ſiſtat in hoc, quod deſcendimus ex Adamo per ſeminalem generationem, ex praua concupiſcentia: ſequitur quod deficiente iſta in conceptione Virginis, deficit ratio contractionis peccati. Tandem obſeruo non benè applicari regulam iſtam authoritatibus PP. aſſerentium, Deum ſpecialiter ædificaſſe B. Virginem, nam ex illo, *ſpecialiter*, nos non inferimus immunitatem Virginis, eo quod velimus, il-
lud

Digitized by Google

Ind ſpecialiter ſignificare ſpeciale miraculum, ſed tantum ſignificare ſpeciale priuilegium, quia aliàs non diceretur Virgo ſpecialiter præparata in Matrem, niſi ſpeciale hoc priuilegium illi conceſſum eſſet, etiam ſuppoſita concupiſcentia parentum, nã vt ait S. Thom. 3. part. quæſt. 27. artic. 1. *Rationabiliter creditur, quod ea, quæ genuit vnigenitum à Patre, plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus alÿs, maiora dona gratiæ, & priuilegia accepit.*

216 Ex quo fit, minus benè applicari regulam iſtam ad verba Sanctorum dicentium, Chriſtum ſe non inquinaſſe in formatione Mariæ, ad hoc enim non requiritur miraculum diſtinctum ab ipſa præſeruatione, ex quo inferatur præſeruatio, ſed infertur Virginem debuiſſe concipi, ſine inquinatione peccati originalis, ne ſequatur, Chriſtum aliquo modo ſe inquinaſſe in eius formatione: cui conſiderationi concinit dictum illud Auguſtini de quo poſtea nu. 241. ex lib. de quinque hæreſibus, *ſi potuit inquinari Manichæe, cum ipſam facerem, potui, & ego inquinari cum ex ea naſcerer.* Quod etiam confirmari poteſt, ex illo Leuitici: *Super patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur*, quæ verba non potuiſſe verificari in ſummo Sacerdote legis, ſed in ſummo Sacerdote Chriſto, qui de Patre ſanctiſſimo ſecundum æternã generationem, & de puriſſima, & mundiſſima matre ſecundum temporalem natus eſt, docent non pauci Interpretes: quod ſi dicat aliquis, ibi eſſe ſermonem de integritate virginali, dicique Chriſtum non inquinatum, quia ex Virgine natus eſt: benè, ſed non eſt dicendum, minus inquinandum filium,

Digitized by Google

ex eo quod naſceretur de matre non virgine, quàm ex eo quod naſceretur ex matre peccato originali contaminata: ergo in ſuo robore remanent authoritates ſanctorum aſſerentium, Chriſtum non ſe inquinaſſe in formatione Virginis, & illatio ex illis ad non inquinationem Virginis, etiam ſuppoſito quod nō interuenerit miraculum in eius formatione, bona eſt.

217 Quintò obſeruat, *omnem iuſtum abſolutè dici immaculatam, vt ex illo: Beati immaculati*, & ad Epheſ. 1. *Eligit nos, vt eſſemus ſancti, & immaculati.* & Cantic. 4. *Tota pulchra es amica mea, quod verificatur de anima iuſti, etiamſi ſepties cadat in die: ergo ex quo dicatur de B. Virgine, eſſe immaculatã, non ſequitur caruiſſe contractione peccati originalis. Tùm ex quo dicatur, mente, & corpore virgo, ſolum ſequitur, quod habuerit formalem virtutem virginitatis, cuius formale eſt in anima, vt dicit S. Thom. materiale verò in corpore, & S. Hieron. in cap. 27. Iſaiæ, & cap. 5. in Amos, dicit, Virginitatẽ mentis eſſe fidem: ergo ex quo dicatur B. Virgo impolluta, intemerata, mente, & corpore Virgo, ſolum ſequitur, quod adhibuerit fidem dictis Angeli, quod nec mente, nec corpore, amiſerit virtutem virginitatis, ex quibus poſſunt exponi authoritates ex Ansberto, Baſilio, Georgio Nicomedienſi.*

218 Hæc obſeruatio etiam patitur eundem defectum æquiuocationis, nam illa particula, *immaculata*, dubitari non poteſt iuxta ſententiam Arpalegi, non ſolum ſignificare mundationem à macula admiſſa, ſed etiam nunquam maculam admiſiſſe, aliàs cur niſibus totis procurarent aduerſarij, vt titulus

tulus immaculatæ, non coniungeretur cum conceptione, nec diceretur conceptio immaculata; intelligunt ergo immaculatam iunctum conceptioni ſignificare conceptionem nunquam fuiſſe maculatã, vt latè probant Armamentarium Seraphicum, & D. Antonius Calderon in ſuis tractatibus cõtra Libellatores. Vndè malè applicatur regula authoritatibus ſanctorum, quia ex antecedentibus, & conſequentibus, cum quibus coniungitur verbum, *immaculata*, debet inferri, quam immaculationem ſignificat: an eam, quæ non contractionem dicit, an quæ ſolam mundationem: ſignificare autem primã, colligitur ex verbis illis Photij Patriarchę Conſtantinopolitani, in Epiſt. de ſeptem Synodis ad Principem Bulgariæ, vbi aſſerit in tertia Synodo, quæ fuit Epheſina declaratum eſſe: *Dei Genitricem eſſe appellandam immaculatam*; eſſe autem immaculatam, quatenus ſignificat mundationem à macula, non indigebat declaratione. Et ſimiliter cum dicitur Virgo intemerata, incorrupta, intelligitur de incorruptione præſeruatiua, niſi aliud inferatur ex antecedentibus, & conſequentibus textuum Sanctorum. Tùm etiam applicatur malè regula verbis Baſilij, qui non dixit Virginem eſſe immaculatam, *ſed nihil cum puritate Mariæ comparandum, carnem virginis ex ſanctitate compactam, dignam eſſe vt Deo vniretur*: quæ verba non ex verbo, immaculatæ, Conceptionem immaculatam probant, ſed ex eo, quod caro ſit ex ſanctitate compacta, & quod nihil purius inueniatur, vnde non infringuntur ex regula Arpalegi.

219 Sextò, notat ex Bonauentura 3. part. Breuiloquij, cap. 7. *B. Mariam ex obumbratione Spiritus ſancti, perfectiſſimè fuiſſe purgatã à reliquijs peccati originalis, & ideò perfectè dici liberam, integram, & mundatam ab omni labe relicta ab originali peccato. Ex quibus verbis, inquit, reduci poſſunt in concordiam ſentẽtia affirmatiua, Nazianzenus, & alij dicentes, Virginẽ fuiſſe liberam à peccato, & ſine labe, quia intelligendi ſunt. iuxta mentem Bonauenturæ.*

220 Hæc notatio, iam ex ſuperioribus manet impugnata, nam præterquam, quod mens Bonauenturæ non poteſt eſſe, quam ei imponit Arpalegus, cum apertè docuerit noſtram ſententiam, vt probabitur ſuo loco, iam vidimus ſupra nu. 88. SS. PP. cum dicunt in ſuperuentione Spiritus ſancti, Virgini fuiſſe collatas ſpeciales gratias, non ſolum intelligi de gratijs tunc ei exhibitis, ſed de omnibus priuilegijs ei conceſſis ab inſtanti ſuæ conceptionis. Vnde obſeruauit Albertus Magnus, Lucæ 1. in ſalutatione angelica, abſtinuiſſe Angelum à nomine Mariæ, quia nominis myſteria explicanda reſeruauit, poſtquam Spiritus ſanctus in eam ſuperueniſſet.

221 Septimò obſeruat, *quod ex quo Dionyſius Alexandrinus dixerit, B. Virginem incorruptam ſeruatam à Deo, à capite, vſque ad calcem benedictam, non ſequitur caruiſſe peccato originali: nam 2. Reg. 14. dicitur de Abſalom. Porrò ſicut Abſalon, vir non erat pulcher in omni Iſrael, & decorus nimis: à veſtigio pedis, vſque ad verticem, non erat in eo vlla macula, & tamen aliquæ eius partes dicebantur turpes, & recens natus ſãguinarias maculas habuit: ergo identidem poſſunt verificari*

Digitized by Google

cari verba Dionyſij. Indignum iudicare poterat cõparare Virginis pulchritudinem, pulchritudini Abſalonis reprobi, & indignum videtur huic obſeruationi reſpondere, cum ex illas qualiter probari poſſet, Virginem commiſiſſe non ſolum venialia, ſed etiam mortalia peccata, ſicut Abſalon, quod impiũ eſt aſſerere: ergo reſpuenda eſt obſeruatio, & comparatio. Quod ſi ea vti liceat, confirmat noſtram ſententiam; nam Abſalon dicitur pulcher pulchritudine corporali à veſtigio pedis, vſque ad verticẽ, nec eſſe in eo maculam, quod quidem non ſignificat fuiſſe ab aliqua macula mundatum, ſed non habuiſſe maculam in corpore. Mitto quod dicit de partibus turpibus, quia turpe eſt de illis loqui, licet poſſemus etiam pulchritudinem ex illis corpori adſcribi, ex Auguſtino probare, qui lib. 5. contra Iulianum, cap. 9. hæc habet: *Sicut bonum eſt benè vti malis, ita honeſtum eſt, benè vti inhoneſtis, vnde ea ipſa membra, non propter diuini operis pulchritudinem, ſed propter libidinis fœditatem inhoneſta dixit Apoſtolus*; ergo cum dicitur de Virgine, quod ſit ſeruata incorrupta à capite, vſque ad calcem, nec fuerit in ea macula, non dicitur habuiſſe aliquam culpam in anima, à qua fuerit mundata, ſed nunquam fuiſſe culpa maculatam. Vnde Auguſtin. ſerm. 1. de Natiuit. Virginis: *Quis vnquam in Virginis corpore, aut anima locus potuit inueniri peccato, quæ inſtar Tabernaculi eſt effecta.*

222 Tandem obſeruat, *quod Eua non fuit cauſa peccati per ſe, & formaliter, quia Adamo non peccante, peccatum originale non deriuaretur ad poſteros, ex San.*

Thom.

Thom. 1. 2. quæſt. 81. artic. 5. vnde peccatum Euæ fuit tantum peccatum actuale. Similiter Angelos non fuiſſe capaces peccati originalis, quia non multiplicantur per propagationem ſeminalem. Ex quo ergo aliqui SS. Patres dicant, B. Mariam reſtaurare, quod perdidit Eua, & quod gratia eius eſt ſimilis gratiæ Angelorum, ſolum ſequitur, quod pepererit Chriſtum, quo ſciſſum eſt peccati originalis chirographum, vel quod non peccauerit actualiter, non autem quod non contraxerit originale.

223 Hæc obſeruatio confutatur in primis, nam licet vera ſit doctrina illa, quam tradit S. Thom. & cum eo omnes Theologi, quod Adamo uon peccãte, etiam peccante Eua, non transfunderetur peccatum, tamen negari non poteſt, Euam fuiſſe cauſam peccati Adami, & ab ea incepiſſe perditionem noſtram, qua tanquam medio, vſus eſt diabolus ad peruertendum Adam, ſic Auguſtin lib. 1. contra Iulianum, cap. 7. ex Ambroſio: *Dicit* (ſuplè Ambroſius) *diabolum fæneratorem, à quo Eua maculata, obnoxiæ ſucceſſionis vſuris, omne genus defæneraauit humanum. Dicit à Diabolo Euam deceptam, vt ſupplantaret virum, obligaret hæreditatem.* Vnde Virginem recuperare, quod Eua perdidit, non ſolum ſignificat, peperiſſe Chriſtum, ſed habuiſſe gratiam illam, quã perdidit Adam, ſuadente Eua. Vnde idem Auguſtinus ſerm. de Natali Domini, ait: *Cum dixit Angelus, Aue gratia plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictionis gratiam fuiſſe reſtitutam*: ergo cum Virgini attribuitur reparatio gratiæ, quam Eua perdidit, attribuitur ipſi eſſe collatam illam gratiam originalem, cuius perditionis

Eua

Digitized by Google

Eua cauſa fuit. Deindè vt ſuperius vidimus n. 95. in illis verbis, *inueniſti gratiam*, imbibitur inueniſſe gratiam originalem, quam perdidit Eua, quia fuit cauſa perditionis eius modo dicto; nam cæteræ gratiæ, originali excepta, iam ab alijs inuentæ erant. Quod autem dicit de Angelis, etiam eſt certũ, quatenus aſſerit, illos incapaces peccati originalis, ex eo tamen nõ benè infert, quod ex quo dicatur gratia Virginis ſimilis gratiæ Angelorum, non colligi fuiſſe immunem à culpa originali, ſed tãtum actuali, nam licet Virgo commiſiſſet peccatum actuale, ſaltem veniale, poſſet dici eius gratia ſimilis gratiæ Angelorum, ſiquidem Angeli, etiam ſecundum doctrinam S. Thomæ, erant incapaces peccati venialis; ſicut de Adamo in ſtatu innocentiæ, aſſerũt communiter Thomiſtæ: ergo ſi ex eo quod Angeli erant incapaces peccati originalis, nõ ſequitur Virginem fuiſſe ab illo immunem, licet habuerit gratiam ſimilem Angelis, ita non ſequitur fuiſſe immunem ab actuali veniali. Dicitur ergo à SS. PP. gratiam Virginis, fuiſſe gratiam ſimilem Angelis, quia ſicut Angeli fuerunt in gratia creati, ita ſimiliter fuit Virgo in gratia concepta. Nec video, in quo alio poſſit aſſimilari gratia Virginis, gratiæ Angelorum: nam quantum ad intenſionem, ſuperauit Virgo Angelos; quantum ad ſpeciem, non ſolùm Virgo, ſed omnes iuſti comparantur Angelis: quantũ ad puritatem virginalem, omnes Virgines: vt colligitur ex illo Apocalip. 19. vbi Angelus dixit Ioãni tentanti illũ adorare, *conſeruus tuus ſum*. Et Chriſtus de omnibus virginibus dixit, *erunt ſicut Angeli Dei*,

Dei. ergò comparantur in ordine ad modum recipiendi gratiam in ſui productione. Et hoc eſt quod videtur inſinuare Hieron. dicens, *quod ſcilicet illi fuerunt firmati, ne caderent, ita & Maria.*

224 His omnibus addit Arpalegus num. 4. *quod quando Damaſcenus dixit: O beatos Ioachim lumbos, per quos fluxit ſemen immaculatum, locutus eſt tropicè, & figuratiuè: nam ſicut dicebatur arbor ſcientiæ, vel vitæ, abſque eo, quod in ſe haberet ſcientiam, vel vitam, imò etiamſi haberet repugnantiam, ex quo hunc effectũ præſtabat, ſic ſimiliter, illud ſemen dictum eſt immaculatũ, ex eo quod genita eſt ex eo immaculatiſſima Virgo Maria, ac proindè, cum aliàs habeat Damaſcenus plures authoritates in fauorem ſententiæ affirmatiuæ, quas Bandellus, & Magiſter Herrera recitarunt, ex hoc loco non poteſt deduci, quod apertè patrocinetur ſententiæ negatiuæ. Ac denique falſum eſt, quod Leo Imperator, & Philoſophus ſcripſerit orationem pro pura Conceptione, quamuis hoc affirmet Salaçar. Tum quia non ponitur in cathalogo operum eius, quod texuit Baronius ad ann. 911. num. 3. Tum quia licet in Martyrologio die 8. Nouembris meminerit Baronius cuiuſdam orationis de Conceptione, factæ à Leone Imperatore, quæ ſeruatur in Bibliotheca Sforciana, non tamen intitulatur de pura Conceptione, ſed tantum de Conceptione: ſicut etiam inter Græcos erat feſtum Conceptionis B. Ioannis Baptiſtæ, quam conſtat non fuiſſe puram. Tùm denique, quia Baronius in primo loco notat, ſcripta Leonis eſſe admodũ deprauata, atque ipſum in alijs aliquantulũ ſuſpectũ, ac proindè non tantæ authoritatis in re tã difficili.*

225 Huic additioni ſolum addimus, in omnibus

ſe

Digitized by Google

ſe manifeſtare ſuſpectum Arpalegum, cum omnia, quæ in fauorem ſententiæ negatiuæ afferuntur, ſuſpecta pronuntiet: Certiſſimum enim eſt, Imperatorem Leonem ſcripſiſſe orationem de pura Conceptione, quidquid ſit de titulo; nam in oratione ipſa, puram aſſerit Conceptionem: verba afferuntur à Iacobo Gretſero, & ea inueni apud Lezana, & Granado, diſp. 3. de Concept. c. 12. vbi ſic loquitur de Virgine in Homil. 7. de Annunt. *Cum adhuc in lũbis paternis contineereris, progenitor tuus clamabat: audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã. Audiſti verè, ô filia, cõmonitionẽ, & oblita es populi tui, & ſortis, & domus paterna, ſortis videlicet illius, quã Eua progenitrix toti generi diſtribuit, immenſo illo dolorum cumulo, quaſi hæreditatis vice dato: & nihil horũ in domũ tuã intuliſti, propterea dilexit te Rex, ob animæ tuæ pulchritudinem.* Illud etiã quod aſſerit de conceptione S. Ioannis Baptiſtæ non conuincit, eodem modo fuiſſe feſtum Conceptionis Mariæ in Martyrologio, nam vt rectè probant D. Antonius Calderon, & Armamentarium, potiùs ex eo colligitur Virginis conceptionem fuiſſe puram, quia à Menologio ablatum eſt iam feſtum natiuitatis S. Ioannis ſub nomine conceptionis, ex quo declaratum eſt nomen conceptionis ſignificare infuſionem animæ, & feſtum ſub nomine conceptionis ſignificare eam ſanctam pro eo inſtanti: ergo cum conceptio B. Mariæ celebretur, vt ſancta veneratur.

226 Denique ex illo quod ait de S. Ioanne Damaſceno: falſitatis Arpalegus conuincitur, nam S. Doctor nullam authoritatem habet pro ſententia

Dei. ergò comparantur in ordine ad modum recipiendi gratiam in ſui productione. Et hoc eſt quod videtur inſinuare Hieron. dicens, *quod ſcilicet illi fuerunt firmati, ne caderent, ita & Maria.*

224 His omnibus addit Arpalegus num. 4. *quod quando Damaſcenus dixit: O beatos Ioachim lumbos, per quos fluxit ſemen immaculatum, locutus eſt tropicè, & figuratiuè: nam ſicut dicebatur arbor ſcientiæ, vel vitæ, abſque eo, quod in ſe haberet ſcientiam, vel vitam, imò etiamſi haberet repugnantiam, ex quo hunc effectũ præſtabat, ſic ſimiliter, illud ſemen dictum eſt immaculatũ, ex eo quod genita eſt ex eo immaculatiſſima Virgo Maria, ac proindè, cum aliàs habeat Damaſcenus plures authoritates in fauorem ſententiæ affirmatiuæ, quas* Bandellus, *& Magiſter Herrera recitarunt, ex hoc loco non poteſt deduci, quod apertè patrocinetur ſententiæ negatiuæ. Ac denique falſum eſt, quod Leo Imperator, &* Philoſophus *ſcripſerit orationem pro pura Conceptione, quamuis hoc affirmet* Salaçar. *Tum quia non ponitur in cathalogo operum eius, quod texuit Baronius ad ann. 911. num. 3. Tum quia licet in Martyrologio die 8. Nouembris meminerit Baronius cuiuſdam orationis de Conceptione, factæ à* Leone *Imperatore, quæ ſeruatur in Bibliotheca Sforciana, non tamen intitulatur de pura Conceptione, ſed tantum de Conceptione: ſicut etiam inter Græcos erat feſtum Conceptionis B. Ioannis Baptiſtæ, quam conſtat non fuiſſe puram. Tùm denique, quia Baronius in primo loco notat, ſcripta Leonis eſſe admodũ deprauata, atque ipſum in alijs aliquantulũ ſuſpectũ, ac proindè non tantæ authoritatis in re tã difficili.*

225 Huic additioni ſolum addimus, in omnibus ſe

ſe manifeſtare ſuſpectum Arpalegum, cum omnia, quæ in fauorem ſententiæ negatiuæ afferuntur, ſuſpecta pronunciet: Certiſſimum enim eſt, Imperatorem Leonem ſcripſiſſe orationem de pura Conceptione, quidquid ſit de titulo; nam in oratione ipſa, puram aſſerit Conceptionem: verba afferuntur à Iacobo Gretſero, & ea inueni apud Lezana, & Granado, diſp. 3. de Concept. c. 12. vbi ſic loquitur de Virgine in Homil. 7. de Annunt. *Cum adhuc in lūbis paternis contin ereris, progenitor tuus clamabat: audi filia, & vide, & inclina aurē tuā. Audiſti verè, ò filia, cōmonitionē, & oblita es populi tui, & ſortis, & domus paterna, ſortis videlicet illius, quā Eua progenitrix toti generi diſtribuit, immenſo illo dolorum cumulo, quaſi hæreditatis vice dato: & nihil harū in domū tuā intuliſti, propterea dilexit te Rex, ob animæ tuæ pulchritudinem.* Illud etiā quod aſſerit de conceptione S. Ioannis Baptiſtæ non conuincit, eodem modo fuiſſe feſtum Conceptionis Mariæ in Martyrologio, nam vt rectè probant D. Antonius Calderon, & Armamentarium, potiùs ex eo colligitur Virginis conceptionem fuiſſe puram, quia à Menologio ablatum eſt iam feſtum natiuitatis S. Ioannis ſub nomine conceptionis, ex quo declaratum eſt nomen conceptionis ſignificare infuſionem animæ, & feſtum ſub nomine conceptionis ſignificare eam ſanctam pro eo inſtanti: ergo cum conceptio B. Mariæ celebretur, vt ſancta veneratur.

226 Denique ex illo quod ait de S. Ioanne Damaſceno: falſitatis Arpalegus conuincitur, nam S. Doctor nullam authoritatem habet pro ſententia

affirmatiua, ſed plures pro negatiua: & nullus ſanctus tam clarè docuit negatiuam: quid enim clarius dici potuit, quam quod dicit orat. 1. de Natiuitate, *natura gratiam anteuertere auſa non eſt, ſed tantiſper expectauit, dum gratia fructum ſuū produxiſſet*, quæ verba, tropicum eſt, dicere tropica. Vocare etiam ſemen Ioachim immaculatum, non eo modo, quo ab Arpalego intelligitur, clarum eſt, nam ibi pro ſemine, filiam ſignificauit Mariam, quæ immaculata fuit, non figuratiuè, & à contrario ſenſu, ſicut arbor ſcientiæ, ſed quia vt Damaſcenus dixit, producta eſt tanquam fructus gratiæ, & immaculata conſeruata, vt Dei ſponſa, & poteſtates, & principatus fefellit, & quæ ſecundum eundem Damaſcenum optimè dicitur, *ſanctiſſimus fœtus*: *O præclaram* (inquit ille loco citato) *Annæ vuluam, in qua, tacitis incrementis formatus eſt ſanctiſſimus fœtus*, ideſt, *ſeclußis carnis concupiſcentijs, fuit formata ſanctiſſima Virgo*. Denique idem Damaſcenus in Martyrologio ſuo, ponit diem puræ Conceptionis, & Virginem in hora mortis introducit ad filium ſic loquentem, oratione 2. de Aſſumpt. *Animā meā tibi charā accipe, quā à peccati labe puram ſeruaſti*: ergo Damaſcenus nobis authoritates pro ſententia negatiua offert non paucas, quas quidem, neque tropicum, neque figuratiuum ſenſum habere, quis non videat?

SVB

SVB ARTIC. IV.

Quænam fuerit mens Auguſtini.

227 PRocedit ad conſulenda ſingillatim SS.PP. oracula Arpalegus. In primis, tanquam rem magni momenti, vti eſt, mentē Auguſtini aperire conatur num. 1. qui tot egregia certamina ſubijt in materia de peccato originali. Primò itaque ex lib. 5. contra Iulianum, cap. 15. proponit argumentum, quo Iulianus intendebat probare, vel nullum paruulum contrahere peccatum originale, vel Chriſtum etiam contraxiſſe. Argumentum ergo Iuliani, proponitur ab Auguſtino, his verbis: *Quid eſt, quod laboras magnis argumentis, ut Chriſti caro, quia de Maria natus eſt, cuius Virginis caro, ſicut cæterorum hominū ex Adā fuerat propagata, nihil diſtat à carne peccati; ac proinde cū dixit Apoſtolus, Chriſtū fuiſſe miſſum in ſimilitudinem carnis peccati, aut nullā carnē peccati, aut ſi ſit, quia inde venit, erit etiā caro peccati.* Quod etiam habet expreſsè Auguſtinus, lib. 10. de Gen. ad litteram, cap. 18. Ad quod argumentum inquit, *non reſpondet Auguſtinus, carnē Chriſti non eſſe carnē peccati, quia caro Virginis, non erat caro peccati, qua reſponſione facilè diſſiparetur argumentū Iuliani, ſed reſpondet per ſequentia verba: Sed quid reſtat intelligere, niſi quod cū Chriſtus dicitur, ſimilitudo carnis peccati, ea carne excepta, omnē reliquā eſſe carnē peccati. Vnde quia concupiſcentia fuit caro peccati, corpus Mariæ quāuis inde venerit, eā non traiecit per corpus, quod non*

inde concepit. Id eſt caro Maria, caro peccati; quia per concupiſcentiā genita, non tamen traiecit peccatū in carnem Chriſti, quia non concepit ex concupiſcentia: ergo ſentit, quod Maria fuit in peccatis concepta. Hæc Arpalegus.

228 Pro vera intelligentia huius loci, ſupponendum eſt, intentum Iuliani, & quò tendat ſolutio Auguſtini, ex quo apparebit, quod non rectè reſpondiſſet Auguſtinus, neque diſſipaſſet argumentum Iuliani, ſed potius maiores vires illi adhibuiſſet, dicendo, carnem Virginis, non eſſe carnem peccati. Iulianus itaque contendebat, ex vi peccati Adami, nullum hominem remanſiſſe peccato obnoxium, neque potuiſſe peccatum primi parentis inficere deſcendentes ab eo per ſeminalē propagationem, neque poſſe vocari carnem peccati, ex eo preciſè quod ab Adamo originem ducerent, quod probabat à ſimili, hoc argumento: Chriſtus non potuit contrahere peccatum cum ſit de Maria natus, quæ ab Adamo, ſicut cæteri homines, per ſeminalem propagationem deſcendebat: ergo nullus homo potuit, licet deſcendebat ab Adamo, contrahere peccatum. Ad quod non reſpondet Auguſtinus, Virginem non contraxiſſe peccatum, quia reſponderet difficilè per difficiliùs: nemo enim dubitat difficiliùs eſſe, probare immunitatem Virginis à peccato, quam Chriſti, & vim præberet argumento Iuliani, quia ſi ex vno Chriſto inferebat, omnes non potuiſſe contrahere, multò magis contenderet ex duobus, ſcilicet Virgine, & Chriſto inferre illā conſequentiam. Vnde Auguſtinus ſupponit Virginem

nem eſſe carnem peccati, id eſt genitam per concupiſcentiam, & ex vi naturæ obnoxiam peccato, hoc enim propriè eſt eſſe carnem peccati, & adhuc hoc ſuppoſito, non inde inferri Chriſtum fuiſſe obnoxium peccato, quia non fuit conceptus per concupiſcentiam, & ideò Mariam licet ex concupiſcẽtia genitam, quod ſignificat Auguſtinus illis verbis, *quamuis inde venerit*, non potuiſſe traijcere in Chriſtum peccatum. Ex quo non ſequitur Auguſtinum, ſenſiſſe, Virginem fuiſſe in peccato conceptam, ſed ad ſummum fuiſſe per concupiſcentiam genitam, cum quo bene ſtare poteſt ex priuilegio, non contractio peccati, ſicut ſtare poteſt, vt fatetur idem Auguſtinus, natiuitas ſine peccato, licet hæc ex vi naturæ, habeat etiam connexionem cum generatione per concupiſcentiam.

229 Secundò, omiſſa authoritate citata à Capreolo, ex lib. 10. confeſſionum, quam dicit, ſe ibi non inueniſſe, ſed concione 2. ſup. Pſalm. 134. ad illa verba: *Ego autem cum mihi moleſti eſſent*, obijcit Auguſtinum ſic dicentem: *Vt celerius dicam, Maria ex Adam mortua eſt, propter peccatum Adæ, caro Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata. Videantur*, inquit, *antecedentia verba. Et lib. 2. de peccatorũ meritis, & remiſſione, cap. 24.* ait: *Solùm Chriſtum nullum peccatum habuiſſe vnquam, neque ſumpſiſſe carnem peccati. Videatur lib. 5. contra Iulianum cap. 15. & lib. 1. Hipognoſticon à principio, vbi de peccatrice carne ſumpſiſſe carnem aſſerit: ergo expreſſè tenet carnem B. Mariæ non fuiſſe immunem ab originali, hæc enim eſt, quam vocat carnem peccati.*

In

inde concepit. Id eſt caro Mariæ, caro peccati; quia per concupiſcentiã genita, non tamen traiecit peccatũ in carnem Chriſti, quia non concepit ex concupiſcentia: ergo ſentit, quod Maria fuit in peccatis concepta. Hæc Arpalegus.

228 Pro vera intelligentia huius loci, ſupponendum eſt, intentum Iuliani, & quò tendat ſolutio Auguſtini, ex quo apparebit, quod non rectè reſpondiſſet Auguſtinus, neque diſſipaſſet argumentum Iuliani, ſed potius maiores vires illi adhibuiſſet, dicendo, carnem Virginis, non eſſe carnem peccati. Iulianus itaque contendebat, ex vi peccati Adami, nullum hominem remanſiſſe peccato obnoxium, neque potuiſſe peccatum primi parentis inficere deſcendentes ab eo per ſeminalẽ propagationem, neque poſſe vocari carnem peccati, ex eo precisè quod ab Adamo originem ducerent, quod probabat à ſimili, hoc argumento: Chriſtus non potuit contrahere peccatum cum ſit de Maria natus, quæ ab Adamo, ſicut cæteri homines, per ſeminalem propagationem deſcendebat: ergo nullus homo potuit, licet deſcendebat ab Adamo, contrahere peccatum. Ad quod non reſpondet Auguſtinus, Virginem non contraxiſſe peccatum, quia reſponderet difficilè per difficiliùs: nemo enim dubitat difficiliùs eſſe, probare immunitatem Virginis à peccato quam Chriſti, & vim præberet argumento Iuliani, quia ſi ex vno Chriſto inferebat, omnes non potuiſſe contrahere, multò magis contenderet ex duobus, ſcilicet Virgine, & Chriſto inferre illã conſequentiam. Vnde Auguſtinus ſupponit Virginem

Digitized by Google

nem eſſe carnem peccati, id eſt genitam per concupiſcentiam, & ex vi naturæ obnoxiam peccato, hoc enim propriè eſt eſſe carnem peccati, & adhuc hoc ſuppoſito, non inde inferri Chriſtum fuiſſe obnoxium peccato, quia non fuit conceptus per concupiſcentiam, & ideò Mariam licet ex concupiſcẽtia genitam, quod ſignificat Auguſtinus illis verbis, *quamuis inde venerit*, non potuiſſe traijcere in Chriſtum peccatum. Ex quo non ſequitur Auguſtinum ſenſiſſe, Virginem fuiſſe in peccato conceptam, ſed ad ſummum fuiſſe per concupiſcentiam genitam, cum quo bene ſtare poteſt ex priuilegio, non contractio peccati, ſicut ſtare poteſt, vt fatetur idem Auguſtinus, natiuitas ſine peccato, licet hæc ex vi naturæ, habeat etiam connexionem cum generatione per concupiſcentiam.

229 Secundò, omiſſa authoritate citata à Capreolo, ex lib. 10. confeſſionum, quam dicit, ſe ibi non inueniſſe, ſed concione 2. ſup. Pſalm. 134. ad illa verba: *Ego autem cum mihi moleſti eſſent*, obijcit Auguſtinum ſic dicentem: *Vt celerius dicam, Maria ex Adam mortua eſt, propter peccatum Adæ, caro Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata. Videantur*, inquit, *antecedentia verba. Et lib. 2. de peccatorũ meritis, & remiſſione, cap. 24.* ait: *Solùm Chriſtum nullum peccatum habuiſſe vnquam, neque ſumpſiſſe carnem peccati. Videatur lib. 5. contra Iulianum cap. 15. & lib. 1. Hipognoſticon à principio, vbi de peccatrice carne ſumpſiſſe carnem aſſerit: ergo expreſsè tenet carnem B. Mariæ non fuiſſe immunem ab originali, hæc enim eſt, quam vocat carnem peccati.*

Digitized by Google

219 Sextò, notat ex Bonauentura 3. part. Breuiloquij, cap. 7. *B. Mariam ex obumbratione Spiritus ſancti, perfectiſſimè fuiſſe purgatã à reliquijs peccati originalis, & ideò perfectè dici liberam, integram, & mundatam ab omni labe relicta ab originali peccato. Ex quibus verbis, inquit, reduci poſſunt in concordiam ſentẽtiæ affirmatiuæ, Nazianzenus, & alij dicentes, Virginẽ fuiſſe liberam à peccato, & ſine labe, quia intelligendi ſunt. iuxta mentem Bonauenturæ.*

220. Hæc notatio, iam ex ſuperioribus manet impugnata, nam præterquam, quod mens Bonauenturæ non poteſt eſſe, quam ei imponit Arpalegus, cum apertè docuerit noſtram ſententiam, vt probabitur ſuo loco, iam vidimus ſupra nu. 88. SS. PP. cum dicunt in ſuperuentione Spiritus ſancti, Virgini fuiſſe collatas ſpeciales gratias, non ſolum intelligi de gratijs tunc ei exhibitis, ſed de omnibus priuilegijs ei conceſſis ab inſtanti ſuæ conceptionis. Vnde obſeruauit Albertus Magnus, Lucæ 1. in ſalutatione angelica, abſtinuiſſe Angelum à nomine Mariæ, quia nominis myſteria explicanda reſeruauit, poſtquam Spiritus ſanctus in eam ſuperueniſſet.

221 Septimò obſeruat, *quod ex quo Dionyſius Alexandrinus dixerit, B. Virginem incorruptam ſeruatam à Deo, à capite, vſque ad calcem benedictam, non ſequitur caruiſſe peccato originali: nam 2. Reg. 14. dicitur de Abſalom. Porrò ſicut Abſalon, vir non erat pulcher in omni Iſrael, & decorus nimis: à veſtigio pedis, vſque ad verticem, non erat in eo vlla macula, & tamen aliqua eius partes dicebantur turpes, & recens natus sãguinarias maculas habuit: ergo identidem poſſunt verificari*

cari

cari verba Dionyſij. Indignum iudicare poterat cõparare Virginis pulchritudinem, pulchritudini Abſalonis reprobi, & indignum videtur huic obſeruationi reſpondere, cum ex illas qualiter probari poſſet, Virginem commiſiſſe non ſolum venialia, ſed etiam mortalia peccata, ſicut Abſalon, quod impiũ eſt aſſerere: ergo reſpuenda eſt obſeruatio, & comparatio. Quod ſi ea vti liceat, confirmat noſtram ſententiam, nam Abſalon dicitur pulcher pulchritudine corporali à veſtigio pedis, vſque ad verticẽ, nec eſſe in eo maculam, quod quidem non ſignificat fuiſſe ab aliqua macula mundatum, ſed non habuiſſe maculam in corpore. Mitto quod dicit de partibus turpibus, quia turpe eſt de illis loqui, licet poſſemus etiam pulchritudinem ex illis corpori adſcribi; ex Auguſtino probare, qui lib. 5. contra Iulianum, cap. 9. hæc habet: *Sicut bonum eſt benè vti malis, ita honeſtum eſt, benè vti inhoneſtis, vnde ea ipſa membra, non propter diuini operis pulchritudinem, ſed propter libidinis fœditatem inhoneſta dixit Apoſtolus*; ergo cum dicitur de Virgine, quod ſit ſeruata incorrupta à capite, vſque ad calcem, nec fuerit in ea macula, non dicitur habuiſſe aliquam culpam in anima, à qua fuerit mundata, ſed nunquam fuiſſe culpa maculatam. Vnde Auguſtin. ſerm. 1. de Natiuit. Virginis: *Quis vnquam in Virginis corpore, aut anima locus potuit inueniri peccato, quæ inſtar Tabernaculi eſt effecta.*

222 Tandem obſeruat, *quod Eua non fuit cauſa peccati per ſe, & formaliter, quia Adamo non peccante, peccatum originale non deriuaretur ad poſteros, ex San.*

Thom. 1. 2. quæſt. 81. artic. 5. vnde peccatum Euæ fuit tantum peccatum actuale. Similiter Angelos non fuiſſe capaces peccati originalis, quia non multiplicantur per propagationem ſeminalem. Ex quo ergo aliqui SS. Patres dicant, B. Mariam reſtaurare, quod perdidit Eua, & quod gratia eius eſt ſimilis gratiæ Angelorum, ſolum ſequitur, quod pepererit Chriſtum, quo ſciſſum eſt peccati originalis chirographum, vel quod non peccauerit actualiter, non autem quod non contraxerit originale.

223 Hæc obſeruatio confutatur in primis, nam licet vera ſit doctrina illa, quam tradit S. Thom. & cum eo omnes Theologi, quod Adamo uon peccãte, etiam peccante Eua, non transfunderetur peccatum, tamen negari non poteſt, Euam fuiſſe cauſam peccati Adami, & ab ea incepiſſe perditionem noſtram; qua tanquam medio, vſus eſt diabolus ad peruertendum Adam, ſic Auguſtin. lib. 1. contra Iulianum, cap. 7. ex Ambroſio: *Dicit* (ſuplè Ambroſius) *diabolum fœneratorem, à quo Eua maculata, obnoxiæ ſucceſſionis vſuris, omne genus deſæneraüit humanum. Dicit à Diabolo Euam deceptam, vt ſupplantaret virum, obligaret hæreditatem.* Vnde Virginem recuperare, quod Eua perdidit, non ſolum ſignificat, peperiſſe Chriſtum, ſed habuiſſe gratiam illam, quã perdidit Adam, ſuadente Eua. Vnde idem Auguſtinus ſerm. de Natali Domini, ait: *Cum dixit Angelus, Aue gratia plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictionis gratiam fuiſſe reſtitutam*: ergo cum Virgini attribuitur reparatio gratiæ, quam Eua perdidit, attribuitur ipſi eſſe collatam illam gratiam originalem, cuius perditionis

Eua

Digitized by Google

Eua cauſa fuit. Deindè vt ſuperius vidimus n. 95. in illis verbis, *inueniſti gratiam*, imbibitur inueniſſe gratiam originalem, quam perdidit Eua, quia fuit cauſa perditionis eius modo dicto; nam cæteræ gratiæ, originali excepta, iam ab alijs inuentæ erant. Quod autem dicit de Angelis, etiam eſt certũ, quatenus aſſerit, illos incapaces peccati originalis, ex eo tamen nõ benè infert, quod ex quo dicatur gratia Virginis ſimilis gratiæ Angelorum, non colligi fuiſſe immunem à culpa originali, ſed tãtum actuali, nam licet Virgo commiſiſſet peccatum actuale, ſaltem veniale, poſſet dici eius gratia ſimilis gratiæ Angelorum, ſiquidem Angeli, etiam ſecundum doctrinam S. Thomæ, erant incapaces peccati venialis; ſicut de Adamo in ſtatu innocentiæ, aſſerũt communiter Thomiſtæ: ergo ſi ex eo quod Angeli erant incapaces peccati originalis, nõ ſequitur Virginem fuiſſe ab illo immunem, licet habuerit gratiam ſimilem Angelis, ita non ſequitur fuiſſe immunem ab actuali veniali. Dicitur ergo à SS. PP. gratiam Virginis, fuiſſe gratiam ſimilem Angelis, quia ſicut Angeli fuerunt in gratia creati, ita ſimiliter fuit Virgo in gratia concepta. Nec video, in quo alio poſſit aſſimilari gratia Virginis, gratiæ Angelorum: nam quantum ad intenſionem, ſuperauit Virgo Angelos; quantum ad ſpeciem, non ſolùm Virgo, ſed omnes iuſti comparantur Angelis: quantũ ad puritatem virginalem, omnes Virgines: vt colligitur ex illo Apocalip. 19. vbi Angelus dixit Ioãni tentanti illũ adorare, *conſeruus tuus ſum*. Et Chriſtus de omnibus virginibus dixit, *erunt ſicut Angeli*

Dei,

Dei. ergò comparantur in ordine ad modum recipiendi gratiam in ſui productione. Et hoc eſt quod videtur inſinuare Hieron. dicens, *quod ſcilicet illi fuerunt firmati, ne caderent, ita & Maria.*

224 His omnibus addit Arpalegus num. 4. *quod quando Damaſcenus dixit: O beatos Ioachim lumbos, per quos fluxit ſemen immaculatum, locutus eſt tropicè, & figuratiuè: nam ſicut dicebatur arbor ſcientiæ, vel vitæ, abſque eo, quod in ſe haberet ſcientiam, vel vitam, imò etiamſi haberet repugnantiam, ex quo hunc effectũ præſtabat, ſic ſimiliter, illud ſemen dictum eſt immaculatũ, ex eo quod genita eſt ex eo immaculatiſſima Virgo Maria, ac proindè, cum aliàs habeat Damaſcenus plures authoritates in fauorem ſententiæ affirmatiuæ, quas Bandellus, & Magiſter Herrera recitarunt, ex hoc loco non poteſt deduci, quod apertè patrocinetur ſententiæ negatiuæ. Ac denique falſum eſt, quod Leo Imperator, & Philoſophus ſcripſerit orationem pro pura Conceptione, quamuis hoc affirmet Salaçar. Tum quia non ponitur in cathalogo operum eius, quod texuit Baronius ad ann. 911. num. 3. Tum quia licet in Martyrologio die 8. Nouembris meminerit Baronius cuiuſdam orationis de Conceptione, factæ à Leone Imperatore, quæ ſeruatur in Bibliotheca Sforciana, non tamen intitulatur de pura Conceptione, ſed tantum de Conceptione: ſicut etiam inter Græcos erat feſtum Conceptionis B. Ioannis Baptiſtæ, quam conſtat non fuiſſe puram. Tùm denique, quia Baronius in primo loco notat, ſcripta Leonis eſſe admodũ deprauata, atque ipſum in alijs aliquantulũ ſuſpectũ, ac proindè non tantæ authoritatis in re tã difficili.*

225 Huic additioni ſolum addimus, in omnibus

ſe

ſe manifeſtare ſuſpectum Arpalegum, cum omnia, quæ in fauorem ſententiæ negatiuæ aſſeruntur, ſuſpecta pronuntiet. Certiſſimum enim eſt, Imperatorem Leonem ſcripſiſſe orationem de pura Conceptione, quidquid ſit de titulo; nam in oratione ipſa, puram aſſerit Conceptionem: verba afferuntur à Iacobo Gretſero, & ea inueni apud Lezana, & Granado, diſp. 3. de Concept. c. 12. vbi ſic loquitur de Virgine in Homil. 7. de Annunt. *Cum adhuc in lũbis paternis contincreris, progenitor tuus clamabat: audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã. Audiſti verè, ô filia, cõmonitionẽ, & oblita es populi tui, & ſortis, & domus paternæ, ſortis videlicet illius, quã Eua progenitrix toti generi diſtribuit, immenſo illo dolorum cumulo, quaſi hæreditatis vice dato: & nihil horũ in domũ tuã intuliſti, propterea dilexit te Rex, ob animæ tuæ pulchritudinem.* Illud etiã quod aſſerit de conceptione S. Ioannis Baptiſtæ non conuincit, eodem modo fuiſſe feſtum Conceptionis Mariæ in Martyrologio, nam vt rectè probant D. Antonius Calderon, & Armamentarium, potiùs ex eo colligitur Virginis conceptionem fuiſſe puram, quia à Menologio ablatum eſt iam feſtum natiuitatis S. Ioannis ſub nomine conceptionis, ex quo declaratum eſt nomen conceptionis ſignificare infuſionem animæ, & feſtum ſub nomine conceptionis ſignificare eam ſanctam pro eo inſtanti: ergo cum conceptio B. Mariæ celebretur, vt ſancta veneratur.

226 Denique ex illo quod ait de S. Ioanne Damaſceno: falſitatis Arpalegus conuincitur, nam S. Doctor nullam authoritatem habet pro ſententia

Digitized by Google

affirmatiua, ſed plures pro negatiua: & nullus ſanctus tam clarè docuit negatiuam: quid enim clarius dici potuit, quam quod dicit orat. 1. de Natiuitate, *natura gratiam anteuertere auſa non eſt, ſed tantiſper expectauit, dum gratia fructum ſuũ produxiſſet*, quæ verba, tropicum eſt, dicere tropica. Vocare etiam ſemen Ioachim immaculatum, non eo modo, quo ab Arpalego intelligitur, clarum eſt, nam ibi pro ſemine, filiam ſignificauit Mariam, quæ immaculata fuit, non figuratiuè, & à contrario ſenſu, ſicut arbor ſcientiæ, ſed quia vt Damaſcenus dixit, producta eſt tanquam fructus gratiæ, & immaculata conſeruata, vt Dei ſponſa, & poteſtates, & principatus fefellit, & quæ ſecundum eundem Damaſcenum optimè dicitur, *ſanctiſſimus fœtus*: *O præclaram* (inquit ille loco citato) *Annæ vuluam, in qua, tacitis incrementis formatus eſt ſanctiſſimus fœtus, ideſt, ſecluſis carnis concupiſcentijs, fuit formata ſanctiſſima Virgo.* Denique idem Damaſcenus in Martyrologio ſuo, ponit diem puræ Conceptionis, & Virginem in hora mortis introducit ad filium ſic loquentem, oratione 2. de Aſſumpt. *Animã meã tibi charã accipe, quã à peccati labe puram ſeruaſti*: ergo Damaſcenus nobis authoritates pro ſententia negatiua offert non paucas, quas quidem,
neque tropicum, neque figura-
tiuum ſenſum habere,
quis non vi-
deat?

Digitized by Google

SVB ARTIC. IV.

Quanam fuerit mens Auguſtini.

227 PRocedit ad conſulenda ſingillatim SS.PP. oracula Arpalegus. In primis, tanquam rem magni momenti, vti eſt, mentē Auguſtini aperire conatur num. 1. qui tot egregia certamina ſubijt in materia de peccato originali. Primò itaque ex lib. 5. contra Iulianum, cap. 15. proponit argumentum, quo Iulianus intendebat probare, vel nullum paruulum contrahere peccatum originale, vel Chriſtum etiam contraxiſſe. Argumentum ergo Iuliani, proponitur ab Auguſtino, his verbis: *Quid eſt, quod laboras magnis argumentis, vt Chriſti caro, quia de Maria natus eſt, cuius Virginis caro, ſicut cæterorum hominū ex Adā fuerat propagata, nihil diſtat à carne peccati, ac proinde cū dixit Apoſtolus, Chriſtū fuiſſe miſſum in ſimilitudinem carnis peccati, aut nullā carnē peccati, aut ſi ſit, quia inde venit, erit etiā caro peccati.* Quod etiam habet expreſsè Auguſtinus, lib. 10. de Gen. ad litteram, cap. 18. Ad quod argumentum inquit, *non reſpondet Auguſtinus, carnē Chriſti non eſſe carnē peccati, quia caro Virginis, non erat caro peccati, qua reſponſione facilè diſſiparetur argumentū Iuliani, ſed reſpondet per ſequentia verba: Sed quid reſtat intelligere, niſi quod cū Chriſtus dicitur, ſimilitudo carnis peccati, ea carne excepta, omnē reliquā eſſe carnē peccati. Vnde quia concupiſcentia fuit caro peccati, corpus Mariæ quāuis inde venerit, eā non traiecit per corpus, quod non*

inde concepit. Id eſt caro Mariæ, caro peccati; quia per concupiſcentiā genita, non tamen traiecit peccatū in carnem Chriſti, quia non concepit ex concupiſcentia: ergo ſentit, quod Maria fuit in peccatis concepta. Hæc Arpalegus.

228 Pro vera intelligentia huius loci, ſupponendum eſt, intentum Iuliani, & quò tendat ſolutio Auguſtini, ex quo apparebit, quod non rectè reſpondiſſet Auguſtinus, neque diſſipaſſet argumentum Iuliani; ſed potius maiores vires illi adhibuiſſet; dicendo, carnem Virginis, non eſſe carnem peccati. Iulianus itaque contendebat, ex vi peccati Adami, nullum hominem remanſiſſe peccato obnoxium, neque potuiſſe peccatum primi parentis inficere deſcendentes ab eo per ſeminalē propagationem, neque poſſe vocari carnem peccati, ex eo preciſè quod ab Adamo originem ducerent, quod probabat à ſimili, hoc argumento: Chriſtus non potuit contrahere peccatum cum ſit de Maria natus, quæ ab Adamo, ſicut cæteri homines, per ſeminalem propagationem deſcendebat: ergo nullus homo potuit, licet deſcendebat ab Adamo, contrahere peccatum. Ad quod non reſpondet Auguſtinus, Virginem non contraxiſſe peccatum, quia reſponderet difficilè per difficiliùs: nemo enim dubitat difficiliùs eſſe, probare immunitatem Virginis à peccato, quam Chriſti, & vim præberet argumento Iuliani, quia ſi ex vno Chriſto inferebat, omnes non potuiſſe contrahere, multò magis contenderet ex duobus, ſcilicet Virgine, & Chriſto inferre illā conſequentiam. Vnde Auguſtinus ſupponit Virgi-

nem

nem eſſe carnem peccati, id eſt genitam per concupiſcentiam, & ex vi naturæ obnoxiam peccato, hoc enim propriè eſt eſſe carnem peccati, & adhuc hoc ſuppoſito, non inde inferri Chriſtum fuiſſe obnoxium peccato, quia non fuit conceptus per concupiſcentiam, & ideò Mariam licet ex concupiſcẽtia genitam, quod ſignificat Auguſtinus illis verbis, *quamuis inde venerit*, non potuiſſe traijcere in Chriſtum peccatum. Ex quo non ſequitur Auguſtinum, ſenſiſſe, Virginem fuiſſe in peccato conceptam, ſed ad ſummum fuiſſe per concupiſcentiam genitam, cum quo bene ſtare poteſt ex priuilegio, non contractio peccati, ſicut ſtare poteſt, vt fatetur idem Auguſtinus, natiuitas ſine peccato, licet hæc ex vi naturæ, habeat etiam connexionem cum generatione per concupiſcentiam.

229 Secundò, omiſſa authoritate citata à Capreolo, ex lib. 10. confeſſionum, quam dicit, ſe ibi non inueniſſe, ſed concione 2. ſup. Pſalm. 134. ad illa verba: *Ego autem cum mihi moleſti eſſent*, obijcit Auguſtinum ſic dicentem: *Vt celerius dicam, Maria ex Adam mortua èſt, propter peccatum Adæ, caro Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata. Videantur*, inquit, *antecedentia verba. Et lib. 2. de peccatorũ meritis, & remiſſione, cap. 24.* ait: *Solùm Chriſtum nullum peccatum habuiſſe vnquam, neque ſumpſiſſe carnem peccati. Videatur lib. 5. contra Iulianum cap. 15. & lib. 1. Hipognoſticon à principio, vbi de peccatrice carne ſumpſiſſe carnem aſſerit: ergo expreſsè tenet carnem B. Mariæ non fuiſſe immunem ab originali, hæc enim eſt, quam vocas carnem peccati.*

In

230 In hac ſecũda probatione in primis eſt notandum non citari fideliter verba Auguſtini, neque integrum textũ, fortè quia ex eo integre transcripto, facilè colligebatur, malè adduci Auguſtinum pro ſententia affirmatiua, nam Auguſtinus ibi probare contendit, Chriſtum indutum cilicio mortalitatis, & peccati ad delenda peccata, factumque eſſe peccatum, & maledictum pro nobis, quod poſtquam latè proſequutus eſt, ait: *ergo peccatum Domini, quod factum eſt de peccato, quia inde carnem ſumpſit de maſſa ipſa, quæ mortem meruerat ex peccato, etenim, vt celerius dicam, Maria ex Adam mortua eſt propter peccatũ* (non inueni in textu, illud, *Adæ*, quod poſuit Arpalegus, quod ſi ipſe addidit, audaciæ conuincitur non mediocris) *Adam mortuus propter peccatum* (hæc verba omiſit Arpalegus) *& caro Domini ex Maria mortua eſt propter delenda peccata, hoc cilicio induit ſe Dominus.* In quibus verbis ponderandum eſt, Primò, Auguſtinum dicere, Chriſtum ſumpſiſſe carnem ex carne, quæ mortem meruerat ex peccato, quæ verba ſolum probant meritum, ſeu debitum mortis. Vnde dato quod Auguſtinus loquatur de morte ſpirituali, ſolum debitum Virgini adſcribit, ex carne, quæ mortem meruerat. Secundò, Auguſtinum non dicere, Mariam mortuam ſpirituali morte, ſed potius naturali, vt patet ex contextu, ait enim, *Chriſtum mortuum eſſe ad delenda peccata*, morte quidem, non ſpirituali, ſed naturali: ergo loquitur de morte naturali etiam Virginis, ideoque exiſtimo Auguſtinum non addidiſſe illud, *Adæ*, ne intelligeretur, loqui de ſpirituali morte. Tertiò, Auguſti-

guſtinum aſſerere, vt fatetur Arpalegus, multis in locis, Chriſtum ſumpſiſſe carnem peccati, & de carne peccatrice,cum tamen aliàs ſæpius dicat Auguſtinus, Chriſti carnem, non eſſe carnem peccati, imò neque ſumpſiſſe carnem peccati. Quæ verba videntur contraria, & in concordiam reducenda: neque poſſunt conciliari, ita quod,quando dicit ſumpſiſſe carnem peccati ex maſſa peccatrice, ſit ſenſus, ſumpſiſſe carnem peccato originali infectã, quia ſumpſit carnem Mariæ, quia ex hoc ſequeretur, carnem Chriſti eſſe propriè carnem peccati, quia eamdemmet numero, quam à Virgine accepit, eandem retinuit; ſi autem cum dicit, non ſumpſiſſe carnem peccati, ſolum velit dicere,Chriſtum non contraxiſſe peccatum originale actu, ex hoc ſequeretur, aliquod debitum poſſe adſcribi Chriſto.Senſus ergo proprius verborum Auguſtini, Chriſtum ſumpſiſſe carnem peccati, quia carnem ſumpſit ex maſſa, quæ debuerat peccatum contrahere, quæ fuit caro Virginis, non tamen eſſe dicendam carnẽ Chriſti carnem peccati, quia neque actu contraxit peccatum originale, neque contrahere potuit, quia ſumpſit carnem ex ea, quæ non concepit ex libidine, neque de facto peccatum contraxit, licet debuerit: caro ergo Virginis ab Auguſtino dicitur caro peccati, quia debuerat peccatum contrahere; carnẽ verò Chriſti negat,eſſe carnem peccati, quia neque debitum potuit contrahere.

231 Proſequitur Arpalegus contendens nu. 2. ex Auguſtino probare non poſſe verificari, *quod omnes mortui ſunt in peccatis, ſi pro eis mortuus eſt Chri-*

ſtus,

ſtus, vel quod omnes in Adam peccauerunt, ſi aliquis præter Chriſtum excipitur ab illa generalitate. Quod docere Auguſtinum ait lib. 2. Hipognoſticon, per hæc verba: Omnes abſque ſolo Chriſto, naſcendo traxerunt peccatum omnes nullum excipit. Videatur lib. 2. de nuptijs, & concupiſcentia, cap. 27. lib. de natura, & gratia, cap. 5. lib. 1. contra Pelagium. cap. 40. lib. 4. contra duas Epiſtolas Pelagianorum, cap. 4. lib. 5. contra Iulianum cap. 9. & lib. 6. cap. 3. vbi hæc addit; Si aliquis diceret, nullum animal mouere niſi mandibulam inferiorem, inuento Cocodrillo, qui mouet mandibulam, ſuperiorem, ſuperaretur. Et ſi quis diceret, nullum animal viuere in igne, demonſtrato, quod de Salamandra perhibetur, abſque ambiguitate conuinceretur, &c. Sic ſimiliter dicit, quod conuinceretur Apoſtolus dicens, omnes in Adam peccaſſe, vel nullum erui, niſi per Chriſtum, ſi aliquis eſſet ſine peccato. Videatur, inquit Arpalegus, *ibi contextus, & ibidem cap. 4. 9. & 24. & 27. vbi conſequenter addit: Hæc negans, iſta conuellere moliens, ipſos neruos diſrũpere Chriſtianæ religionis, veræque pietatis aures: ergo ſecundum Auguſtinum, ſi nullus excipitur, etiam Beata Virgo de facto continebatur in illa lege, omnes in Adam peccauerunt, quoad actualem contractionem.*

232 Huic ponderationi, iam ex ſupra dictis patebat confutatio, ſed ſpecialiter confutanda eſt. Primò ergo omni conſideratione dignum eſt, quod etſi dicat Auguſtinus, omnes præter Chriſtum naſcendo traxerunt peccatum, & omnes nullum excipere, tamen Virgo naſcendo non traxit peccatum, quia nata eſt in gratia: quod autem Auguſtinus nõ loquatur de natiuitate latè ſumpta, prout ſignificat

con-

conceptionem, ſed de ipſa vera, & reali natiuitate ex vtero, patebit legenti textus citatos ab Arpalego. & conſideranti intentum Auguſtini eſſe confutare hæreticos aſſerentes, neminem naſci in peccato, neque indigere Baptiſmo; ergo ſicut illa propoſitio Auguſtini eſt vera, licet excipiatur Virgo in ordine ad natiuitatem, ita erit vera, licet excipiatur in ordine ad conceptionem. Videantur, inquis, loca lib. 2. de nuptijs, &c. vidi illa, ſed non inueni Auguſtinum ponere Virginem inter omnes, ſed excipere illam, vt patebit infra & ſolum hæreticis qui omnes volebant exemptos ab originali ex vi naturæ, opponere vniuerſalem Pauli, *omnes in Adā peccauerunt*, & omnes indigere Chriſti gratia, quæ cū vera ſint iuxta Phraſim Scripturæ, licet excipiatur Virgo ex priuilegio, & meritis ipſius Chriſti, conceſſo, vel negato debito, eſt vera Auguſtini doctrina, cuius ſcopus principalis, vt diximus, fuit probare, neminem erutum fuiſſe à peccato contracto, vel contrahendo originali, vel actuali, ex vi naturæ, ſed ex gratia per Chriſtum.

233 Hanc eſſe intelligentiam Auguſtini confirmatur exemplo illo ab Auguſtino adducto Salamādræ, & Cocodrilli, nam qui aſſereret, nullum animal mouere mandibulam ſuperiorem, inuento Cocodrillo illam mouente, conuinceretur, & qui aſſereret, nullum animal viuere in igne, ſuperaretur inuenta Salamandra viuente in igne, quia tàm Salamandra, quàm Cocodrillus habent hoc ex natura ſua: at ſi inueniretur aliquod aliud animal ex vi diuinæ omnipotentiæ mouere mandibulam ſuperiorē,

vel viuere in igne, non conuinceretur: ſic ſimiliter conuincere tur Paulus,ſi vera eſſet doctrina Pelagij, quod aliquis ex vi naturæ, & ſine meritis Chriſti eſt ſine peccato, cum ipſe aſſerat, omnes ex vi naturæ habere peccatum, & naſci filios iræ: at vero non conuincitur, ex eo quod dicatur, aliquem ſine peccato eſſe ſiue actuali, ſiue originali ex meritis Chriſti: ſicut non conuincitur, ex eo quod Ioannes, & Ieremias naſcantur ſine peccato, quia hoc non aſſeritur, niſi ex meritis Chriſti.

234 Confirmant conſiderationem noſtrã verba Auguſtini, ab eodem Arpalego citata in confirmationem ſuæ probationis, ait enim num. 3. *ſępiſſimè radiantiſſimum lumen Eccleſiæ dicebat, quod ſolus Chriſtus non contraxit iſtud peccatum: at illa exceptio, ſolus, firmat regulam in contrarium: ſentit ergo B. Virginem de facto non fuiſſe exemptam à contractione peccati. Probatur maior ex lib. de perfectione iuſtitiæ, vbi ait; Quiſquis fuiſſe, vel eſſe in hac vita aliquem hominem, vel aliquos homines putat, excepto vno mediatore Dei, & hominis, quibus neceſſaria non fuerit remiſſio peccatorum, contrarius eſt diuinæ ſententiæ, vbi ait Apoſtolus; per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiuit, & neceſſe eſt, vt impia contentione aſſeratur, eſſe poſſe homines, qui ſine mediatore Chriſto liberante, atque ſaluante, ſint liberi, ſalui à peccato, cum ille dixerit, non eſt opus ſanis medico, ſed malè habentibus. Videatur in tract. ſup. Ioannem ad illud: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et lib. 2. de peccatorũ meritis, cap. 20. vbi ait: In filijs hominum, nec fuit, nec erit excepto*

vno mediatore, qui non ex peccato ad iuſtitiam peruenerit. Videatur etiã in Enchirid. cap. 48. & lib. 4. contra duas Epiſtolas Pelagianorum, cap. 4. & lib. 1. hypognoſticon, ait: Solus Chriſtus in ſimilitudinem carnis peccati; ideò ille in ſimilitudinem carnis peccati, quia non per libidinis vſum. Hæc eadem cauſalis habetur lib. 1. contra Pelagium, cap. 29. ergo ſi B. Maria ex libidinis vſu concepta eſt: ergo ſecundũ Auguſtinũ non fuit præſeruata. Videatur lib. 2. contra Pelagium, cap. 20. 24. 27. 30. 36. & lib. 3. cap. 12. de natura, & gratia, cap. 14. vbi ait; Chriſtus fuit in ſimilitudinẽ carnis peccati, quã quidem ſimilitudinẽ non haberet, niſi cætera omnis eſſet caro peccati. Et lib. 1. de nuptijs, & concupiſcentia, cap. 35. videatur etiam lib. 1. contra Iulianũ Pelagianum, vbi plures PP. ex Oriente, & Occidente adducit ad confirmandã iſtam de ſolo Chriſto exceptionem. ita Arpal.

235 Sed quis non videat, potiùs noſtram ſententiam confirmari, quàm ſuam? nam Auguſtinus loquitur contra Pelagianos, vnde ex eius doctrina ſolum probari poteſt, veritas oppoſita errori Pelagianorum. Hi ergo duo aſſerebant. Primò, nullum paruulum contrahere pěccatum originale ex vi naturæ, ac proindè non indigere Baptiſmo, quia ſine peccato naſcebantur. Secundò, nullum hominem indigere gratia Chriſti ad remiſſionem peccatorum, ſed viribus naturæ poſſe, & peccata non committere, & bona opera facere: vtrumque Auguſtinus impugnat in omnibus his locis ab Arpalego citatis, vt patet ex illis verbis: *Impia contentione aſſerat, eſſe poſſe homines, qui ſine mediatore Chriſto liberante, &c.* vt ſupra notauimus, & lib. 6. contra Iulianum latè

probat, omnes paruulos indigere Baptiſmo, ex illis verbis, *qui mortui ſumus peccato*, quæ iſta paraphraſi explicat Auguſtinus: *Qui mortui ſumus peccato, quomodo viuemus in eo, hinc nunc diligenter attende, & quod ſequitur, vt intelligas, intentus auſculta. Cum dixiſſet, qui mortui ſumus peccato, quomodo viuemus in eo, an ignoratis, inquit, quoniã quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Hic sũt paruuli, qui baptizantur, an non ſunt? Si non hic ſunt, falſum eſt ergo quod ait, quicũque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, quia non in morte illius baptizantur paruuli, ſed quoniam verum dicit Apoſtolus, nulli intelliguntur excepti*: quibus verbis ſatis clarè patet intentum Auguſtini fuiſſe probare contra Iulianum Pelagianum, omnes paruulos nullo excepto indigere Baptiſmo, & exinde probare, omnes trahere peccatum originale, à quo non niſi per Chriſtum, erui, & liberari poſſumus: ſimiliter neminem à peccato actuali liberari, nec poſſe niſi per Chriſtum, latè probat varijs in locis, præſertim in libris contra Pelagium, & colligitur expreſsè ex cap. 20. lib. 2. de peccatorum meritis, vbi non ſunt illa verba, vt citantur ab Arpalego inquit enim Auguſtin. in illo cap. 20. *Vtrum* (verba sũt Auguſtini) *ſint qui omnino nunquam vllum peccatum habuerit, habiturusue ſit, non ſolum quiſquam natorum hominum ſit, verum etiam potuerit aliquando eſſe, vel poſſit*. Vbi dubitari non poteſt ſermonem eſſe de peccato actuali: ibidem enim Auguſtinus ſupponit, quod ſi paruuli nullum peccatum habent, multos eſſe homines ſine peccato. Subdit poſtea Auguſti-

nus

Digitized by Google

nus immediatè ad verba citata: *Tunc prorſus præter vnum mediatorem Dei, & hominum hominem Chriſtum Ieſum, nullum, vel eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe, certiſſimum eſt.* Poſtea addit: *in hoc autem quarto, vtrum eſſet in filijs hominum, vel eſſe potuiſſet, aut poſſet, qui non ex peccato ad iuſtitiam perfectiſſimam perueniret, ſed nullo omnino peccato eſſet obſtrictus, hoc quæritur, ideò ſi illa vera ſunt, quæ tam multa de paruulis diximus, nec eſt in filijs hominum quiſquam, nec fuit, nec erit, excepto vno mediatore, in quo nobis propitiatio, & iuſtificatio poſita eſt, per quam finitis inimicitijs peccatorum reconciliamur Deo.* Et poſtea procedit à cap. 21. & deinceps ad probandum aſſumptum propoſitum, ſcilicet ſolum Chriſtum caruiſſe actuali peccato: iterum latè probans, omnes paruulos trahere peccatum originale, & ſolum Chriſtum non potuiſſe illud contrahere, & inde inferens, neque potuiſſe actuale committere, ſicut cæteri homines. Vnde cap. 35. ait: *Teneamus ergo indeclinabilem fidei confeſſionem; ſolus vnus eſt, qui ſine peccato natus eſt in ſimilitudine carnis peccati, ſine peccato vixit inter aliena peccata, ſine peccato mortuus eſt propter aliena peccata.* & in fine eiuſdem cap. *Qui non venundatus ſub peccato redimit Iſrael ab omnibus iniquitatibus ſuis, ſiue propria cuiuſque vita commiſsis, ſiue originaliter tractis.* Loquebatur ergo Auguſtinus non ſolùm de originali, ſed de actuali peccato, ad cuius remiſſionem omnes præter Chriſtum, indigere gratia ipſius Chriſti contra Pelagianos probat. Ex quo fit, quod ſicut Auguſtinus in illa generalitate, quod omnes paruuli indigent Baptiſmo, præter Chriſtum, & quod nullus

lus præter Chriſtum ſit ſine actuali peccato; non potuit, neque voluit Virginem includere, ita non includere illam cum generaliter de peccato originali loquitur, ſolum Chriſtum excipiens. Et inde cõfirmatur noſtra doctrina, quia ex eo probat Auguſtinus, Chriſtum non potuiſſe actuale peccatum cõmittere, quia non potuit originale, nos verò actualia committere, quia originali fuimus infecti, licet per Baptiſmum ab eo ſimus mundati; quia remanet in nobis lex peccati, repugnans legi Dei, vt patebit legenti textum: at de fide eſt Virginem non commiſiſſe actuale peccatum, ergo recta illatione deducitur, non contraxiſſe originale de facto, de quo ſtatim redibit ſermo.

236 Vnde neſcio quomodo ſine rubore potuerit nobis obijcere Arpalegus illa verba lib. 6. cap. 16. *Hæc negans, his repugnas*, &c. Quaſi nos cùm Iuliano ſine meritis Chriſti excipiamus à regula generali Virginem. Et vt verecundentur, ſi fortè ſint aliqui, qui Arpalegum foueant, & videant quem foueant, qui ſciſſa periodo, ne dicam ſciſſa charitate, hæc nobis obiecit, ſubijcio completam Auguſtini ſententiam, aduertens illam particulam, *aures*, audaciter adiunxiſſe, vel inuertiſſe ex particula, *audes*, nam Auguſtinus ſic ſcribit; *Hæc negans, his repugnas, iſta conuellere moliens, Catholicæ fidei munimẽta, ipſoſque neruos diſrumpere Chriſtianæ Religionis, veræque pietatis; audes inſuper dicere, quod contra impios bella ſuſceperis, cum aduerſum matrem, quæ te ſpiritualiter peperit, armis pietatis induaris*. Videat pius Lector an nobis, vel ipſi potius hæc verba conueniant,

qui

qui non veretur infra diſp. 4. num. 8. dicere, impiũ eſſe aſſerere pro hac veritate animam exponere, ac proindè contra Matrem Mariam bellum ſuſceperit: vnde poſſemus meritò Arpalego obijcere, quod Auguſt. dicebat Iuliano lib. 1. cap. 4. *O fili male ex Adam nate, ſed benè in Chriſto renate, ſacramenta quibus te peperit, tuæ Matri conaris auferre.*

237 Ex quibus omnibus manent confutatæ impugnationes, quibus refellere tentat ſolutiones à noſtris adhibitas, authoritatibus D. Auguſtini, quã confutat num. 4. Omiſſa enim ſolutione Echij dicẽtis Auguſtinum loquutum fuiſſe per exceſſum, quã non approbo, quia Auguſtinus loquutus eſt in proprijs terminis quæſtionis, de qua agebatur cum Pelagio, neque in illa comprehendit Virginem, vt vidimus: ſubſiſtunt ſolutiones Salmeronis, & aliorum, quas adducit num. 5. & 6. dicentium, Auguſtinum loquutum fuiſſe ex vi naturæ, & ex vi legis, quà Chriſtus non tenebatur, & non cõprehendiſſe Virginem in illis verbis, ſicut non comprehendit illã, cum dicit, nullum præter Chriſtum naſci ſine peccato. Tùm quia vt ſæpius vidimus, Pelagius dicebat, ex vi naturæ, omnes eſſe à peccato originali liberos, quod colligebat à paritate immunitatis Chriſti. Quod quidem inueniet Lector ferè in omnibus locis ab Arpalego citatis contra nos, in quibus de hac re loquitur Auguſt. nam multa citat, in quibus nec verbum quidem habet ad rem noſtram concernens. In confirmationem autem ſolutionis exhibitæ, ſufficiet vnicum teſtimonium Auguſtini, ex lib. 4. contra duas Epiſtolas Pelagianorum, quę

Arpa-

Arpalegus citat, vbi poſtquam probauit homines naſci in peccato, propter quod ſunt mortis debitores, & ſolum Chriſtum non mori ex debito mortis, ſic habet. *Quia ſicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali: commendauit ergo dilectionem ſuam in eos, quibus erat daturus indebitam vitam, pati pro eis voluit indebitam mortem*. Auguſtinus ergo ſemper vrget contra Pelagium, nobis ex vi naturæ non eſſe gratiam debitam, ſed culpam, & Chriſto ex vi naturæ eſſe indebitam culpam, & mortem, quæ pœna eſt culpæ. Tùm, quia Auguſtinus non loquitur ſolùm de natiuitate in vtero, vt vult Arpalegus, ſed etiam de natiuitate ex vtero, vt patebit cuicunque textum legerit. Quæ omnia conſtabunt amplius ex dicendis, manent ergo in ſuo robore ſolutiones præfatæ.

238. Ponderanda ſunt iam teſtimonia adducta ab Arpalego à num. 7. & 8. pro noſtra ſententia, eiuſque ſolutiones impugnandæ. Primò ergo Auguſtinus lib. de natura, & gratia, cap. 36. vbi poſtquam dixit, omnem hominem habere peccatum, addit: *Excepta Virgine, de qua propter honorem Domini, nullam prorſus, cum de peccatis agitur, habere volo quæſtionem; inde enim ſcimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum*; ergo propoſitiones vniuerſales Auguſtini, intelligendæ ſunt excepta Virgine. Reſpondet Arpalegus, *Auguſtinum duas ventilare quæſtiones contra Pelagium, nam ipſe primo errabat, dicens nullũ paruulum contrahere peccatum originale, & ad hanc*

quæ-

Digitized by Google

quæſtionem reſpondet lib. 5. contra Iulianum cap. 9. vbi dixit, quod etiam B. Virgo contraxit peccatum originale. Secundò, dicebat Pelagius, omnem hominem poſſe carere actuali peccato per totam vitam, & plures fuiſſe, qui nullum actuale peccatum admiſerunt, afferique ad hoc probandum plures ſanctos viros, & fæminas veteris Teſtamenti, & etiam B. Virginem: erat ergo quæſtio de peccatis actualibus, non de originali, & ſic reſpondet Auguſtinus excipiendo B. Virginem à peccatis actualibus, quod ſatis indicat per illa verba: ad vincendum omni ex parte peccatum, nam originale non eſt vincibile à nobis, ſed actuale: atque ideò hæc authoritas non eſt ad rem. Ita Arpalegus videtur ſibi negotium confeciſſe.

239 Sed ſe ipſum percuſſit: nam per te duas quæſtiones ventilabat Auguſtinus cum Pelagio, vnã de originali, alteram de actuali: ſed Auguſtinus expreſsè dicit, cum de peccatis agitur, nullam prorſus quæſtionem ſe habere velle de Virgine, ergo in neutra quæſtione vult includere Virginem. Confirmatur, nam ex quo Auguſt. dicit, nullus præter Chriſtum, vel omnis excepto Chriſto, vis tu, Auguſtinum non excludere Virginem à regula vniuerſali: ſed Auguſtinus dicit, nullam quæſtionem: ergo non poteſt includere in aliqua quæſtione Virginem? Si dicas, id colligi, quod in libris contra Iulianum agit Auguſtinus de peccato originali, in lib. verò de natura, & gratia de actuali: Idem nos dicimus ex intento Auguſtini contra Pelagium, ex antecedentibus, & conſequentibus colligi, Auguſtinum loqui ex vi naturæ, & de lege Dei, atque adeò non excludere Virginis priuilegium, etiam quòad

Digitized by Google

peccatum originale in conceptione ſicut non excludit illud in natiuitate. Deindè falſum eſt, Auguſtinum in lib. de natura, & gratia ſolum loqui de peccatis actualibus, ſed etiam de originali, ex quo actualia prouenire ſæpius inculcat, vnde vtramque quæſtionem ſemper coniungit, vt videre eſt cap. 4. vbi ait, *Vnde hi, qui non per illam* (ideſt gratiam Chriſti) *liberantur, ſiue quia audire non potuerunt, ſiue quia obedire noluerunt, ſiue etiam, cum per ætatē audire non poſſent, lauacrum regenerationis, quod accipere poſſent, per quod ſalui fierent, non acceperunt, iuſte vtique damnantur: quia ſine peccato non ſunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt, omnes enim peccauerunt, ſiue in Adam, ſiue in ſe ipſis, & egent gloria Dei*. Nonne vides vtramque quæſtionem coniungere Auguſtinum in initio libri citati? ergo ab vtraque excludit Virginem.

240 Neque ex illis verbis, *ad vincendum omni ex parte peccatum*, rectè colligit Arpalegus, Auguſtinum ſolùm loquutum de peccato actuali: nam licet peccatum originale non ſit vincibile à nobis, à gratia vincibile eſt, & ſæpius Auguſtinus per gratiam vinci poſſe docuit. Illa autem verba, *ex omni parte peccatum*, includunt ipſum peccatum originale, quod eſt præcipua peccati pars. Addo, quæ addit Auguſtinus, ex quo ſatis clarè meo iudicio colligitur, Auguſtinum etiam ab originali excipere Virginem illis verbis, addit enim: *Hac ergo Virgine excepta, ſi omnes illos ſanctos, & ſanctas cum hìc viuerent, congregare poſſemus, & interrogare, vtrum eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſponſuros putamus, vtrum*

hoc

hoc quod iſte dicit, an quod Ioannes Apoſtolus? Rogo vos quantalibet fuerit in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſet, nonne vna voce clamaßent: ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt? Hæc Auguſtinus, inter ſanctos autem, & ſanctas numerauerat Pelagius aliquos, de quibus probabiliter aſſeritur nullũ peccatum actuale commiſiſſe, vt ſunt Abel, Ioſephus vir Mariæ, Ioannes Baptiſta, Anna, Eliſabeth, & alij: vnde cum dicit Auguſtinus, iſtos reſponſuros, ſe habere peccatum, vt veritas in eis ſit, intelligendus potius eſſet de peccato originali, ac proinde cum excipit Virginem ex illis, à peccato originali excipit illam, & ipſa eſt iuxta Auguſtinum, quæ ex omni parte dicere poteſt, ſe non habere peccatum, & tamen veritas in ea eſt; quod ſi alij dicerent, inquit Auguſtinus, nihilominus peccatum haberent, & veritas in eis non eſſet.

241 His omnibus adde verba illa, quæ citantur ferè ab omnibus, qui de hac materia ſcripſerũt, ex Petro Damiano lib. de mente Auguſtini: *Quod excipienda eſt* B. *Virgo à regulis generalibus, quæ non conueniunt ſanctitati eius, & ſingulariter gratia ſibi collatæ*; ergo mens Auguſtini eſt, non includere Mariam, ſed excipere à regula generali peccati originalis, quod non conuenit eius ſanctitati.

142 Secundum teſtimonium eſt ex lib. 5. contra Iulianum, cap. 15. vbi aſſerit. *Omnino veriſſimũ eſſe, quod quia Chriſtus non fecit peccatum, habere non potuit, profectò enim peccatum etiam maior feciſſet, ſi paruulus habuiſſet. Nam propterea nullus eſt hominum præ-*

Digitized by Google

ter ipſum, qui peccatum non fecerit grauatioris ætatis acceſſu, quia nullus eſt hominum præter ipſum, qui pecca-tum non habuerit infantilis ætatis exortu: at B. Virgo nullum peccatum actuale habuit in ætate adulta, vt ſupra fatetur Auguſtinus, ergo nullum debuit admittere originale ſecundum ipſum, infantilis ætatis exortu.

243 Reſpondet Arpalegus primò, *hinc ſolum inferri, quod B. Virgo infantilis ætatis exortu, ideſt in natiuitate ex vtero, nullum habuerit peccatum originale, quod nos fatemur, non autem quod non habuerit illud in primo inſtanti conceptionis, in quo non potuit dici, infantilis ætatis exortu, quia infantilis ætas durationem temporis dicit, & primum inſtans conceptionis eſt, quo incipit eſſe res, non autem quo durat, aut habet ætatem infantilem*. Reſpondet ſecundò, *quod illa conſequentia Auguſtini, ſi intelligatur, vt iacet, eſt vitioſa, arguit enim de actu ad potentiam negatiuè, ſcilicet, non fecit peccatum, ergo non potuit facere: non habuit actuale, ergo non habuit originale. Quod inſtatur in Eua, & in prauis Angelis, qui non habuerunt originale peccatum, & tamen actuale commiſerunt; eſt tamen bona conſequentia materialis, ideſt iuxta ſubſtantiã materiæ, & modaliter ſumpta negatione. Scilicet ſic, Chriſtus non fecit peccatum, ex impeccabilitate, & quia erat ſuppoſitũ diuinũ: ergo nec potuit facere, neque contrahere: quod quidẽ conducebat contra Pelagium, & Iulianũ, qui dicebant, poſſe aliquam creaturam ex mera libertate non peccare, & hoc infertur ex verbis paulò ante dictis ab Auguſtino, vbi meminit, Chriſtum habere omnem ſanctitatem, quia non erat purus homo, ſed homo Deus. Ad rem igitur: Beata*

Virgo

Digitized by Google

Virgo, etſi non habuerit peccatum actuale, tamen eſt peccabilis ab intrinſeco, ac proinde ex non peccato actuali non infertur non contractio originalis: ſequeretur verò ſi non peccaret actualiter ex impeccabilitate ab actuale peccatum, quod non poſſet contrahere originale, ac proinde hæc authoritas non vrget nos. hæc Arpaleg.

244 Sed contra primam ſolutionem in primis ſic diſputo, ſi illa verba, *infantilis ætatis exortu*, non ſignificant conceptionem, ſed natiuitatem ex vtero, quomodo Auguſtinus illis verbis probat, Chriſtum in conceptione fuiſſe ſanctum? Inſuper quomodo verum eſt, nullum præter Chriſtum caruiſſe peccato infantilis ætatis exortu, ſi Virgo etiã caruit peccato infantilis ætatis exortu, quæ per te eſt natiuitas? Præterea, ſi non obſtante quod Auguſtinus dicit nullum fuiſſe hominem præter Chriſtum, qui non habuerit peccatum infantilis ætatis exortu, tamen excipitur Virgo: ergo licet dicat Auguſtinus, nullum præter Chriſtum caruiſſe peccato originali, excipienda erit B. Virgo. Rurſus ex vi argumenti Auguſtini, non ſolum probatur, Virginem caruiſſe peccato originali in natiuitate, ſed etiam in conceptione, nam cauſalis illa habet etiam locum in Virgine: *etiam maior feciſſet, ſi paruulus habuiſſet.* Vbi aduertendum eſt, illud, *si paruulus habuiſſet*, ſignificare ex Auguſtino, ſi peccatum originale contraxiſſet, tum quia Auguſtinus peccatum paruulorum vocat peccatum originale, tùm ex modo loquendi, nam peccatum originale dicitur haberi, peccatum verò actuale dicitur fieri: ſicut etiam ex S. Thoma aduertimus, eandem differentiam notari inter vtrũque

que peccatum, eo quod originale dicatur contra-ctum, actuale verò commiſſum. Vnde illatio Auguſtini eſt, ſi peccatum originale habuiſſet, etiam actuale commiſiſſet: at non commiſit actuale: ergo neque originale: at idem argumentum à poſteriori fit in Virgine: ergo probatur eius immunitas à peccati originalis contractione. Et vt nihil intactum omittamus, malè applicat hìc Philoſophiam de duratione, nam licet duratio dicat temporis ſucceſſionem, primum inſtans etiam componit duratione ipſam, aliàs non daretur primum inſtans durationis, niſi diceretur ſecundum inſtans exiſtentiæ, eſſe primum inſtans durationis, quod eſt abſurdum: primum ergo inſtans cuiuſcumque rei eſt primum inſtans durationis, licet non ſit duratio, & per conſequens primum inſtans exiſtentiæ Virginis, fuit primum inſtans eius durationis, & ingreditur partem infantilis ætatis, & propriè eſt, *exortus*, illius. nam ſecundum inſtans, & reliqua inſtantia ſubſequentia non poſſunt dici exortus infantilis ætatis, ſed ipſa infantilis ætas.

245 Ex quibus omnibus ruit ſecunda ſolutio, nam argumentum Auguſtini non eſt de actu ad potentiam negatiuè, & in eodem ordine, ſcilicet non peccauit actualiter: ergo non potuit peccare actualiter, ſed potius de effectu ad cauſam, nam vt diximus, Auguſtinus ſupponit, peccatum actuale eſſe effectum peccati originalis, & arguit ſic: non fecit actuale: ergo non habuit originale, hoc enim ſignificare vult, illis verbis, *ergo non potuit habere*, quaſi dicat, non poteſt eſſe verum, quod habuerit originale;

nale; vel argumentum eſt de actu ad actum à paritate: non habuit actuale: ergo neque originale, quia non eſt maior ratio. Quod argumentum valet etiã in Virgine, vt diximus. Vnde inſtantia de Eua, & de Angelis nulla eſt, nam illi non fuerunt capaces peccati originalis, ideoque ex defectu materiæ, non ex defectu conſequentiæ, non procedit argumentum, quod valeret, ſi aliundè non conſtaret non potuiſſe peccare originaliter, contrahendo peccatũ ab alio contractum, ex eo quod ante ipſorum peccatũ, nullum erat, quod contrahi poſſet.

246 Confirmatur, nam ibi duo aſſerit Auguſtinus: primò, Chriſtum non feciſſe peccatum actuale, quia non habuit originale: ſecundò, cæteros homines committere actualia, quia contraxerunt originale: ergo aliquam connexionem ponit Auguſtinus inter peccati actualis commiſſionem, & contractionem originalis, independenter ab vnione hypoſtatica, aliàs non bene reſponderet argumento Iuliani, & Pelagianorum dicentium, neminem contrahere originale, ac per conſequens poſſe non committere actualia ex vi naturæ: ergo cum de omnibus dicat habuiſſe actualia, quia habuere originalia, & de Chriſto hoc negat, conſequens eſt doctrina Auguſtini, ſcilicet, quod qui caruerit actuali, ſiue ex natura, ſiue ex priuilegio, ex eodem priuilegio, vel natura non contraxerit originale: at Auguſtini, teſte Arpalego, expreſſa mens eſt, Virginem caruiſſe peccato actuali: ergo eius mens eſt caruiſſe originali.

247 Quod ſi admittendus ſit modus, quo Arpalegus

palegus in meliorem formam, vt ipſe præſumit, redigit argumentum Auguſtini, etiam ex ipſo probatur ſententia noſtra, nam ſicut valet in Chriſto, nō peccauit actualiter ex impeccabilitate, ita etiam, inquit, valeret argumentum in Virgine, ſi non peccaret actualiter ex impeccabilitate, ex quo ſic diſcurro: licet certum ſit,non eſſe Virginem ab intrinſeco impeccabilem ſicut Chriſtus; tamen negare nō poſſumus repugnare dignitati maternitatis peccare actualiter (ſiue hæc ſit forma ſanctificans, ſiue non) vt colligitur ex verbis Auguſtini, iuxta Arpalegum, ibi; *De qua propter honorem Dñi, dum de peccatis agitur, nullam volo habere quæſtionem, &c*; & ex S. Thom. ſupra citato num. 88. vbi ex dignitate Matris, infert non commiſſionem actualis peccati. Nunc pono eandem formam argumenti Arpalegi: Virgo non fecit peccatum actuale ex impeccabilitate morali, & repugnantia maternitatis cum peccato: ergo nec potuit facere actuale, neque contrahere originale, quia eandem repugnantiam habet cum maternitate poſſe actu peccare, quàm ipſum actuale peccatum, & eandem peccatum originale: ergo non contraxit peccatum originale, quia non commiſit actuale ratione maternitatis: ergo ſicut valet argumentum in Chriſto ab actu ad potentiam negatiuè, vel ab actuali ad originale, ratione vnionis, ita in Virgine ratione maternitatis, cum qua moralem incompoſſibilitatem habet peccatum actuale.

248 Tertium teſtimonium eſt ex ſerm. 20. de Natiuit. ad fratres, vbi ait; *Igitur in cæli qualis Pa-*

ter

ter eſt, talis eſt Filius, & in terra, qualis eſt Mater, talis eſt Filius ſecundum carnem: ſed Filius ſecundum carnem non habuit peccatum originale: ergo nec B. Virgo. Reſpondet Arpalegus, *in primis falſum eſſe, ſi cum rigore ſumatur, quod qualis eſt puritas filij, talis ſit puritas matris, ſic enim Auguſtinus lib. 5. contra Iulianum, cap. 5. ait; Quiſquis hoc negat, & carnem Chriſti ita comparat, etiam carni cæterorum hominum naſcentium, vt vtramque aſſerat æqualis puritatis, deteſtandus hæreticus inuenitur. Dicendum ergo, eam puritatem eſſe proportionalem ratione virginitatis, nã ſicut filius ſecundum carnem fuit Virgo, ita B. Maria Virgo peperit Saluatorem. Vel aliter dico, quod ſi aliqualis cõparatio debet admitti ſecundum verba hyperbolica Auguſtini, intelligenda eſt de ea, quam habuit, dum obumbrante Spiritu ſancto concepit filium: non autem de puritate, quem habuit in primo inſtanti: Nam loqui tantum in primo caſu Auguſtinum patet ex eius verbis, ſcilicet, fuiſſe omni ſanctitate in vtero repletam, vt de mundiſſima Matre, mundiſſimus Filius naſceretur*, quia ly, *in vtero, vel ſonat ſanctitatem, quam recepit ſanctificata in vtere, vel ſanctitatem, & puritatem, qua ex virginali vtero ſuo mundiſſimus filius naſceretur.*

249 Iſtæ ſunt euaſiones Arpalegi, contra quas primò inſurgo ponderando verba Auguſtini, nam conſequentia non debebat inferri, ſicut illata eſt ab Arpalego, poſita illa minori, *ſed filius ſecundum carnem non contraxit peccatum originale*, quia non comparat Matrem Filio, ſed Filium Matri, ſicut ſupra non comparat Patrem Filio, ſed Filium Patri; ait enim, *qualis eſt Mater, talis eſt Filius*, vnde potiùs

ſic debebat philoſophari : ſed Mater contraxit peccatum originale: ergo & Filius, quia talis eſt Filius, ſicut & Mater : ergo ne poſſit hæc conſequentia deduci, debet negari in Matre contractio originalis peccati. Secundò, & eſt valdè notandum, quod Arpalegus cum ſibi benè viſum eſt, dicit, ſanctos loqui hyperbolicè, cum nolit nobis vnquam concedere hac ſolutione vti, ſupra enim num. contra Echium acriter inuehitur, eo quod dixerit, Auguſtinum loquutum fuiſſe per exceſſum ad deteſtãdum errorem Pelagij, dicens, hanc ſolutionem deſtruere argumentum ab authoritate ſanctorum, nam cuilibet teſtimonio Sanctorum poſſet ſimile effugiũ adhiberi, ergo deſtruit ipſe, quod ab alio deſtrui non permittit & rectè, vnde ſe ipſum deſtruit. Quod autem Auguſtinus non ſit loquutus hyperbolicè, ex eo colligitur, quod comparat Filium Matri, vnde potius videtur diminuere Chriſti dignitatem, quàm Matris exagerare excellentiam, & quia comparat Chriſtum Matri, ſicut, & Patri in diuinis: at hæc comparatio Filij cum Patre, non eſt hyperbolica, ergo, &c. Neque fundamentum habet illud, quod dicit, ſcilicet comparationem eſſe de ſola virginitate, nam propoſitio eſt vniuerſalis, *talis Filius, qualis Mater*, vnde non debet limitari ad ſolam virginitatem, ſed verificari debet in omni eo, in quo verificari poteſt, præſertim cum etiam in ordine ad virginitatem, rigoroſè loquendo, etiam ſit comparatio proportionalis, quia virginitas Chriſti excellentior eſt virginate Virginis, & competit ei ex vi naturæ, & vnionis hypoſtaticæ, Virgini autẽ quod

pepe-

peperit Virgo, non ex natura, ſed ex priuilegio. Tãdem Auguſtinum non loqui de ſola puritate, quàm habuit, quando concepit Filium, patet ex eo, quod Auguſtinus per ly, *in vtero*, non potuit ſignificare vterum virginalem, ſed vterum S. Annæ, in quo eſt verum dicere, Mariam fuiſſe gratia repletam, aliàs eſſet impropria Auguſtini loquutio, cum enim obumbrante Spiritu ſancto Verbum concepit, non benè diceretur, Virginem fuiſſe in vtero repletã gratia, ſed in anima, ex quo habebat in vtero fontem gratiæ, ſcilicet Chriſtum.

250 Vltimò obijcit ſibi Arpalegus authoritatẽ illam Auguſtini, ex lib. de quinque hæreſibus, ſic dicentis: *Si potuit inquinari mater mea, cum eam facerem, potui inquinari cum ex ea naſcerer*: ſed Chriſtus nullo modo eſt inquinatus ſorde peccati cum naſceretur; ergo & B. Virgo cum conciperetur. Reſpondet, *hoc teſtimonium non citari fideliter, vt notat Bandellus, ſed potius dici, quod Deus mundauit eã ab iniquitate, & quod Deus non eſt inquinatus, quod potius eſt pro ſententia affirmatiua. Alia*, concludit Arpalegus, *afferuntur minoris momenti, quæ indigna ſunt, vt in eis tempus conſumamus, nam facilè explicari poſſunt ex ſupradictis.*

251 Quàm leuis ſit hæc ſolutio, quàm facilis impugnatu, conſtat ex ſupra dictis, num. vbi locum iſtum ponderauimus. Quibus nihil eſt addẽdum. Sed aduertendum, nullam huic teſtimonio authoritatem auferri, ex eo quod Bandellus dicat, non citari fideliter, nam vt innuimus ſæpius valdè infidelis citator deprehenditur Bandellus ab Arma-

mentario: Quod autem alia, quæ afferuntur non ſunt minoris momenti, neque indigna, vt in eis tẽpus conſumatur, nec facilè explicari poſſe, conſtabit ex ſequenti teſtimonio, ex ſerm. de Natiuitate Virginis deſumpto: *Magnifica illum, ò Virgo Beatiſſima, qui te ab omni peccato ſuper omnes præſeruauit.* Hæc verba ſunt minoris momenti? Fortaſſe eſſe reſpondebit Arpalegus, quia ſubdit Auguſtinus, *quis enim dicere potuit, ſine peccato ſum natus*; ex quo nunc volet Arpalegus inferre, ſolum loqui Auguſtinum de ſanctitate in natiuitate ex vtero, & non de natiuitate in vtero, cum antea ex lib. 1. contra Iulianum, cap. 2. obiecerit nobis Auguſtinum cum dicit paruulos naſci in peccato, loqui de natiuitate in vtero, ibi; *Infantes ſecundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiqua, prima natiuitate contrahere*: ergo cum dicit Auguſtinus, Virginem dicere poſſe, ſine peccato ſum nata, non facilè explicatur de ſecunda natiuitate, & non de prima: præſertim adiuncta illa particula, *præſeruauit*, quæ propriè denotat præſeruationem à peccato omnimodam, non verò mundationem poſt peccatum contractum, & natiuitatem ex vtero in ſanctitate, ideò Ioannes Baptiſta, & Ieremias non poſſunt dici præſeruati à peccato, licet ſine illo nati ſint ex vtero. Augent huius argumenti vim immediatè ſequentia verba Auguſtini: *Aut mundus ſum ab omni iniquitate dicere audebit? Niſi Virgo illa prudentiſſima animatum Templum Dei excelſi, quã Deus ſic elegit, & præelegit, ante mundi conſtitutionem; vt ſancta, & immaculata Dei eſſet Mater, & Filia ab æterno præſeruata incorrupta*

ab

ab omni labe peccati. In quorum verborum expoſitione non debemus tempus inſumere, non quia indignum ſit, ſed quia expoſitione non indigent, vocat enim Virginem ab æterno præſeruatã, & incorruptam ab omni labe peccati, quod quidem non video quomodo facilè poſſit explicari.

252 Præterea hæc Auguſtini verba; quæ citantur à multis, ex lib. ſuper Geneſ. facilè ne explicātur, vt indignum ſit in eis tempus conſumere? ſic ait: *Cum ſubiectio originalis peccati caput ſit diaboli, tale caput Maria contriuit, quia nullus peccati ſubiectio ingreſſum habuit in animam Virginis, & ideò ab omni macula immunis fuit.* Poſſent ne à nobis fingi clariora verba pro noſtra ſententia? Ergo non facilè explicantur, ſed facilè explicant noſtrâm ſententiam.

253 In fine aduerto, non benè Arpalegum dixiſſe ſup. num. 239. hæreticum eſſe comparare Virginem Chriſto, ex eo quod Auguſtinus dicat, non eſſe Chriſto comparandam carnem cæterorum hominnm naſcentium. Nam *Virgo* inter cæteros homines non computatur, & in multis comparatur Filio, vnde hìc Auguſt. verba, quæ ſolius Dei propria ſunt, vt illa, *nemo mundus à ſorde,* & illud Iob, *quis poteſt facere mundum de immundo, niſi tu qui ſolus es?* ſubintelligitur, *mundus*; Virgini applicat: alijq; Patres æquiparent Matrem Filio in gloria: ergo non rectè intulit Arpalegus conſequentiam illam ex præcitatis verbis Auguſtini.

SVB

SVB ARTIC. V.

De mente Sanctorum Doctorum Ambroſij, Hieronymi, & Gregorij.

254 SIc inquit Arpalegus num. 1. *Ambroſius ſuper Lucam, ad illa verba: Omne maſculinum adaperiens vulnam, ſanctum* Domino *vocabitur*, ſic ait: *Solus enim per omnia ex natis de fœmina, ſanctus in conceptione fuit Dominus Ieſus: qui terrena contagia corruptella, partus immaculati nouitate nõ ſenſerit, & cœleſti maieſtate depulerit. Vbi ex duplici capite excipit Chriſtum à contagio peccati originalis, & quia ſine commixtione, & concupiſcentia viri, & fœmina, & quia Deus, & homo ex fœmina conceptus, & natus eſt, ac proinde de facto nullum alium eſſe immunem inſinuat; at ſubinde quod* B. *Maria, quæ ex virili commixtione, vt pura creatura concepta eſt, videtur inferre, quod ſenſerit cõtagium peccati originalis.* Ex *quibus ruunt euaſiones, quas adducit Salaçar cap. 41, Can. 2. à num. 18. idem Ambroſius Pſ. 118. ſerm. 6. ad illa verba; Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq; ait: Solus Chriſtus eſt, quem retia non inuoluerunt peccatorum, quia nemo ſine peccato, niſi ſolus Ieſus, qui non in peccato, ſed in ſimilitudinem carnis peccati. Videantur ibi plura.*

255 *Alia teſtimonia Ambroſij ad probandum, quod ſolus Chriſtus fuerit conceptus ſine peccato originali, citat expreſsè Auguſtinus pluribus in locis, ſpecialiter lib. de peccato originali contra Pelagium cap. vlt. lib. 2. de nuptijs, & concupiſcentia, cap. 5. in fin. & c. 29. lib. 4. contra*

Digitized by Google

tra duas Epiſtolas Pelagianorum, cap. 11. vbi latiſſimè de hac re, lib. 1. contra Iulianum, cap. 2. lib. 2. in princip. Hæc Arpalegus.

246 Ego quidem quantum attinet ad hæc duo teſtimonia, exiſtimo Ambroſiũ nullo pacto voluiſſe in illis includere Virginem, niſi in eo ſenſu, in quo de Chriſto loquitur. Loquitur autem de Chriſto ex vi conceptionis, & naturæ, in quo ſenſu certum eſt, Virginem non fuiſſe immunem à peccato, ſed ſolũ Chriſtum, ex duplici illo capite, ſcilicet & quia Deus erat, & quia conceptus ſine commixtione viri, & fœminæ. Quod confirmo primò, quia vt Arpalegus fatetur, his, & alijs ſimilibus teſtimonijs Ambroſij, vtitur Auguſtinus ad probandam veritatem catholicam contra Pelagium, aſſerentem non ſolum Chriſtum, ſed nullum hominem poſſe ex vi conceptionis, & naturæ trahere peccatum originale, vnde teſte Auguſtino cap. 29. de nuptijs citato ab Arpalego, aiebat Pelagius, *ſi natura per Deum eſt, non poteſt in ea eſſe originale malum.* Secundò, quia Ambroſius, vt patet ex ſecundo teſtimonio, non ſolum loquebatur de peccato originali, ſed etiam de peccato actuali, vt patebit legenti textum: ergo ſicut in ordine ad peccatum actuale, Virginem non includit, excipiendo ſolum Chriſtum, ita neque in ordine ad peccatum originale, & ſicut bene componitur, quod Chriſtus ſolus ex vi naturæ, ſit à peccato actuali immunis, licet Virgo ex priuilegio ſit immunis ab illo, ita ſtare poteſt, quod ſolus Chriſtus ſit ex vi naturæ à peccato originali immunis, licet Virgo ſit ab illo immunis ex priuilegio.

Quod

257 Quod autem Ambroſius excluſerit Virginem ab actuali contractione peccati originalis, ac proindè non voluerit illam includere in teſtimonijs citatis, probatur adductis alijs Ambroſij verbis, nā vt ipſe Arpalegus fatetur in eodem Pſalmo 118. in extremo verſu vltimi octonarij, in illa verba; *quære ſeruum tuum*, introducit Chriſtum ſic loquentem; *Suſcipe me in carne, quæ in Adam lapſa eſt, non ex Sara, ſed ex Maria, vt incorrupta ſit Virgo, ſed Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati*. Quæ verba, licet dicat Arpalegus num. 2. facilè explicari, quod vocatur Virgo integra à labe per gratiam mundatiuam, non præſeruatiuam: facilè etiam impugnatur ſolutio ex ipſo textu. Nam in primis, vt ingenium Arpalegi deprehendas (ò beneuole Lector) velim aduertas, omiſiſſe Arpalegum in textu particulam, *non*. Vnde iam non miraberis, quod multos ex PP. adſciuerit ſibi patronos, nam detracta, vel addita particula, *non*, & me ipſum poſſet in ſuum ſenſum inuertere: verba enim Ambroſij ſunt, *ſuſcipe me, non in carne, &c.* Arpalegus citat, *ſuſcipe me in carne*. hac falſitate notata ſic nunc arguo. Quid eſt, *ſuſcipe me non in carne, quæ in Adam lapſa eſt, non ex Sara, ſed ex Maria*, niſi dicere, carnem Mariæ, in qua à Deo Patre Filius ſuſcipitur, non eſſe in Adam lapſam, vt ſupra num. 203. ex ſexta Synodo probauimus. Quod ſic oſtendo, hoc ſyllogiſmo ex verbis Ambroſij: Chriſtus natus eſt de carne, nō ex Sara, ſed ex Maria, ſed natus eſt de carne, quæ in Adam lapſa non eſt: ergo caro Mariæ in Adam lapſa non eſt. Maior, & minor ſunt Ambroſij, conſequentiam, nec audes,

nec

nec poteris negare. Deinde illa verba, *vt incorrupta ſit Virgo*, vbi Ambroſius virginitatem corporalē B. Mariæ extollit, non verificantur de virginitate reſtituta, ſed præſeruata: ergo illa, *ab omni integra labe peccati*, non facilè explicantur, de gratia reſtituente integritatem in anima, ſed de præſeruante illam. Nec obſtat quod Ambroſius ante verba recitata dixerit, eſſe ſacrilegium dicere, non omnes peccaſſe, quæ verba debuiſſet legere Ormachea, (inquit Arpalegus) quia per iſta regulanda ſunt, quæ infra dicit. Contra primò, quia ibi eſt etiam ſermo de peccato actuali, & tamē in ordine ad Virginem non ſunt regulāda verba poſteriora per priora. Secundò, quia verba poſteriora nunquam regulantur per priora, ſed è contra: ergo cum illa, *omnes peccaſſe*, ſint generalia, & prius ab Ambroſio dicta, potius regulantur per poſteriora, vt Ambroſius ſubiungens de Maria, eſſe integram ab omni labe peccati, voluerit, illam excludere ab illa generalitate.

258 Secundum teſtimonium eſt illud, quod cō̄muniter à noſtris citatur, quod etiam ſibi obijcit Arpalegus nam de Virgine loquens Ambroſius, ait: *Hæc eſt Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit.* Sed reſpondet Arpalegus, *hunc locum non inueniri in operibus Ambroſij, vt fatetur Salaçar cap. 42. ſæculo 4. ſed tantum citari in Officio Conceptionis edito à Bernardino de Ruſtos. Sed quia iā illud Officium reformatum eſt à Pio V. quia plura minus certa continebat, idcò non eſt magna authoritatis illa citatio. Videatur Bandellus, diſput. de Concept. in reſponſione*

ad decimam rationem, in 2. part. diſputationis.

259 Commune effugium Arpalegi eſt, negare authoritatem locorum, quæ pro ſententia negatiua afferuntur, & commune refugium Bandellus, cuius fidem nutare iam vidimus. Hoc autem teſtimoniũ eſſe Ambroſij, quidquid dicat Bandellus, latè contra ipſum probat Iacobus Granado, diſp. 3. de Concept. cap. 10. ex Breuiario Romano edito Lugduni, anno 1544. & edito Venetijs apud Iuntas ann. 1550. vbi dicitur, ſermones SS. PP. qui ibi referuntur, collatos eſſe cum proprijs exẽplaribus. Tum quia, vt ibidem aduertit Granadus, S. Ambroſius ſcripſit Commentarios ſuper Iſaiam, cuius rei irrefragabilis eſt teſtis ipſe Ambroſius lib. 2. in Lucam, quãuis hodie dicti commentarij non extent; & ibi veriſimile eſt reperiri prædicta verba ſuper illud Iſaiæ: *Egredietur virga, &c.* Deinde quidquid ſit de Officio Buſtos reformato à Pio V. certum eſt Pium V. non cenſiſſe hæc verba eſſe ex illis, quæ reformatione indigebant cum in Officio approbato ab eodem Pio V. pro Fratribus S. Franciſci nunc legantur, ex quo potius deducitur, hæc verba tanquam germanum Ambroſij fœtum eſſe approbata à Pontifice Pio V. præſertim ſi verum eſt, quod dicit Granadus inueniri in Officio Ambroſiano Eccleſiæ Mediolanenſis,

Mens S. Hieronymi.

260 DE Sancto Hieronymo ſic Arpalegus nu. 3. *S. Hieronymus, qui ab Eccleſia in exponendis ſacris Scripturis Doctor Maximus appellatur,* Pſ. 21.

ad

ad illa verba: *De manu canis vnicam meam*, hæc habet; *Anima Chriſti vnica dicitur, quia non habet peccatum illa ſola, & aliæ animæ ab ipſa mundantur*. Et exponens illud ad Galat. 3. *Conclusit Deus omnia ſub peccato*. Epiſt. ad Aglaſiam in reſponſ. ad 8. quæſt. ait: *Sententiam ſequimur Scripturarum, quia nullus homo abſque peccato ſit, abſque illo ſolo, qui peccatum non fecit, vnde per Salomonem dicitur, quod ſerpentis veſtigia non inueniuntur in petra*. Homil. 3. in Cantic. circa finem, ad illa verba: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per cancellos*, ait: *Nullus alius, niſi Chriſtus fuit, qui retia iſta ſuperare potuerit, omnes enim peccauerunt, & nemo mundus à ſorde, ſolus ergo eſt Dominus, & Saluator, qui peccatum non fecit, ſed peccatum eum pater fecit, vt in ſimilitudine carnis peccati, de peccato damnaret peccatum, vnde veniat ad iſta retia, ſed inuolui in eis ſolus ipſe non potuit. Sentit ergo, quod ſponſa, quæ Mariam adumbrat intra retia peccatorum fuit*. Hæc ſunt, quæ ex Hieronymo pro affirmatiua ſententia excerpit Arpalegus, alia plura loca afferens videnda apud Bandellum in 1. part. diſput. de Concept. cap 11.

261 Ad hæc Hieronymi teſtimonia, reſpondeo ex ipſo Arpalego, nam ipſe ſæpius (& ſpecialiter ad loca Hieronymi pro noſtra ſententia adducta) ait, quod cum Maria extollitur ſupra Angelos, & dicitur, quod fuit puriſſima, & incorrupta, & immaculata, & ſine peccato, intelligitur quoad peccatum actuale, nunc ſic: at negare non poteſt, ſi legit textum, in illis tribus locis, nuper ab illo adductis, ſermonem eſſe de peccato actuali: ergo ſicut ex illis

non colligitur, Mariam, quã adumbrat ſponſa fuiſſe intra retia peccatorũ actualium, ita non colligitur, fuiſſe intra rete peccati originalis. Imo ex verbis Hieronymi deduci poteſt Virginis immunitas, nam inde probat Hieronymus, Chriſti immunitatẽ, quòd ſerpentis veſtigia non inueniuntur in petra, per quã Chriſtus ſignificatur: atqui etiam petra adumbrat Mariam iuxta illud Iſaiæ 16. *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti*, vbi ad literam ſermo eſt de Incarnatione Verbi, & Natiuitate ex Maria, quæ vocatur petra deſerti. Vt aiunt Card. Hugo, & Viegas apud Cornelium, & Sanctium ibi, tum, & Guericus ſerm. de Annuntiat. etiam per petram, Virginem intelligit, nam explicans illud Zachariæ 4. *Et educet lapidem primarium*, ſic habet: *ſi ergo petra Chriſtus, vt ait Apoſtolus, non degenerat à Matre Filius, quando, & ipſa petra nomine cenſetur*: ergo in illa nõ inueniuntur ſerpentis veſtigia. Loca, quæ apud Bandellum inueniunntur, nõ eſt noſtri inſtituti examinare, & certum eſt, non eſſe efficaciora, quia non eſt credendum elegiſſe Arpalegum minus efficacia.

262 *Obijciunt*, inquit Arpalegus num. 4. *plura loca ex Epiſtola quadam ad Euſtochium, de Aſſumptione Virginis, ſed incertum eſt, an ſit Hieronymi, nam quamuis affirmet Belarminus, negat tamen Eraſmus, & aliqua notat in ipſa indigna Hieronymo, & etiam attribuit Sophronio, & ſi quid dicit contra ſententiam affirmatiuam, ſolum eſt, quod nullo modo fuit corrupta, quod fuit immaculata: quod facilè verificatur de puriſſima virginitate Maria. Dicit etiam, quod Maria gratia maior fuit,*

quàm

quàm Angelorum, quod ſicut illi fuerunt firmati, ne caderent, ita & Maria, ſed comparatio verſatur in ordine ad peccata actualia, nam Angeli non erant capaces originalis. Sic diſcurrit Arpalegus.

263 Hæc ſolutio in primis ruit, ex eo quod ſola Eraſmi Auctoris damnati, nulliuſque fidei, & inconſpurcandis SS. PP. voluminibus vſitatiſſimi, aſſertione, negat Epiſtolæ ad Euſtochium authoritatem, præferendo Eraſmum Belarmino Cardinali de Eccleſia optimè merito. Deinde, quia vt vidimus ſup. num. [ ] non facilè verificatur, quod Virgo nullo modo fuit corrupta, & quod fuit immaculata, intelligendo illud de puriſſima virginitate, nam vt ipſe Arpalegus in regulis ſupra traditis fatetur, SS. PP. & per conſequens Hieronymus, qui dicunt Virginem fuiſſe incorruptam, & immaculatam, non ſolum loquuntur de integritate, & incorruptione quoad corpus, ſed etiam quoad animam, & in ordine ad peccatum: atqui quoad incorruptionē corporalem, non verificantur facilè, niſi intelligatur Virgo præſeruata ab omni corruptione, nec ſufficit, vt ſit mundata: ergo ſimiliter non verificantur de puritate animæ, niſi Virgo intelligatur præſeruata ab omni labe peccati, etiam originalis.

264 Denique falſum eſt, quod comparatio inter Mariam, & Angelos verſatur ſolum in ordine ad peccata actualia, nam licet Angeli non fuerint capaces peccati originalis, & Maria fuerit capax, tamen comparatio eſt inter non caſum Mariæ, & non caſum Angelorum: neque dubitari poteſt, quod ſi Virgo contraxit peccatum originale, verè cecidit,

nam

nam cadere etiam poteſt quis ſine propria volunta-te,imò potius dicitur cadere, qui inuoluntariè ca-dit, quam qui voluntariè,iſte enim enim non dicitur cadere, ſed ſe præcipitem dare,vel ſe proijcere: at-qui S. Hieronymus dicit, Mariam fuiſſe firmatam, ne caderet, ſicut Angeli: ergo intelligit eſſe firma-tam ne caderet in originale,ſicut illi ne caderent in actuale, licet ipſorum caſus fuerit voluntarius,& li-ber. Confirmatur, quia ſicut in Angelis primum peccatum fuit actuale, ita in Maria primum pecca-tum eſſet originale: non cadere autem propriè dici-tur, qui nec primum caſum ſuſtinuit, non qui poſt caſum ſurrexit: ergo ſi Maria fuit firmata, ne cade-ret,ſicut Angeli, firmata fuit,ne primum caſum pa-teretur,aliàs nulla eſſet comparatio.

265 Aliud teſtimonium S. Hieronymi obijcit ſibi Arpalegus (quod etiam dicit facilè explicari) illud eſt ex Pſ. 77. ad illa verba: *Deduxit eos in nube diei*. vbi ait: *Nubes dicitur B. Virgo,& nubes diei,quia non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce*. Sed inquit,*hoc ſic verificari, nam ex quo accepit primam gratiam (ſiue hoc fuerit in primo inſtanti ſui eſſe, vel non) nunquam vel leuis ſaltem peccati venialis nubecula, gratiæ nitorem obſcurauit.*

266 Sed facilius impugnatur ſolutio,quàm ex-plicatur Hieronymus, nam in illo ſenſu, etiam poſ-ſet dici de Ioanne Baptiſta (de quo probabiliter di citur,non commiſiſſe venialia) quod ſit, *nubes diei*, quia ex quo accepit primam gratiam, nunquã eius nitorem leui vmbra peccati obſcurauit, vnde canit Eccleſia: *ne leui ſaltem maculare vitam, &c.* Deinde verba

verba Hieronymi ſatis indicant Virginem à primo inſtanti fuiſſe luce gratiæ circumfuſam, nam illud, *ſemper*, comprehendit omne tempus, vnde non eſt cur limitetur ad aliquod inſtans ſpeciale, non cõprehenſo primo inſtanti, alias cum Virgo dicitur ſemper Virgo, non ſignificaretur fuiſſe Virginem per totum tempus vitæ ſuæ, quod eſſet hæreticum. Confirmatur ex verbis ſupra citatis, num. 83. quæ non negat Bandellus eſſe Hieronymi; *qui quid in Maria geſtum eſt, totum puritas, totum veritas, totum gratia fuit*. Præterea illud, *ſemper*, poſitum aduerſatiuè poſt illud, ***non***, ſignificat nunquam Mariam fuiſſe in tenebris, quod non verificatur, ſi in primo inſtanti in tenebris originalibus fuiſſet: vnde in aliquibus codicibus inuenitur, loco, ***non***, nunquam fuit in tenebris: ergo non verificatur Hieronymus, niſi liberetur Maria ab originalis peccati contractione.

Mens B. Gregorij.

267 SAnctum Gregorium citat in primis Arpalegus num. 5. pro ſententia affirmatiua, Homil. 9. in Ezechiel, vbi ait: *Quid lumborum nomine, niſi propago mortalitatis exprimitur?* Quod etiam explicat lib. 25. moral. cap. 1. ſcilicet: *Quia mortalitatis propagatione naſcimur, radicis amaritudinem, quaſi in virgulto retinemus*. Hoc ſuppoſito conſequenter addit in primo loco: ***de lumbis enim Abrahæ, Virgo mater exiuit, in cuius vtero, vnigenitus Patris per Spiritum ſanctũ incarnari eſt dignatus***: *ſentit ergo, quod* B. *Maria de propagine mortis venit*. *Pluribus etiã alijs*

locis

locis ait, ſentire Gregoriũ, ſolũ Chriſtũ fuiſſe immunem ab hoc peccato, ſpecialiter lib.9. moral. cap. 31. ad illa verba *Qui poteſt facere mundũ de immundo conceptũ ſemine, & lib. 8. moral. cap. 12. ad illa verba, non adaquabitur ei topaziũ de Aetiopia. Et tandẽ* Homil.8.*ſupra Ezechiel. vbi ait: In ſolo Chriſto cõplacuiſſe Patrẽ, quia in ſolo Chriſto non inuenit culpã.* Et concludit, *in omnibus ſcriptis Magni Gregorij non eſſe aliquod verbũ, ex quo ſententia negatiua aſſertores aliquid dubiũ, uel aequiuocum potuerint inuenire, quod obijciant ſententiæ affirmatiuæ.*

268. Sed ſicut hoc eſt falſum, ita falſum eſt, ex ſupra citatis locis colligi mentem Gregorij fuiſſe, Virginem contraxiſſe originale peccatum. In primis enim ſicut de Virgine, ita de Chriſto Domino dicitur, naſci ex lumbis Abrahæ, Iſac, & Iacob, & in fœmore datur ſignum Chriſti venturi ex progenie Abraham, & ad Dauid dicitur: *De fructu ventris tui ponam, &c.* & tamen inde non infertur, duxiſſe amaritudinem culpæ, licet lumborum nomine, & fœmorum mortalitatis propago exprimatur. Teſtimonia Gregorij dicentis, ſolum Chriſtum fuiſſe ſine peccato, vt patebit, textus citatos ab Arpalego legenti, ſolum probant Chriſtum ex vi naturæ, vt ſæpius diximus, non contraxiſſe peccatum, & idem inuenitur in citata Homilia ſuper Ezechiel & nihil amplius; quòd ſi ex complacentia Patris in Filio, & quia hunc inter homines hominem creaſſe non pœnituit, colligitur Chriſtum fuiſſe ab hoc peccato immunem, etiam ex complacentia filij in matre, quam non pœnituit mulierem, & matrem creaſſe, poſſu-

poſſumus priuilegium immunitatis colligere.

269 Denique non eſſe minoris argumenti verba Gregorij ab Arpalego citata pro ſententia affirmatiua, quàm quæ inuenimus pro ſententia negatiua, quidquid dicat inueniri non poſſe, videtur certum. Nam ſicut per conſequentiam ex alijs locis deducit Arpalegus peccati contractionem in Virgine, ita nos per conſequentiam, immunitatem deducimus. Quis autem noſtrum melius conſequētiam deducat, iudicent Lectores, S. ergo Gregorius explicans illud Iſaiæ 2. *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice mõtium*, hæc habet; *mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ ſupra omnes ſanctos reſulſit, &c. An non mõs ſublimis Maria, quæ vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes Angelorũ choros, vſque ad ſolium Deitatis erexit*, & rurſus. *Nã mons in vertice montium Maria non fieret, ſi ſupra Angelorum altitudinem, hanc diuina fœcunditas nõ leuaret.*

270 Ex quibus verbis ſic cõficio argumentum: Maria dicitur à Gregorio mons, comparata cum ſanctis omnibus, & cum Angelis, neque poſſe verificari de ipſa, quod ſit mons in vertice montium ait, niſi omnes Angelos exceſſerit in gratia, ſed non excedit ſanctos, & Angelos, ſi contraxit originale peccatum, ergo legitima conſequentia deducitur ex Gregorio, non contraxiſſe. Minor probatur, quia ſi contraxit peccatum originale, inferior eſt Angelis, quia fuit aliquando in tenebris, in quibus Angeli nunquam fuerunt, & ipſa ſemel cecidit, Angeli verò nunquam, vnde non eſſet mons in vertice mõ-

Digitized by Google

tium, neque ei eſta fuiſſet vſque ad ſolium deitatis, ſed mons infra verticem montium, ſcilicet Angelorum. Tùm etiam, non eſſet ſuperior ſanctis quia multi ſunt ſanctificati in vtero, & per conſequens æquales Mariæ, ſi ſolum fuit in vtero ſanctificata. Nec obſtat, quod ſuperauerit illos non committendo venialia. Tùm quia, vt diximus, non deſunt, qui de Ioanne Baptiſta id affirment, & de Angelis dubitari non poteſt, non commiſiſſe venialia. Tùm quia, hoc non eſt ſuperare ſanctos omnibus modis, ſed tãtum aliquo modo, quod non eſſet ſupra omnes vſque ad ſolium deitatis erigi: ergo meliori conſequentia ex verbis Gregorij immunitas Mariæ à peccato originali infertur, quàm ab Arpalego inferebatur eius contractio.

ARTICVLVS VI.

(Etſi iuxta Arpalegum iterum quintus)

An Doctores Scholaſtici, facto ex antiquis, & modernioribus vno agmine, aliquid præſtent ad proximam definibilitatem ſententiæ negatiuæ.

SVB ARTIC. I.

An D. Thomas ſanè, & ritè intellectus faueat huiuſmodi definibilitati.

271 D*Icendum eſt abſque dubio*, inquit nu. 1. Arpalegus, *mentem S. Thomæ, ſemper fuiſſe Bea-*

Beatam Virginem Mariam, non in primo inſtanti conceptionis, ſed poſt illud, recepiſſe primã gratiam ſanctificatiuam, & mundatiuã peccati originalis. Et quamuis pluries dixerit S. Thomas, Mariã non fuiſſe ſanctificatã ante animationem, quia nondũ erat capax gratiæ, & ſanctitatis, vt videre eſt in 4. diſt. 43. q. 1. art. 4. ad 3. & in 3. diſt. 3. q. 1. artic. 1. quæſt. 1. & 2. & ibidẽ ad Anibaldum, & 3. part. q. 27. art. 2. ac proinde, licet negauerit caruiſſe debito incurrendi: hinc tamen non ſequitur, quod aliquando dixerit, vel intenderit, quod B. Maria non fuit ſanctificata poſt animationem, vel dixerit caruiſſe debito peccati in primo inſtanti, & cum his rectè componitur, quod cenſerit S. Thomas, quod B. *Maria in primo inſtanti ſuæ conceptionis, & animationis, quod propriè dicitur conceptio B. Mariæ, contraxerit in propria perſona debitum carendi iuſtitia originali, quod idem eſt ac contrahere peccatum, quod inuoluit huiuſmodi debitum actualis carentiæ iuſtitiæ originalis, quod ipſe inſinuat in 3. loco citato, & in 4. diſt. 43. quæſt. 1. artic. 4. q. 1. ad 3.*

272 His prælibatis, probat num. 2. aſſertum ex verbis S. Thomæ expreſſis, ſpecialiter opuſculo 8. vbi ait: *Chriſtus excelluit B. Virgini in hoc, quod ſine originali conceptus, & natus eſt, B. Maria in originali eſt concepta, ſed non nata.* Et Pſalm. 13. ad illa verba: *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, ideſt vſque ad Chriſtum, quia ipſe ſolus, nec peccatum contractum habuit, nec commiſſum: B. Virgo habuit contractũ peccatum. Idem habet quodlibet. 6. q. 5. artic. 7. & quod ſolus* Chriſtus *non contraxit peccatum docet Pſ. 45. ad illa verba: Sanctificauit Tabernaculum ſuum, & Pſalm. 50.*

ad illa verba ; In peccatis concepit me mater mea. Hæc Arpalegus.

273 Hæc ſunt tantummodo teſtimonia, quæ Arpalegus ex S. Thoma adducit pro ſententia affirmatiua, quod ſignum eſt de alijs parum confidere, habereque facilem explicationem, ideoque ab eo fuiſſe omiſſa, quæ & nos etiam ab eorum interpretatione abſtinemus: potuiſſet certè etiam iſta omittere, nam vt videbimus etiam facilè exponuntur. Mirum enim eſt, quod cum ipſe poſtea in hoc ſubarticulo aſſerat, mentem alicuius Doctoris deſumendam eſſe ex his, quæ docet, quando ex profeſſo pertractat quæſtionem, non verò ex his, quæ quaſi per tranſennam dicit, vel exempli gratia, vel gratia ſolutionis, nullum adducat teſtimonium S. Thomæ ex locis, in quibus ex profeſſo tractat, vel tractare debuiſſet hanc quæſtionem (nam eam omiſiſſe probauimus num. ex Caietano.) Quod profectò argumento eſt, ſolum vbi ex profeſſo pertractat hanc quæſtionem, non eſſe expreſſum, poſſeque ritè, & rectè iuxta Angelici Doctoris doctrinam intelligi de debito contrahendi, non verò de actuali contractione. Quod quia latè probatum eſt à fideliſſimo eius diſcipulo Ioanne à S. Thoma ex Ordine Prædicatorum, cuius verba formalia, tranſcripta inuenientur apud Armamentarium, ideò non tranſcribimus. Itaque præcitatus S. Thomæ diſcipulus, & huius tēporis clariſſimus Thomiſta, pro ſcopo ſuæ diſputationis aſſumpſit probare, mentem S. Thomæ nunquam fuiſſe aſſerere, Virginem commiſiſſe actualiter peccatum originale, ſed ex vi decreti debuiſſe

illud

Digitized by Google

illud contrahere, & in hoc ſenſu eſſe eius verba intelligenda.

274 Quo poſito nunc ago contra Arpalegum ex ipſius mente: per te mens alicuius Doctoris depromenda eſt ex ijs, quæ docet quando pertractat ex profeſſo quæſtionem; ſed S. Thomas quando pertractat ex profeſſo quæſtionem de peccato originali, & de ſanctificatione Virginis, vbi videbatur debuiſſe agere de noſtra quæſtione, vt docet Ioannes à S. Thoma, loquitur de debito ex vi legis: ergo quando in Pſalm. & locis ſupra citatis, dixit contraxiſſe peccatum, intelligendus eſt de debito, & non de actuali contractione, vel ad minus, non erit violenta interpretatio, ac proinde S. Thomas ritè, & rectè intellectus, non eſt cōtrarius definibilitati opinionis negantis actualem contractionem.

275 Quod quidem ſatis potuiſſet colligere ex locis ſupra citatis, præſertim in 4. diſt. 43. artic. 4. ad 3. vbi S. Thom. expreſſe docet, ſufficere ad hoc, vt aliquis dicatur indigere redemptione Chriſti, ꝙ ſaltem debitum incurrat. Ex quo fit, quod cum tota ratio, ob quam Arpalegus, & aduerſarij habere exiſtimant tanquam patronum ſententiæ affirmatiuæ S. Thomam, ſit, quia aliàs ſequeretur, non indiguiſſe redemptione Chriſti, & ex alio capite ex S. Thoma, ſanè, & ritè intellecto, ſufficiat ad hanc indigentiam, debitum: non ſequitur ex vi doctrinæ S. Thomæ Virginem contraxiſſe culpam, ſed ad ſummum debitum, verba S. Thomæ ſunt: *Oportet autem ponere, quod quilibet perſonaliter indigeat redemptione Chriſti, non ſolum ratione naturæ, liberari autem à ma-*

lo,

lo, vel à debito abſolui non poteſt, niſi qui debitum incurrit, vel in malum deiectus fuit. Vide Sanctum Doctorem diſtinguere debitum à contractione, & ad redemptionem ſufficere, vel debitum incurriſſe, vel culpam, ac per conſequens, ex vi doctrinæ S. Thomæ conceſſo debito incurrendi peccatum in Virgine, ſaluatur, quod indiguerit Chriſti redemptione, proinde benè ſtat cum eius doctrina, quod non caruerit debito incurrendi, & tamen actu non contraxerit culpam. Huic doctrinæ, velis, nolis, aſtipulatur Caiet. 1.2. q.81. artic.3. his verbis; *Si enim peccatum originale, vel in actu, vel in neceſſitate habendi illud, quis non incurreret, non egeret redemptione, quod hæreticum eſſet dicere, ſed ſi omnes obnoxij ſunt peccato originali, ſufficit ad indigentiam redemptionis: neque enim ſolum redemptione eget, actualiter captiuus, ſed etiã obnoxius captiuitati*. Hæc ille, qui communi Thomiſtarum plauſu, mentem Angelici Doctoris aſſequutus eſt.

276 Quod autem in via S. Thomæ benè componatur incurrere debitum, quin incurratur culpa, probari poteſt ex citato loco, vbi addit Sanct. Doctor, Deum poſſe liberare à morte eos, qui reatum mortis contraxerunt incurrendo peccatum originale: vnde non benè ſequi, ait, non incurriſſe debitum moriendi, & peccatum originale, in quo tale debitum includitur, ex eo quod aliqui non moriantur de facto, *quia Deus poteſt*, inquit Sanctus, *ex miſericordia alicui relaxare pœnam, ad quam obligatur ex culpa præterita, ſicut adulteram ſine pœna dimiſit, & ſimiliter poterit liberare à morte eos, qui reatum mortis contraxerunt;*

runt;

runt; ergo ſimiliter ex vi argumenti S. Thomæ potuit Deus liberare à morte culpæ eos, qui reatum culpæ contraxerunt, ac per conſequens componitur cum incurſione debiti non contractio culpæ.

377 Quid? quod S. Thomam intelligendum eſſe de debito, quando aſſerit Virginem contraxiſſe peccatum, confirmari poteſt, ex eo quod alias videretur ſibi contrarius, nam alicubi dicit, Virginem contraxiſſe peccatum, alibi docet, fuiſſe à peccato immunem: ſed hoc faciliter concordatur, ſi dicatur, vbi dicit contraxiſſe peccatum, intelligi de debito: vbi verò dicit, eſſe immunem, intelligatur de actuali contractione, ne ſanctus videatur ſibi contrarius: ergo ritè intellectus S. Thom. non opponitur ſententiæ negatiuæ. Neque dici poteſt non dari teſtimonia S. Thomæ, in quibus dixerit Virginem non contraxiſſe peccatum originale, nam in primis obijcit ſibi Arpalegus num. 3. illud ex 1. diſt. 44. quæſt. 1. artic. 3. ad 3. *Talis fuit puritas B. Virginis, quæ peccato originali, & actuali immunis fuit, tamen ſub* Deo, *quia in ea fuit potentia peccandi*. Cuius teſtimonij vim auget, cum vult Arpalegus eam eneruare. Reſpondet enim primò, *quod fuiſſe immunem verificatur ſatis, licet contraxerit Virgo peccatum originale, per hoc quod perfectè fuerit ſanctificata, hac enim ratione dicit S. Thomas in 2. diſt. 31. artic. 2. ad 1. quod Baptizatus eſt immunis à peccato, & Canoniſtæ habent expreſſum textum de purgatione canonica cap. fin. Quod ille, cui eſt dimiſſũ peccatum per pœnitentiam, dicitur immunis à peccato. Videatur Ioannes à S. Thoma tract. de approbatione doctrinæ. S. Thomæ diſp. 2. art. 2. vbi ait, quod illud verbum.*

bum, immunis, non eſt expreſſum pro ſententia negatiua. Ex quo impugnatur Salaçar, qui conatur probare non eſſe adhibendam fidem S. Thomæ, quia fuit teſtis varius, cum hic dixerit Virginem non contraxiſſe peccatum originale, & alibi contrarium dixerit.

278 Sed omiſſa quærela iſta, mihi enim non eſt teſtis varius S. Thomas, & ſi varius, non ideò fide indignus, cum ipſe nobis det normam adhibendæ ipſi fidei, vt oſtendam: contra Arpalegi ſolutionẽ ſic inſurgo; licet verbum, *immunis*, habere poſſit vtramque ſignificationem immunitatis, ſcilicet præſeruatiuæ, vel liberatiuæ, tamen in hoc loco, ſignificare præſeruatiuam, dubium eſſe non poteſt, quia illa particula, *immunis*, æqualiter ponitur à S. Thoma circa peccatum actuale, & originale: ſed circa peccatum actuale ſignificat immunitatem præſeruatiuam (aliàs impingeremus S. Thomæ errorem, affirmantem Virginem commiſiſſe actualia) ergo & circa originale. Confirmatur, quia eodem peccato verificatur Virginem fuiſſe immunem ab actuali, per hoc quod perfectè fuerit ab illo mundata: atqui hoc non obſtante per te, ibi ſanctus circa actualia venialia non intelligitur de immunitate liberatiua, ſed præſeruatiua: ergo, &c.

279 Præterea impugnatur ſolutio Arpalegi ex his, quæ addit ex S. Thoma, & ex textu Canonico, vbi dicitur, immunis, qui à peccato abſoluitur, nã etiam habetur l. decem, de verbor. ſignif. l. non vtique, ff. de exception. quod miles ab alio milite liberatus, ne in hoſtium poteſtatem veniret, etiamſi nunquam ſeruus eius extitiſſet, liberatus cenſetur,

& Au-

Digitized by Google

& Auguſt. cuius verba dedimus ſupra num. idem docuit in illud Pſal. 85. *Eruiſti animam meam, &c.* Ex quibus locis infertur, quod ſicut verbum, *immunis*, ſignificat mundationem, & præſeruationem, ita etiam verbum, *libertas*, vtramque libertatem ſignificat, & ſicut ex antecedentibus, & conſequentibus colligitur, quando libertas hanc, vel illam ſignificet, ita etiam debet colligi, quando immunitas ſignificet præſeruatiuam, vel liberatiuam, ac per conſequens non benè citari ab Arpalego S. Thomam, & Canonem illum pro ſua ſolutione, quia ibi ex antecedentibus, & conſequentibus, clarè patet, ſermonem fieri de immunitate mundatiua; hic autem vt probatum eſt, ipſe ſanctus pręber nobis fundamentum de immunitate pręſeruatiua, cum illud verbum, *immunis*, æqualiter tãgat peccatum originale, & veniale, de quo certum eſt, intelligendum eſſe de immunitate præſeruatiua.

280 Impugnatur deindè ex verbis, quæ Arpalegus in obiectione omiſit, & ab omnibus communiter ponderantur pro ſententia pia, quibus cum Arpaleg. ſolutionem non adhibuerit, argumẽto eſt, eam adhuc apparentem non inueniſſe, nam S. Doctor ait; *Dicendum quod puritas intenditur per receſſum à contrario, & ideò potuit aliquid creatum inueniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis, ſi nulla contagione peccati inquinatum ſit, & talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, &c.* Ex quibus verbis ſic arguo; Puritas Virginis eſt talis, vt non ſit poſſibile aliquod purius eſſe in rebus creatis; quę puritas conſiſtit, vt nulla cõtagione peccati inquinata ſit: ſed contrahere originale peccatum, eſt inquinari contagione peccati, quod

Digitized by Google

propriè contrahi dicitur ex contagione: ergo mens S. Thomæ ritè,& rectè intellecti eſt, Virginem non contraxiſſe originale,cum tantã velit eſſe puritatem Mariæ,vt ab omni contagione peccati ſit libera. *Auget* argumenti vim, illud, *nulla*, quod excludit omnẽ contagionem,& illud, *quo nihil purius eſſe poteſt*, quia aliquod purius Virgine poſſet eſſe in creaturis, ſi Virgo eſſet contagione peccati originalis coinquinata, quia poteſt à Deo creari perſona ſine tali contagione.

281 Vlterius impugnatur ſolutio Arpalegi ex illis verbis S. Thomæ; *tamen ſub Deo, quia in ea fuit potentia peccandi*; in quibus duo conſidero. Primum, quod illa potentia peccandi ſignificat illud debitum naturæ, quo peccato tàm actuali, quàm originali obnoxia eſt, & propter quod non poteſt dici impeccabilis, ſicut Chriſtus, & hoc debitum habet Virgo tàm reſpectu actualis, quàm originalis, in quo eſt ſub Deo, ideſt, Chriſto inferior. Secundum, quod S. Thomas ibi per illa verba; *tamen ſub Deo*, ſignificat inferioritatem ſanctitatis B. Mariæ reſpectu Chriſti, & nullam aliam aſſignat rationem huius inferioritatis, niſi quia Virgo habuit potentiam peccandi, quam Deus non habet; at ſi contraxiſſet peccatum originale, non eſſet ſub Deo tantum, quia habuit potentiam peccandi, ſed etiam, quia actualiter peccatum contraxit: ergo vel falſa eſt doctrina S. Thomæ, dicentis Virginem eſſe ſolum inferiorem Chriſto, quia habuit potentiam peccandi; vel S. Thomas ſolum vult, Virginem eſſe Deo inferiorem in potentia peccandi, tàm in ordine ad peccatum originale, quàm actuale, licet ab vtroq; fuerit eodem pacto immunis.

Secun-

282 Secundò reſpondet nu. 4. Arpalegus, quod ſupra innuimus, ſcilicet, *mentem S. Doctoris non eſſe ex hoc loco colligendam, ſed ex alijs, vbi quæſtionem pertractat. Idque probat ex doctrina eiuſdem S. Thomæ varijs in locis, & concludit ſic: quod cum S. Thom. quando ex profeſſo agit de hac quæſtione, teneat, quod B. Maria fuerit concepta in peccato originali, inde colligenda eſt eius mens, non ex ſolutione vnius argumenti in extraneo loco, ac proindè nunquam conuincitur, quod ſit teſtis varius, quia tunc aliquis teſtificatur, quando propriam mentem manifeſtat, non autem quando promiſcuè aliorum dicta recenſet, ideòque Matth. 16. dum Chriſtus quærit: Quẽ dicunt homines eſſe filium hominis, reſpondet Petrus, alij Ieremiam, alij Eliam, &c. cum autem Chriſtus propriam ſententiam extorqueret, dicens: Vos autem quem me eſſe dicitis, reſpondet Petrus: Tu es Chriſtus filius Dei viui: nec ideò eſt teſtis varius, quia prius loquebatur in aliena ſententia, poſtea in propria.*

283 Sed hãc ſolutionem pro nobis eſſe, iam ſup. num. probauimus, quia loca quæ Arpalegus citat non ſunt ex illis, vbi ſanctus ex profeſſo quæſtionẽ pertractat. Loca autem vbi ex profeſſo eam pertractat, ſolum eſſe intelligenda ex vi decreti, vidimus cum Ioanne à S. Thoma, quem neſcio, cur Arpalegus nolit ſequi in intelligentia mentis S. Thomæ, & velit, vt nos ſequamur ipſum in intelligentia verbi, *immunis*, quod reperitur in textu S. Thomæ. Præterea S. Thomas teſte Caietano, non tractauit ex profeſſo quæſtionem hanc, ſed vbi eam debuerat tractare, abſtinuit; vnde falſum eſt, quod S. Thomas, vbi ex profeſſo agit de hac quæſtione, teneat partem affirmati-

uam, vt vult Alpalegus. Quod autem ſanctus abſtinuerit ab hac quæſtione, atteſtatur Caietanus reddēs rationem, cur non inquireret, *an Virgo fuerit ſanctificata in inſtanti animationis*, his ad rem aureis verbis; *abſolutè loquendo inter illas duas poſitiones extremas, ſcilicet, quod fuerit ſanctificata, vel ante infuſionem animæ, vel poſt infuſionem animæ, eſt poſitio media, quod fuit ſāctificata in inſtanti infuſionis animæ, cuius opinionis Auctor hic non meminit, quia tempore ſuo non erat adinuēta.* Ex quibus verbis apertiſſimè colligitur, quod S. Thomas non pertractauerit quæſtionem iſtā ex profeſſo, ac proindè vel non eſſe, vnde colligatur eius mens, vel colligendam eſſe ex alijs locis, & conciliādos eſſe textus, vel dicendo, quod diximus ſupra à num. ſcilicet intelligi de debito, quando dicit eſſe conceptam in peccato, & intelligi de actuali contractione, quando id negat: vel ſi mauis dicēdo, quod cum dicit conceptionem eſſe in peccato, intelligatur de conceptione, prout ſignificat formationem fœtus, vt ipſe ſanctus docet; cum verò dicit in alijs locis eſſe Virginem à peccato originali immunem, intelligatur de conceptione, prout dicit inſtans infuſionis animę, quæ eſt propria conceptio.

284. Quod ſi nolis his concordantijs acquieſcere; neceſſariò debes fateri, Sanctum fuiſſe teſtem varium, quia non minus loquebatur ex propria ſentētia in vno loco, quàm in alio; vnde exemplum Petri, ex Matth. 16. non eſt ad rem, nam dum Chriſtus quærit, *quem dicunt homines, &c.* non interrogatur Petrus, vt propriam, ſed aliorum ſententiam proferat, ideoque reſpondet; *alij Ieremiam, &c.* cum autem Chriſtus di-

cit, *vos autem, &c.* interrogatur, vt ſuam, & diſcipulorũ ſententiam declaret: at cum S. Thomas dicit, *Virginẽ* fuiſſe ea ſanctitate præditam, quæ maior ſub Deo eſſe nequit, & quod ſolum eſt ſub Deo, quia habuit potẽtiam peccandi, non ad alicuius interrogationem, aliorum ſententiam exquirentis reſpondet, ſed proprium iudicium de Mariæ ſanctitate exponit; ergo ſi dum dicit eſſe in peccato conceptam, loquitur etiam in propria ſententia, vt tu aſſeris, niſi concilientur textus modo ſupradicto, ſibi ipſi eſt contrarius, & per conſequens teſtis varius.

285 Obijcit ſecundò ſibi Arpalegus commune illud argumentum, ex quo mens S. Thomæ efficaciter depromitur, ſcilicet S. Thomam eo negaſſe puritatem conceptionis, tùm quodlibet. citato, tùm, 3. part. quæſt. 27. artic. 2. quia Eccleſia Romana non celebrabat feſtum Conceptionis, ſed tolerabat in aliquibus Eccleſijs particularibus; ergo ſi modo viueret, teneret ſententiam negatiuam, quia modo celebratur dictum feſtum ab Eccleſia Romana. Confirmatur, quia Cardinal. Iuſtinian. in procemio ad omnia opera S. Thomæ in editione Romana, dicit, quod iuſſu Pij V. plura loca emendauit, vel mutauit in D. Thoma, quæ videlicet, vel ipſemet commentator viuens emẽdauerat, vel ſi viueret emendaſſet, vt ſe conformaret ordinationi Eccleſiæ, & decretis Concilij Tridentini; ergo præſumendum eſt, quòd ſi modò viueret, corrigeret ſuam ſententiam in hac parte, vt ſe conformaret communiori fidelium ſenſui.

286 Reſpondet Arpalegus num. 5. *quod tantum eſt diuinare, aſſerere, quod modò mutaſſet ſententiam S. Tho-*

Thomas, quia de futuris contingentibus, nemo nouit, niſi Deus, & modo viuit S. Thomas in diſcipulis, qui non mutant ſententiam, quam ab ipſo temporum ſucceſſione acceperunt. Et si modò celebratur ab Ecclesia Romana feſtum Conceptionis, præcauetur etiam à ſummis Pontificibus, non eſſe ſuæ intentionis per hoc aliquod præiudicium inferre ſententiæ affirmatiuæ, ac proindè ex huiuſmodi celebratione, non ſequitur, quod mutaſſet ſententiam S. Tho. Ad confirmationem reſpondet, *ibi eſſe ſermonem de locis ſacræ Scripturæ, quos emendauit Cardin. Iuſtinianus iuxta ordinationem Concilij Tridentini.* Ita Arpaleg.

287 Sed contra reſponſionem ad argumentum, eſt facilis inſtantia, nam diſcipuli S. Thomæ hodie tenent, *V*irginem fuiſſe ſine peccato conceptam, inter quos ſunt tres ſancti, & ex illis *B.* Ludouicus Bertrãdus, de quo ait Iuſtinianus Antiſt. in eius vita, non ſemel prædicaſſe, quod ſi ſancti viuerent modò, mutaſſent ſententiam, imò S. P. Dominicum aſſeruiſſe, & prædicaſſe ſententiam negatiuam, eſt conſenſus multorum filiorum eius. In manuali Prædicatorum, inuenitur decretum Prouinciale in Capitulo Hiſpali celebrato, vbi omnes Patres illius Capituli declarant, ſe mutare ſentẽtiam, quia iam eo tempore (quod erat per annum 1524.) tota ferè Eccleſia ſentiebat Virginem ſine originali conceptam. Verba decreti à multis afferuntur, vbi poſtquam decernitur, non eſſe curandum de ſententia affirmatiua, concludit, reddẽs rationem his verbis: *Præſertim cum tota ferè Eccleſia,* (cuius vſus, & authoritas ſecundum B. Thomam 2. 2. quæſt 10. art. 13. & 3. part. quæſt. 68. artic. 10. præualet dictis Hieronymi, & dictis cuiuſcumq; alterius Do-

ctoris) *iam aſſerat quod fuit præſeruata.* Vnde arguo cõtra Arpalegum; S. Thomas per te in diſcipulis ſuis viuit; ſed in diſcipulis mutat ſententiam; ergo ſi viueret, mutaret ſententiam.

288 Deindè probo, non eſſe diuinare, S. Thomã mutaturum ſententiam, ſi viueret, ſed magno fundamento diſcurrere, ex ſimilibus ad ſimilia, nam in primis Thomiſtæ concordantes S. Thomam num. 1554. dicunt de quadam ſententia S. Thomæ, quam mutauit in partibus, cum contrariũ docuiſſet in libris ſententiarum, quod quando ſcripſit ſuper libros ſententiarum erat Baccalareus, quãdo verò compoſuit ſummam Theologiæ, erat S. Theologiæ Doctor, & Magiſter: ergo ſimiliter dicendum eſt, mutaturum ſententiam ſi nunc viueret. Imò eam mutaſſe de facto probat reuelatio facta Epiſcopo Fantino, quam referunt Bernardinus de Buſtos, Nouarinus, Lezana, alijque permulti, cui admiranti, quod S. Thomas affirmatiuã ſententiam ſequeretur, apparuit ſanctus, & his verbis eum adloquutus eſt: *Scias Domine Epiſcope, quod quãdo talem opinionem poſui, ſolum habui reſpectum ad diuinum ſtatutum, quo B. Virgo peccatum originale contrahere debebat, niſi per filium ſuum fuiſſet præſeruata, ſed Dei filius Matrẽ ſuam ab originali macula præſeruauit.* Quæ omnia Vicarius eiuſdem Epiſcopi fidem facit ſe ab eodem Epiſcopo proprijs auribus audiuiſſe: ergo nõ eſt diuinare, quod ſi viueret, mutaret ſentẽtiam, cum viuens in patria, eam mutauerit. Quod ſi ſtandum eſt his, quæ dixit cum erat Doctor, quia quando contrarium dixit erat Bacalaureus, potiori iure ſtandum erit his, quæ dixit quando iam eſt Beatus, & compre-

prehenſor, licet contrarium dixiſſet, cum eſſet viator.

289 Confirmatur, nam cum 2.2. quæſt. 64. art. 7. doceat effici irregularem, qui alterum ſe defendendo occidit, cuius contrarium iure nouo in Clementina vnica de homicidio decretum eſt, reſpondet Caietanus, *quod si hæc lex tempore S. Thomæ ſtetiſſet, non ſcripsiſſet hoc*, quod etiam dici poſſet de alijs, quæ docuit S. Thomas (vt volunt multi) quorum oppoſita declarata ſunt vt vera, à Sede Apoſtolica, vti ſunt; non conſtitui ſtatum Religionis per vota ſimplicia: quod non poteſt ſummus Pontifex diſpēſare in voto ſolēni caſtitatis: nam proculdubio ſi viueret reuocaret iſta, nec ea ſcripſiſſet, ſi decreta Pontificia ſtetiſſent ſuo tempore, & vſus diſpenſandi in voto ſolemni: ergo cum fundamento, & ſine diuinationis nota, poſſumus philoſophari à ſimili, quod ſi tempore S. Thomæ ſtetiſſet conſuetudo, quæ in Eccleſia Romana nunc viget, celebrandi feſtum Conceptionis, non ſcripſiſſet hoc, & per conſequens, ſicut ſi modò viueret, mutaret ſententiam de irregularitate, quam docuerat qu. 64. citata, ita nunc ſi viueret, mutaret ſententiam in materia de Conceptione, cum tota ratio negandi puritatem Conceptionis, ea ſit, quod Eccleſia Romana non celebrabat feſtum Conceptionis, quæ hodie non ſolum ceſſat, ſed contraria eſt, cum Eccleſia Romana feſtum Conceptionis celebret in eo ſenſu, in quo tēpore S. Thomæ ſolum tolerabat, quod enim tolerabat antea, nunc admiſit, vt probabimus infra, diſp. 3. num. 39.

290 Præterea 1.2. quæſt. 81. artic. 3. habet Sanc. Doctor hæc verba: *Dicendum quod ſecundum Fidem Catho-*

Catholicam firmiter eſt tenendum; quod omnes homines præter ſolum Chriſtum ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adam contrahunt, alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ eſt per Chriſtum, quod eſt erroneũ. Super quæ verba, rogo Arpalegum, an S. Thomas in his verbis generalibus includat Virginem ſolum in quantum ad debitum, vel in quantum ad actualẽ contractionem: ſi ſolum quantum ad debitum, omnia verba generalia S. Thomæ poſſunt de debito intelligi ritè, & rectè: ſi Virginem includit etiam quantum ad actualem contractionem: ergo teneretur retractare ſententiam ſi viueret, quia non eſt ſecundum fidem tenendum, imò erroneum nunc eſt aſſerere, eſſe de fide Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali: ergo non eſt diuinare aſſerere S. Thomam reuocaturum ſuam ſententiam, ſi viueret.

291 Denique ex doctrina S. Thomæ rectè infertur reuocaturum ſuam ſententiam, nam in præfatione ad opuſculum de concordantijs, ſe offert paratum ad reuocandum quidquid in ſcriptis ſuis inuentum fuerit, quod omnimodè ſtare non poſſit. Poſtquã enim dixit duas offẽſas poſſe inueniri in ſcripturis: primã, *contra ipſam veritatẽ, ſicut in doctrinis hæreticorum contra fidem inuenitur.* Secunda, *& ſatis frequens, difficultas, ſcilicet deueniendi in mentẽ Authoris. Pauci, enim, vel nulli aliquid ſcripſerunt, qui ab hoc immunes ſint, quia ſecundũ Auguſtinum, nunquã fuit aliquis, qui in omnibus ab omnibus intelligeretur.* Poſtea ſubdit, ſe ſperare primam offenſam euaſiſſe, ſecundam verò velle vitare quantum poſſit, in ijs, quæ ſibi occurrerẽt inter ſe diſſona; & tandem concludit his verbis; *Sup-*

Digitized by Google

plicantes, vt si quid aliquis inuenerit à nobis non concordatum, si ei non ſit magna cauſa dicendi, ex qua ſecundũ Hilariũ, accipiẽda eſt intelligentia dictorũ, diſcretũ, & magis exercitatũ conſultat. Si verò non fuerit inuentũ, quod ſimul vtrumque ſtare poſſit, id illorũ eligat, quod magis veritati conſonũ iudicauerit, alterũ verò reuocaremus, ſi talis nobis diſcordia occurreret. Quis autem non videat nunc non poſſe iudicari, non eſſe magis veritati conſonam ſententiam negatiuam; ergo ſi aliquando docuit affirmatiuam, ita vt textus non poſſint concordari, modis ſupra inſinuatis, non diuinamus dicendo, S. *T*homam reuocaturum ſententiam affirmatiuam.

292 Addo quod diſcipuli S. *T*homæ (vt à grauiſſimis *T*homiſtis ego audiui) nullam iniuriam irrogatam cenſent doctrinæ, & authoritati S. *T*homæ, ex eo quod, Eccleſia aliquid declarauerit, contra id quod docuit S. Thom. (in corde enim habeo ſemper illibatam ſeruare authoritatẽ *Doctoris* Angelici quãtum poſſim) ea ducti ratione quod ex alijs textibus S. *T*homæ, licet non expreſſis, vel rationibus, aut doctrina S. Doctoris poteſt colligi in alijs partibus contrarium tenuiſſe: at hæc conſideratio multo maiori fundamento militat in caſu noſtro; ergo nulla iniuria irrogaretur doctrinæ S. *T*homæ ex definitione huius veritatis, nec irrogatur, ex eo quod dicatur reuocaturum ſuam ſententiam.

293 His poſitis inſtari poteſt cum Ormachea, (quod etiam ſibi obijcit *A*rpalegus) ex rationibus S. *T*homæ probari, tenendam eſſe ſententiam negatiuam, taliter vt ſi S. *T*homas viueret, retractaret ſuam

ſen-

Digitized by Google

ſententiam: nam eadem argumenta, quibus probat, natiuitatem fuiſſe ſanctam, rebus vt nunc, etiã probant ſanctitatem Conceptionis: ergo ſi modò viueret S. Thomas teneret ſententiam negatiuam. Probatur antecedens, nam 3. part. quæſt. 27. artic. 3. in argumento ſed contra, ait: non celebratur in Eccleſia feſtum niſi pro aliquo ſancto: ſed celebratur feſtum Natiuitatis: ergo fuit natiuitas ſancta: Hæc ratio militat nunc in Conceptione: ergo, &c. Tùm etiam probat natiuitatem fuiſſe ſanctam, quia natiuitas Baptiſtæ fuit ſancta, & aliorum: ergo etiamſi non conſtaret ex Scriptura ſanctitas Conceptionis, ſicut nec conſtat ſanctitas natiuitatis Beatæ Mariæ, ex alijs argumentis poterit definiri iuxta S. Thom. Denique, vt eſſet idonea mater, debuit naſci ſancta, quia ignominia parentũ redundat in prolem, inquit S. Thom. ſed hinc æquè probatur ſanctitas conceptionis; ergo, &c.

294 Reſpondet Arpalegus, *quod aliter celebratur modò ſanctitas Conceptionis, ac celebrabatur antea natiuitas: tunc enim celebrabatur abſolutè natiuitas ex Traditione Eccleſiaſtica ſanctitatis eius, modò celebratur dies Conceptionis, qui quidem abſque dubio fuit ſanctus, cum præcautione, quod circa primum inſtans neutri ſententiæ derogetur: vnde cum non ſit Traditio reſpectu illius primi inſtantis, ſicut eſt Traditio reſpectu natiuitatis, cum nulli hominum fuerit conceſſum hoc priuilegium, vt fuerit in ſanctitate conceptus, nullo modo poteſt detorqueri ad* Conceptionem *ea congruitas, quam adducit* S. *Thomas ad natiuitatem. Tùm denique, nam aliud eſt cõcipi, & naſci cum culpa, aliud in primo inſtanti contra-*

 here

Digitized by Google

here culpam; hoc nec derogat proli, nec tollit idoneitatẽ maternitatis, imò cõducit maximè ad dignitatem vtriuſque, quia decet vt illa ſola mater conceperit ſine concupiſcentia. & ille ſolus filius fuerit conceptus ſine peccato.

295 *Præterea, nã vt docet S. Thomas 1. part. quaſt. 32. artic. 1. ad 2. & opuſc. 70. ſup. Boet. de Trinitate, q. 1. artic. 4. in corp. rationes euidentes non poſſunt adduci ad probandas res fidei, & ideò ſuppoſita fide alicuius myſterij, adducuntur à Theologis congruentiæ, quæ nullo modo conuincerent ad aſſenſum talis myſterij, ſi abeſſet fides. Ad rem ergo; ſuppoſita Traditione ſanctæ natiuitatis B. Virginis, adducit D. Thom. rationes, non quidem conuincentes, ſed per modum congruentiæ: ac proindè cum modò non conſtet Traditio Conceptionis, iſtæmet rationes nunquam conuincerent S. Thomam, vt teneret ſententiã negatiuam, dummodo non oſtendatur locus Scripturæ, vel Traditionis, in quo manifeſtetur tanquam myſteriũ fidei.* Hæc omnia Arpalegus.

296 Solutiones iſtæ, & quidquid cum eis congerit Arpalegus, falſitatis arguuntur: Nam falſum eſſe aliter celebrari Conceptionem nunc, quam celebrabatur antea Natiuitas, latè probat Armamentarium Seraphicum & D. Antonius Calderon infra num. 39. cum quibus etiam probabimus ex inſtitutione feſti efficax deduci argumentum pro definibilitate. Hic ſolum aduertimus contra Arpalegum, non celebrari feſtum Conceptionis cum illa præcautione, quam ipſe cautè adiunxit; nam Eccleſia celebrat feſtum Conceptionis, quod antea tolerabat: tolerabat autem feſtum Conceptionis prout celebrabatur ab Eccleſijs, quæ quidẽ non celebra-

bant

bant feſtum Conceptionis, niſi pro primo inſtanti: ergo pro iſto celebrat hodie feſtum, vnde ad hoc ſignificandum percepit, vt celebraretur feſtum ſub nomine Conceptionis, & non ſanctificationis, vt aduerſarij volebant: quæ nomina diſtinguuntur ex eo quod ſanctificatio non determinet inſtans, conceptio verò ſupponit pro primo inſtanti, ipſo Arpalego fatente primum inſtans animationis propriè eſſe Conceptionem Mariæ: ſed quidquid ſit de hoc, ſolutio Arpalegi non eſt ad argumentum nam S. Thomas ponit abſolutam, & generalem propoſitionem, *Eccleſia non celebrat feſtum, niſi de aliquo ſancto*, quæ propoſitio non limitatur ad celebrationem feſti, ſuppoſita Traditione, ſed abſolutè eſt vera, vnde non rectè ſoluitur argumentum. recurrendo ad Traditionem Eccleſiaſticam reſpectu Natiuitatis, & per conſequens remanet argumentum in ſuo robore, Eccleſia non celebrat feſtum, niſi pro aliquo ſācto, ſed celebrat feſtum Conceptionis: ergo Conceptio eſt ſancta. Neque diſtingui poteſt maior, nec minor, ita vt ſit vera, quando eſt Traditio, & falſa, quādo non eſt Traditio, Tùm, quia S. Thomas abſolutè, & generaliter illā profert ſine diſtinctione. Tùm, quia, quando Eccleſia celebrat feſtum de aliquo ſancto in particulari, non ſupponit Traditionem ſanctitatis illius: vel ergo illa maior S. Thomæ abſolutè loquendo eſt falſa, vel argumentum procedit in Natiuitate independenter à Traditione, & per conſequens in Conceptione.

297 Illud quod ſecundo loco reſpondet, liberè, & ſine fundamento reſpondet, non enim aſſignat

ratio-

rationem cur non deroget proli, nec tollat idoneitatem maternitatis concipi in peccato, & illam tollat naſci in peccato. Et multò magis liberum eſt dicere, ne dicam inſolens, conducere ad dignitatem vtriuſque, quod mater ſit concepta in peccato, nã vt probabimus infra diſp. 4. à num. 40. multò magis conducit ad dignitatem filij, quod mater ſit cõcepta ſine peccato, & Deo non magis repugnat naſci ex fœmina, quæ habuerit peccatum originale per duo, vel tria inſtantia temporis, quã per vnum; peccatum enim eſt, quod Deo repugnat, non diſtãtia temporis: ergo ſi decuit ad dignitatem filij, vt Virgo ſtatim poſt primum inſtãs sãctificaretur, quod non negat Arpalegus, etiã decuit, vt nec in primo inſtãti eſſet maculata peccato.

298 Vnde tandem impugnatur illud, quod addit ex S. Thoma nã licet quod S. Doctor dicit certum ſit, falſum eſt tamen, quod Arpalegus inde infert, nã vt dictum eſt, rationes S. Thomæ non fundãtur in Traditione, neque ſupponunt illã, ſed abſolutè probãt ex celebratione feſti Natiuitatis, eius sãctitatem, quæ quidem conuincunt ſuo modo credibilitatem alicuius myſterij. In myſterijs enim fidei duo ſunt, quæ videtur confundere Arpal. Primum eſt, myſterium aliquod eſſe credibile. Secundum, aſſenſum præbere, credendo tale myſterium. Reſpectu credibiliratis myſterij adducuntur rationes, teſtimonia, & miracula, quæ faciunt myſteriũ euidenter credibile, reſpectu aſſenſus, nunquã poſſunt adduci rationes, quæ euidenter probent myſterium ita eſſe, quia non daretur locus fidei, aliud enim

enim eſt, aliquã veritatem eſſe euidenter credibilem, aliud verò, euidens eſſe ita ſe habere vt creditur: primum relinquit fidei locum: ſecundum auſert fidem, cum fide enim incompoſſibilis eſt euidentia myſterij, adhuc de potentia abſoluta in ſententia Thomiſtarum, non verò euidentia credibilitatis myſterij, v. g. dari myſterium Trinitatis euidenter credibile eſt, nòn tamen habemus euidentiã myſterij: Vnde licet non poſſent afferri rationes circa myſteria fidei, poſſunt afferri circa credibilitatem illorum, ac proindè rationes, quibus Sãctus Thomas probat sãctitatem natiuitatis, conuincunt credibilitatem illius, & per conſequens cum militent in Conceptione, reddunt credibilem sãctitatẽ Conceptionis, & ponunt eã in ſtatu definibilitatis, ſicut ipſam natiuitatem.

299 In fine huius ſubarticuli in gratiam doctrinæ Thomiſticę,& maiorem intelligentiã mentis Doctoris Angelici, vellem oſtendere, quod liberare Virginem à contractione peccati originalis, nulla ratione opponitur principijs Thomiſticis, neque euellit ordinem decretorum in via Thomiſtica; quod fortè aliqui ſuſpicati ſunt, & ideò horruerunt ſententiã negatiuã. Pro quo ſuppono in via Diui Thomæ eſſe aſſertionem certã, quod Adamo non peccãte, Chriſtus non veniſſet in mundum, atque adeò decretum Incarnationis Verbi fuiſſe poſt prę-uiſum Adæ peccatum, omnes eius poſteros ab eo deſcendentes per ſeminalem propagationem peccato originali obnoxios, quia omnium fuit conſtitutus Adamus à Deo caput morale, inito cum ipſo

pacto,

pacto, vt ipſo peccante, omnes peccarent, & ipſo perſeuerante in iuſtitia originali, omnes etiam in iuſtitia originali procrearentur. Hoc poſito aſſertio Thomiſtica eſt, quod peccante Adamo, omnis illa maſſa generis humani peccauit in ipſo, & poſtea decretus eſt Chriſtus in remedium originalis peccati, & omnium actualium, & ex illa maſſa per peccatum corrupta electa in Matrem Chriſti ipſa Virgo Maria, cumque Chriſtus Dominus, eiuſque merita præſupponant iam Virginem in ipſa maſſa perditionis contentam, redditur impoſſibilis eius præſeruatio, quia ad præteritum non datur potentia. Vndę ex vi meritorum Chriſti ſolum potuit Virgo mundari à culpa incurſa, non verò præſeruari. Quod ſi ex illa maſſa non fuit aſſumpta in matrē, non videtur eguiſſe Chriſti redemptione, quia Chriſtus non fuit redemptor, niſi eorum qui in Adam peccauerunt.

300. Sed ſuppoſita veritate huius doctrinæ, adhuc in via S. Thomæ ſubſiſtere ſententiam negatiuam, oſtendo, & in primis aduerto ex vi illius pacti cum Adamo, etiam in doctrina D. Thomæ, ſolum ſequi omnes eius poſteros contraxiſſe, ipſo peccante, debitum incurrendi peccatum originale in conceptione, in quo æqualiter Virgo cum omnibus includitur: quod probo ex eo, quod ex vi pacti, & peccati ab Adamo commiſſi, debitum omnium fuit, non ſolum concipi, verùm etiam naſci cum peccato, & ſicut ex vi peccati Adami non ſequitur omnium natiuitas in peccato, ſed remanet in libertate, & miſericordia Dei, aliquos, vel omnes ab actuali natiuitate in peccato eripere, ſic ab actuali conceptione

ne in ipſo. Nam decretum Chriſti venturi licet præſupponat pactum cum Adamo, antecedit ipſam actualem contractionem in conceptione, ſicut & natiuitatem.

301 Quod autem ſuppoſito adhuc pacto, & incluſione Virginis in illo, ſaluetur Virginis immunitas ab ipſo originali, conceſſo tantum debito, adhuc in via S. Thomæ, varijs modis poteſt explicari Doctrina Angelici Doctoris eſt, quod decretum de Chriſto venturo, fuit poſt peccatum Adæ, & pactũ abſolutè præuiſum: ſed quamuis pactum includat Mariam, non ideò peccatum illam maculauit, quia vel tale pactum fuit omnino abſolutum, vel conditionatum? Si hoc ſecundum (quod verius exiſtimo) facilè habeo intentum, nam decretum, & pactum de poſterorum incluſione, reddit hunc ſenſum: volo peccatum Adæ in poſteros omnes actualiter tranſfundi, niſi ante ipſam actualem contractionem, aliquem excepero, & in illo diſpenſauero. Et hac ratione pactum non ſolum tendit ad incluſionem Virginis, quantum ad debitum, ſed ad incluſionem quantum ad culpam, quam incurriſſet, niſi Chriſtus ſuis meritis obſtitiſſet, orando pro illa, quia eius immunitatem reliquit Deus arbitratui ipſius Chriſti, ſicut reliquit noſtram redemptionem à peccatis actualibus, & prædeſtinatorum ab impœnitentia finali, cui erant obnoxij. Hæc plana manent, ſi decretum, & pactum incluſionis poſterum adhuc quoad culpam fuerit conditionatum. Quod ſi fuerit abſolutum, adhuc poteſt in via S. Thomæ ſubſiſtere, dicendo fuiſſe abſolutum, non de ipſa in re actuali cõ-

Digitized by Google

tractione culpæ in Virgine, ſed de reatu, & debito ad ipſam actualem contractionem culpæ, cum quo reatu optimè ſtare poteſt, quod culpam originalem in re ipſa non contraxerit. Cui doctrinæ hoc aptiſſimum apponit exemplum Suar. tom 2. in 3. p. q. 27. art. 2. diſp. 3. ſect. 4. ſi Rex videlicet legem ferat ſub pœna mortis, non ideò vult omnes legis tranſgreſſores in re ipſa mortem ſubire, ſed vult tantum eſſe reos mortis, poteſt tamen Rex in aliquibus diſpenſare, & legem remittere, ſtante in ſua vi tota lege: ergo & ſtante in ſua vi tota Dei lege, & pacto tranſfuſionis peccati, poteſt Deus ex meritis Chriſti in hunc finem oblatis, Virginem excipere ab actuali contractione culpæ, ad quam ex vi pacti tenebatur. Huc mirificè conſonat, quod dixit Caietan. in opuſculo de Conceptione, cap. 3. his verbis: *Nec putet quiſquã de mea hæc phantaſia me proferre, ſed videat D. Thom. 1. 2. quæſt. 81. art. 3. (vbi inter alia tractat etiam illud ad Rom. 5.) Per vnum hominẽ peccatum tranſijt in omnes, & per peccatũ mors, ſuſtinentem, quod per mortẽ ſufficit intelligere debitum, ſeu reatum in propria perſona mortis, quamuis nunquam actualiter aliquis moreretur. Ex quo habetur quod cum Apoſtolus duo ſimul dicat, ſcilicet, quod in omnes prætranſijt peccatũ, & mors, ſicut ſecundum, ſcilicet mors, ſufficienter ſaluatur, exponendo mortẽ, vel in actu, vel in debito in propria perſona, ita & primũ, ſcilicet peccatum ſaluatur, exponenda peccatũ in actu, vel in debito in propria perſona.* Hæc ex mente S. Thomæ Caietanus.

302 Et quia ipſe citat ſupra 1. 2. quæſt 81. ar 3. proderit, & verba S. Doctoris, & Caietani expoſitio-

tionem audire. Sanctus igitur in prædicto articulo inquirit, *Vtrum peccatum primi Parentis tranſeat per originem in omnes homines*, & reſpondet, *ſecundum fidem catholicã firmiter eſt tenendũ, quod omnes homines præter ſolũ Chriſtũ ex Adam deriuati peccatũ originale ex Adam contrahunt, alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ eſt per Chriſtum, quod eſt erroneũ*: quæ quidem verba multis clara videntur, vt nullum relinquam locum dubitandi S. Thom. ſentiſſe Virginẽ actu contraxiſſe peccato originali.

303 Sed quomodo Sãctus intelligendus ſit, nolo ab alio doceri, niſi ab ipſo Caietano; qui eum ſic interpretatur.

Dictum Authoris non eſt intelligendum aliter, quam de morte, quæ eſt pœna peccati originalis, ita quod ſicut omnes incurrunt mortem, idest neceſſitatẽ moriendi, ita omnes incurrunt peccatũ originale, ideſt neceſſitatẽ habendi peccatum originale. Et ſicut non ſpectat ad fidem, an ſinguli moriantur actualiter, an diuina diſpoſitione aliquis non moriatur, ita non ſpectat ad fidem, an aliquis ex ſpeciali prærogatiua gratiæ non incurrat actualiter originale peccatum. De vtroque enim ſimul inquit Apoſtolus ad Rom. 5. per vnũ hominẽ peccatũ introiuit in mundũ, & per peccatũ mors. Eſt igitur neceſſariũ ſecundum fidẽ Catholicã credere, quod omnis vtriuſque ſexus ab Adã ſecundũ rationẽ ſeminalẽ proueniens ex ipſa ſua generatione. Sit obnoxius peccato originali, & contra Pelagianos dicentes oppoſitũ Auguſtinus diſſerit, & definit. De ſolo autẽ Ieſu Chriſto verũ eſt, quod ex ipſa generatione nulli obnoxius eſt peccato, iuxta verba Angeli ad B. Virginem ante filij conceptionem (quæ vocatur nati-

nitas in vtero) dicentis, quod ex te naſcetur ſanctum. Et iuxta hunc ſenſum militat ratio auctoris, ſcilicet, quia aliter non indigerent redemptione, quæ per Ieſum Chriſtum facta eſt. Si enim peccatū originale vel in actu, vel in neceſſitate habendi illud, quis non incurreret non egeret redemptione, quod hæreticum videtur dicere. Sed ſi omnes obnoxij ~~fuerint~~ peccato originali, ſufficit ad indigētiam redemptionis; neque enim ſolū redemptione eget actualiter captiuus, ſed etiam obnoxius captiuitati, quid clarius. Audiat nunc Arpalegus Caietani ad hortationem. *Et hæc*, inquit Cardinalis, *benè notabis tu Thomiſta, ne nimio Zelo non ſecundum ſcientiam accenſus erronea dicas, quæ erronea non ſunt, cum de* Beatiſ*ſima Virginis* CONCEPTIONE *diſputas, aut prædicas.* Vtinam hæc benè notaſſet Arpalegus.

304 Idemque iterum poteſt explicari ex Suarez ſi ſemel intelligatur, quid ſit eſſe obnoxium peccato. Ad quod ſuppono, hominem prius natura eſſe hominem; quàm ſanctum, vel peccatorem, quia eſſe naturale tàm ad gratiā, quàm ad culpam comparatur per modum ſubiecti ad formam accidentalem, & ideò prius natura intelligitur homo eſſe filius Adæ, quàm intelligatur actu eſſe in ſtatu gratiæ, vel peccati, quia ordo naturæ ſolum eſt ordo cauſæ: & cum in natura lapſa, ex naturali origine, & ex vi naturæ taliter in Adamo conſtitutæ, ſtatim intelligatur influxus culpæ originalis, niſi gratia præueniente impediatur, fit, vt in ipſo animationis inſtanti ante omnem infuſionem gratiæ, ſola tamen prioritate naturæ, intelligatur perſona ex vi cauſarum obnoxia peccato, cum quo non opponitur, quod Deus

in

in eodem inſtanti animationis gratiã infundat, quia hæc duo non repugnãt, ſcilicet quod effectus procedat à cauſis, à quibus habiturus eſſet aliquam imperfectionem, ſi non impedirentur, & nihilominus cauſas de facto impediri. Ex quo naſci ex vi cauſarum obnoxium peccato, eſt ſubſtantia incluſionis in pacto, concipi verò in re ipſa in peccato, imò & in illo naſci eſt circumſtantia: ſicut ergo ex vi pacti omnes nõ minus tenebantur naſci in peccato, quam in illo concipi, & tamen in re ipſa multi nati ſunt ſine illo, ita & Virgo concepta fuit ſine illo. Confirmo: merita PP. ſupponunt Chriſtum abſolutè decretum, nam gratia ad meritum in PP. antiquis emanauit à Chriſto, ex quo licet PP. non potuerint mæreri futuritionẽ abſolutã Chriſti, quia hæc eſt ſubſtãtia obiecti prius decreti, potuerunt tamen in ſententia Thomiſtarum mœreri accelerationem, & quod in hoc, vel in alio loco naſceretur, quia hæc omnia ſunt circunſtantiæ decreti, de Chriſto venturo: ergo licet Chriſtus non potuerit mœreri non incluſionem Virginis in pacto, & non eſſe obnoxiã peccato in ipſo animationis inſtãti, quia in via S. Thom. Chriſtus fuit decretũ poſt hæc abſolutè præuiſa, potuit tamen mæreri, quod Virgo actualiter, & in re ipſa non contraxerit peccatum, ſicuti & alios non naſci in illo, quia hæc omnia ſunt circumſtãtiæ incluſionis in pacto. Vnde ex doctrina S. Thomæ, licet decretum Chriſti venturi ſupponat peccatum Adami, & pactum quoad ſubſtãtiã, tamẽ non ſupponit circumſtãtiã conceptionis omnium in peccato, & per cõſequẽs poteſt ex meritis Chri-

ſti Virgo liberari ab actuali contractione peccati. Sic arguo: Ex vi peccati Adami ſolum contraximus omnes debitum conceptionis in peccato, ſicut & natiuitatis; ſed ex meritis Chriſti, ſubſiſtente doctrina S. Thomæ, poſſunt aliqui liberari ab actuali natiuitate in peccato; ergo etiam ab actuali conceptione in illo.

385 Confirmatur ex doctrina S. Thom. 3. part. quæſt. 1. art. 3. vbi docet, peccato non exiſtente, Chriſtum non eſſe venturum, & nihilominus concedit Adamum habuiſſe reuelationem, & fidē myſterij Incarnationis, quæ fides fuit proculdubio ex meritis Chriſti collata, & meritoria alicuius gratię. Ex quo ſic arguo: Licet Chriſtus non fuerit decretus, niſi poſt præuiſum peccatum Adami, tamen merita Chriſti fuerunt applicata Adamo in ſtatu innocentiæ: ergo applicatio meritorum Chriſti, quæ non erat futura in illo ſtatu ex vi cauſarum illius Ordinis, fuit futura ex vi cauſarum ordinis gratiæ, & meritorum Chriſti: ergo ſimiliter licet merita Chriſti fuerint pręuiſa poſt incluſionem Virginis in pacto illo, ex vi cuius eſſet futura contractio in propria perſona, potuit non eſſe futura ex vi meritorum Chriſti. Antecedens certum eſt. Conſequentiam probat doctrina S. Thom. 1. p. q. 19. art. 7. ad 2. vbi docet non repugnare, quod aliquid ſit futurum ex vi cauſæ inferioris, quod non ſit futurum ex vi cauſæ ſuperioris, & è contra, quod non ſit futurum ex vi cauſæ ordinis inferioris, & ſit futurum ex cauſa ſuperiori; illum audi: *Et vtrumque Deus vult, ſcilicet, quod aliquid quandoque ſit futurum ſecundum cauſam*

inferiorem, quod tamen futurum non ſit ſecundum cauſam ſuperiorem, vel è conuerſo. Et vtriuſque rei ponit exemplum S. Doctor, videlicet reſurrectionis Lazari, quæ non erat futura ex vi cauſæ inferioris, & fuit futura ex vi cauſæ ſuperioris: & mortis Ezechiæ, quæ erat futura ex vi cauſæ inferioris, & non fuit futura ex vi cauſæ ſuperioris. Similiter ergo applicatio meritorum Chriſti, quæ non erat futura ex vi cauſarum ordinis ſtatus innocentiæ, fuit futura ex vi meritorum Chriſti; & contractio peccati in propria perſona, quæ erat futura ex vi peccati Adami, & incluſionis Virginis in pacto potuit non eſſe futura, ex vi meritorum Chriſti, quæ eſt cauſa ſuperioris ordinis. Vnde ſoluitur illa ratio, qua nituntur aduerſarij, quod ad præteritum non datur potentia, quia contractio peccati in propria perſona reſpectu meritorum Chriſti, non ſupponitur preterita, ex quorum vi redditur non futura.

306 Confirmatur denique ex alia doctrina, quā ſæpius tradit S. Thom. & citauimus ſupra num. 116. ſcilicet Deum non alligari legi vniuerſali Sacramētorum, qua videtur decreuiſſe neminem à peccato liberandum niſi per Sacramenta, iuxta illud; *Niſi quis renatus, &c.* Sed poteſt ſine Sacramentis, quem voluerit à peccato mundare. Vnde ſimiliter diſcurrendum eſt iuxta S. Doctoris mentem, Deum non alligari illi legi vniuerſali contractionis peccati ex vi pacti cum Adamo, vt non poſſit quem voluerit ab actuali contractione liberare, quo poſito non implicat in via Sancti Thomæ, quod Virgo licet ſupponatur incluſa in pacto, præſeruetur ab actuali

con-

contractione ex meritis Chriſti, quo modo non excluditur à neceſſitate redemptionis, ſed tribuitur Chriſto ſpecialis modus redimendi Matrem ſuam. Quod ne videatur meditatum ad palatum noſtrum, ſubijcimus verba Caietani 3.part. qu. 27. art.2. vbi hæc habet: *Si tenetur Beatam Virginem non ex vi Cõceptionis, ſed ex gratia ſingulariſſima, in ipſo inſtanti infuſionis animæ præſeruatam fuiſſe ab originali peccato, quod tunc incurriſſet, niſi illa gratia adfuiſſet, nihil contra fidem tenetur, ſed ſpecialis modus redimendi, ac ſaluandi à peccato originali, Chriſto attribuitur reſpectu ſuæ matris*: quod profectò non ſcripſiſſet Caietanus ſi ſtare non poſſet cum doctrina S. Thomæ. Sic enim ipſa Beata Virgo indiguit redimi, & ſaluari à peccato per Chriſtum, quoniam ipſa tunc incurriſſet peccatum, niſi munere gratiæ præuenientis, non tempore, ſed natura liberata fuiſſet: & ita puritas eius fuit maxima ſub Chriſto, qui nullo modo indiguit redimi, quia ex vi ſuæ Conceptionis fuit ſanctus: ergo ex ſententia Caietani, & Thomiſtarum non poteſt eſſe contra mentem S. Thomæ præſeruatio Virginis ab actuali contractione peccati originalis; En ſartatecta Thomiſtarum principia: en integrum de Chriſto venturo decretum poſt Adæ peccatum abſolutè præuiſum: nec enim ex S. Thoma probabitur, pactum fuiſſe quoad omnes poſteros abſolutum, & adhuc etſi eſſet abſolutum, non probabitur eſſe abſolutum reſpectu culpæ, ſed tantum reſpectu debiti: ergo doctrina S. Thomæ independens eſt ab hac quæſtione.

307 Quid quod mentem S. Thomæ vbi ex profeſſo

feſſo agit de ſanctificatione Virginis, non fuiſſe, Virginem contraxiſſe peccatum originale in ipſa infuſione animæ, quæ propriè conceptio eſt, teſte Arpalego, ſed ſolum Virginem non fuiſſe ſanctificatã ante infuſionem animæ, ex quo per conſequentiam deduci poteſt, fuiſſe in peccato conceptam, teſtatur idem Caietanus, nam poſtquam dixit inter illas poſitiones, ſcilicet, quod fuerit ſanctificata ante infuſionem animæ, vel poſt infuſionem animæ, dari poſitionem media, ſcilicet quod fuit ſanctificata in inſtanti infuſionis animæ, ſubdit illa verba: *Cuius opinionis author hic non meminit, quia tempore ſuo non erat adinuenta, omnibus communiter tenentibus Beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideò vt videtur reprobantibus ſanctificationem carnis eius ante infuſionem animæ, vt in hac litera patet.* Vbi clarè Caietanus opinionem illam communem aſſerentem Virginem conceptam in peccato originali intelligit de conceptione, non prout dicit inſtans infuſionis animæ, ſed conceptionem carnis ante infuſionem animæ: vnde infert Caietanus, quod ex negatione sãctificationis antecedentis infuſionem animæ, ſequitur, quod fuit ſanctificata poſt animationem, ideoq; remanere ſolidam doctrinam S. Thomæ, de qua ita Caietanus: *Stat ergo littera ſolida, quamuis non ſolicita de illa media opinione, tunc inopinabili*. Fatetur ergo Caietanus mentem S. Thomæ non fuiſſe contra illam mediam opinionem, quam tunc dicit inopinabilem, quod enim non opinatur, non impugnatur: ergo ſi S. Thomæ, ex Caietano, non venit in mentem illa media poſitio, non impugnauit eam, nec

ſolicitus de illa fuit, ac proindè eam ponere non eſt contra mentem S. Thomæ. Cuius veritatis cum tres optimos teſtes dederimus ſupra num. 162. Magiſtros ſcilicet S. Thomæ, Albertum Magnum, & Alexandrum Alenſem, eiuſque chariſſimum condiſcipulum S. Bonauenturam, qui ſic eſſe intelligendum Bernardum teſtati ſunt, nunc quoque fideliſſimum S. Thomæ dicipulum Cardinalem Caietanum adhibeamus, quis non mirabitur inflexibilem mentem, tenaciſſimam apprehenſionem, ſi adhuc renuat Arpalegus! Profectò ingentem arguit licentiam, ne dicam audaciam, nec Magiſtrorum S. Thomæ, nec diſcipulorum eius acquieſcere ſententiæ. O bone Deus! Neque Albertus Magnus, neque Alenſis docuerunt S. Thomam, Virginem fuiſſe originali fœditate deturpatam in inſtanti infuſionis animæ; Caietanus id non didiciſſe à S. Thoma teſtatur, & reſiſtit Arpalegus?

SVB ARTIC. II.

De mente S. Bonauenturæ ſexti Eccleſiæ Doctoris.

308 A*Deò expreſsè tuetur S. Bonauentura ſententiam affirmatiuam*, inquit Arpalegus, n. 1. *adeò veritatem exaggerat, dicens eſſe tutiorem, magis piã, SS. dictis, & Scripturæ conformiorem; adeò oppoſita dubia ſubtili reſponſione diſſoluit, vt ſuperuacaneum iudicet, & inutile, longiſſimas eius authoritates tranſcribere, & ſufficit eò lectorem mittere, vt pulcherrimam diſputationis*

tionis ſeriem oculis videns, mente admirans, magnam indè huius aſſerti notitiam mutuare poſſit.

309 *Sed in primis, quod fuerit ſanctificata in vtero Beata Virgo Maria, docet ſermone de natiuitate Virginis ſuper illa verba: Aufer rubiginem de argento.* Et in ſpeculo B. Virginis, ſer. qui incipit: *Adhuc chariſſimi*, ait, *tam copioſiſſimè in vtero fuiſſe ſanctificatam, quod etiam ad veniale peccatum in tota vita ſua non fuerio inclinata.* Et ibidem ſerm. qui incipit: *His dulciſſimis verbis*, ait: *Ortus ſurgentis Auroræ dicitur, quia in peccato concepta dicitur, ſed ſine peccato nata, hoc eſt contra illos, qui ipſam non ſolum ſine peccato natam, ſed etiam ſine peccato conceptam dicunt, contra quos B. Bernardus arguens, &c.* Et ibidem ſerm. qui incipit: *O Domina, ò Domina chariſſima*, ait: *Rubigo fuit ablata de argento, quando ab originali peccato Maria ſanctificata fuit in vtero.* Sic Arpalegus.

310 Si fatemur S. Bonauenturam aliquando docuiſſe Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali, hoc eſſet, vt obſeruat P. Mendo in ſuo memoriali, dum Pariſijs degeret, vt obſequeretur decreto Mauritij Epiſcopi Pariſienſis, quo prohibuit ne in Academia Pariſſienſi ſuſtineretur ſententia negatiua: ſed poſtea contrarium docuiſſe multo expreſſius, certo certius eſt, & apparebit ex locis, quæ ſibi obijcit Arpalegus, licet illa tentet interpretari.

311 Obijcit ergo primò num. 2. illa verba ex ſerm. de Annuntiatione, vbi ait: *O quam glorioſa Domina, quæ culpa caruit, vniuerſaliter intellige de actuali, & originali.* Et alibi dicit: *Quod fuit immunis à væ peccati originalis.* Reſpondet Arpalegus, ſibi

Digitized by Google

eſſe ſuſpectam illam authoritatem, tum quia ille ſermo non circumfertur in omnibus operibus Bonauenturæ, tum quia voluntariè additur illud, intellige à peccato actuali, & originali. Tum etiam quia intentum Bonauenturæ ibi erat oſtendere, quod caruit omnibus reliquijs peccati originalis per ablationem, vel ligationem fomitis. Ad ſecundum reſpondes, quod iuxta Bonauenturam in ſpeculo, ſerm. qui incipit: Verbum bonum, Maria dicitur immunis à peccato originali, quia non ſolum ab originali culpa, ſed à fomitis miſeria ſic liberata creditur per ſanctificationem in vtero, vt nunquam ad peccatum inclinata fuerit: ergo ex quo alibi dicat, Mariā fuiſſe immunē à peccato originali, non ideò intelligandum eſt ipſum non contraxiſſe.

312 Sed reſponſiones iſtæ impugnātur facilè, nam dicere ſibi ſuſpectam eſſe illam authoritatem, & quod voluntariè additur illud, *intellige à peccato actuali, & originali*, quis non videat voluntariè dici, ac proindè nulla ratione eneruant verborum Bonauenturæ vim, & ſignificationem. Illud, quod addit de intento Bonauenturæ, falſum eſt, vt patebit legenti textum. Denique quod dicit de ſignificatione verbi, *immunis*, impugnatum eſt iam ſup. num. 176. quia licet illam ſignificationem habeat, non eſt dubium ſignificare etiam immunitatem præſeruatiuam, de qua loqui Sanctum Bonauenturam dubitari non valet, cum loquatur etiam de immunitate ab actualibus, quæ proculdubio eſt præſeruatiua.

313 His addo teſtimonium Bonauenturæ ex tom. 3. ſerm. 2. de B. Virgine (quem eſſe S. Doctoris, in dubium verti non licet, cum in noua editione

iuſſu

iuſſu Sixti V. recognita, & edita inueniatur) verba ſunt clariſſima: *Solus enim Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipſa Mater eius Virgo, credendum eſt enim, quod nouo ſanctificationis genere in eius Conceptionis primordio Spiritus ſanctus à peccato originali, non quod infuit, ſed quod infuiſſet, redemit, atque ſingulari gratia praſeruauit.* Quid clarius dici potuit?

314 Hic obijcit ſibi Arpalegus num. 3. argumentum quoddam, cui indignum iudicat ſatisfacere, & ego indignum iudicarem, illud proponere, nam indignum eſt paruipendere authoritates S. Thomæ, & Bonauenturæ ex hac parte: argumentũ eſt, *quod iſti SS. DD. non callebant linguam Græcam, vt de Diuo Thoma teſtatur Sixtus Senenſis, cumq; temporibus Thomæ, & Bonauenturæ non eſſent conuerſi in Latinam linguam Græci PP. quorum ſcripta ad tempora Beſſarionis Cardinalis, & Eraſmi tranſlata ſunt, non potuerunt eorum dicta conſulere, ac proindè cum plures illorum ſtent pro ſententia negatiua, non ſupponit ſententia Bonauenturæ, & Thomæ pro torrente grauiſſimorum Patrum ex Græcia.*

315 Cui obiectioni multò magis indignum eſt, quod Arpalegus reſpondeat, dicens: *quod ſimilem obijciebat Iulianus Catholicis, cui reſpondet Auguſtinus lib. 5. contra Iulianum cap. 2. his verbis:* Doleo ſic te *cacare eorum ignorantiam, qui Græcè neſciunt, & eorum qui ſciant, iudicium reueritus non ſis. Cumque SS. Bonauentura, & Thomas ſequuntur ſententiam Auguſtini, qui nouit linguam Græcam, & citat tot PP. Græcos aſſerentes excepto vno Chriſto, omnes in Adam peccaſſe, da-*

lendum ſane eſt, quod iſte, qui condidit hanc obiectionem, linguæ Græcæ ignorantiam obÿciat in Thoma, & Bonauentura, & in Auguſtino, qui ipſam nouit, tot Græcorum PP. authoritates non ſit reueritus. Ac tandem addit, *falſum eſſe quod in obiectione ſupponitur, ſcilicet quod ante tempora Beſſariani Cardinalis, & Eraſmi nõ ſint PP. codices in Latinum conuerſi, nam S. Thomas opuſcula Dionyſÿ, qui Græcè ſcripſit, commentatur, & paſſim citat Chryſoſtomum, Nazianzenum, Cyrillum, Damaſcenum, & innumeros alios, vnde falſum eſt aſſumptũ argumenti.*

316 Indignum dixi, & obiectionem ponere, & reſponſionem confutare, quomodocumque enim ſit, non decet authoritatẽ deprimere SS. PP. Thomæ, & Bonauenturæ, eo quod non calluerint linguã Græcam, nec decebat Arpalegum nobis obÿcere verba Auguſtini contra Iulianum, nos enim non cæcat ignorantia eorum, qui Græcè neſciunt, cum in hac parte, iudicio Arpalegi, non ſequamur Bonauenturam, & Thomam: Auguſtinus autem, qui Græcè ſciebat, non ſit contra nos, vt probatum eſt, ſed contra eos, qui aſſerebant ſine mediatore Chriſto liberari aliquem à peccato, vnde reueremur in Auguſtino Græcorum PP. authoritates, ipſe verò Arpalegus non reueretur authoritates Cyrilli, Damaſceni & aliorum Patrum aſſerentium, *propter ſilium temerarium eſſe in Maria ponere aliquam culpam, & excepto Chriſto, eiuſque Matre omnes in Adam peccaſſe*; vt ait Cyrillus: *Naturamque gratiã anteuertere auſam non fuiſſe, ſed tantiſper expectaſſe in conceptione Mariæ*, vt docuit Damaſcenus.

Quæ

317 Quæ quidem authoritates, quidquid ſit de tempore traductionis codicum Græcorum, non eſt negandum præponderare authoritati Bonauenturæ, & Thomæ, ita vt non poſſent impedire definitionē huius veritatis, iuxta regulas ab Arpalego ſupra num.4. traditas, ait enim ſufficere duos PP. quibus nulli alij PP. contradicant, vt Eccleſia non poſſit cōtra eos definire, ergo quādo contradicunt PP. duobus non obſtantibus, poterit Eccleſia definire, vt in caſu noſtro; vnde licet non ſit deprimenda authoritas duorum authorum, non tamen tanti facienda, vt impediat definitionem veritatis aſſertæ ab alijs Patribus, præſertim, quando ipſimet PP. non ita conſtanter tenuerunt vnam partem, vt alteram nunquam docuerint.

318 Imò licet conſtanter tenuiſſent affirmatiuā partem hi duo PP. & multi alij cum ipſis, poſſet Eccleſia contrarium definire, vti definitum fuit à Stephano Papa, non eſſe baptizandos baptizatos ab hæreticis, aſſerentibus contrarium Eccleſijs Africæ, Concilio Prouinciali 80. Epiſcoporum, & S. Cypriano, & à Benedicto XI. contra Bernardum, Epiphanium, Theofilactum, & alios duodecim PP. definitum fuit, animas è corpore egreſſas ante diem iudicij aſſequi beatitudinem ſempiternam: Sic etiam eſt definitum, Virginem non commiſiſſe venialia, non obſtantibus authoritatibus pluſquā duodecim PP. inter quos Chryſoſtomus, Athanaſius, Origenes, & Ambroſius numerantur; & teſte Maldonato ex veteribus authoribus admodum pauci reperiantur, qui non impingant aliquam culpam Virgini in

co,

eo, quod ad miraculum faciendum Filium incitauerit in nuptijs Canà. Similiter definitum eſt, mendacium nunquam eſſe licitum, non obſtãtibus authoritatibus Sancti Hieronymi, Chryſoſtomi, aliorumque PP. Libros Iudith, & Thobiæ iudicarunt Hieronymus, Athanaſius, Nazianzenus, & plures ex antiquioribus, & Recentioribus ante Conc. Trid. non eſſe inter canonicos recenſendos, quos in canonem Scripturarum Concilium recepit. Et tãdem dubitari non poteſt eſſe proximè definibile (ſi iam definitum non eſt in Concilio Lateranenſi) Angelos eſſe incorporeos, contra viginti tres PP. contrariũ aſſerentes, non minoris authoritatis, quàm Thomas, & Bonauentura, vt ſunt Ambroſius, Auguſtinus Hilarius, Baſilius, alijque huius claſſis: ergo quidquid ſit de ignorantia, vel ſcientia linguæ Græcæ, non eſt impedienda definitio huius veritatis authoritate duorum PP. qui vel poſſunt optimè explicari, vt probatum eſt ſupra, vel nunc in vnam, nunc in aliam ſententiam inclinarunt.

SVB ART. VLT.

An ex Scholaſticorum ignorantia magnum inſtrumentum conficiatur pro definibilitate ſententiæ negatiuæ.

319 NEgatiuè reſpondetur, inquit Arpaleg. n. 1. nam vt doctè docuit eruditiſſimus Magiſter Cano lib. 8. de locis, cap. 4. Theologorum Scholaſticorum, etiam multorum teſtimonium, ſi alij contra pugnant viri docti,

docti, non plus valet ad faciendam fidem, quam vel ratio ipſorum, vel grauior etiam authoritas comprobauerit; nam in Scholaſtica diſputatione, plurium authoritas obruere Theologum non debet, ſed ſi paucos viros, modò graues ſecum habeat, poterit ſane aduerſus plurimos ſtare, non enim numero hæc iudicantur, ſed pondere: at pro ſententia affirmatiua contra negatiuam ſtant, non pauci, ſed plurimi grauiſſimi Theologi, hique antiquiſſimi, & eximiæ authoritatis viri, non ergo plurimorum Neothericorum Scholaſticorum numerus, antiquiſſimis illis proceribus Theologiæ, firmiſſimiſque Theologiæ fundatoribus, authoritatē detrahere poterit, multitudinem proſternere, eneruare fundatiſſimas rationes, aut in diſcrimen dānatæ ſententiæ ex aduerſa definitione vocare. Minor probatur offerendo antiquiſſimos DD. abſque dubietate vlla ſententiæ affirmatiuæ innixos, Alcuinum, Ricardū de S. Victore, Gilbertum Porretanum, Sicardum, Ioannē Bellet, Robertū Mediolanensē, Pictanum, Guillielmum, Durandum, Altiſiodorensē, Præpoſitinum, Guillelmum, Stephanū, Armacanum, Guarricum, Adam, Odonē, Gotifredū, Henricū, alioſque innumeros antiquiores, quos longiſſimum eſſet referre, vide Bandellum, ex Ord. Prædic. fere 80. Doctores, ex Ord. Minor. 30. ex Ordine S. Auguſtini 16. ex Ord. Carmelitarū Guidonē, & Paulū de Peruſio, qui acerrimè tuentur ſententiā affirmatiuam. Præterea qui cōmuniter appellantur Magiſtri, quorum doctrina ſpecialē Cathedrā obtinet in celebrioribus orbis Academijs, ſcilicet Magiſter Hiſtoriarū, Magiſter ſententiarū, B. Albertus Magnus, D. Thomas, Bonauentura, Durandus, Ocham, Aegidius Romanus, Alexander, Alēſis, hi omnes, qui cōmuniter Scholaſticorum Magiſtri ap-

pellantur, ſententiã affirmatiuã amplectuntur, quos omnes alij Scholaſtici, tanquam præcipuos ſequuntur, & eorum ſe diſcipulos fatentur, & gaudent: at non eſt diſcipulus, neque multitudo diſcipulorum ſuper Magiſtros, qui eo ipſo pauciores eſſe debent, nam quantumuis celebres ſint moderniores, ad illos tres non peruenerant, ſcilicet Magiſtrum ſententiarum, Thomã, & Bonauenturã, vt dicitur 1. Paral. 11. de Abiſai, & Banaia: non ergo contra concordẽ tot antiquorũ, & ſapientiſſimorum Dochorum, præualere debet, vel inſultare numeroſior, & gregaria Neothericorũ Scholaſticorũ caterua, & diſcipula, vt ita dicam, numeraſitas.

320 *Confirmatur; nam ſicut lux Solis, & Lunæ præualet cæterarum ſtellarũ numeroſitati, ſic etiã D. Thomas, & Bonauentura, quos luminaria magna vocat Sixt. V. in Bulla, quæ incipit, Triumphantis Hieruſalẽ, obſcurari, & abſorberi neceſſum eſt lucẽ modernorũ Scholaſticorum, quantumuis fulgeant ſicut ſtellæ, & egregiè laborarint pro ſententia negatiua: ergo quantũ eſt ex hoc capite, nihil firmi adiumenti præſtet ſententiæ negatiuæ ad definibilitatẽ Scholaſticorũ huius tẽporis multitudo, quæ vt dixit Cano, nullã authoritatẽ alicui ſententiæ præſtat, niſi quã ab argumentorũ efficacia, & ab antiquorũ DD. & PP. tutela, & patrocinio deſumit.*

321 *Tandẽ pauciſſimi ſunt, hique recentiſſimi Theologi, neque magni nominis in Eccleſia, qui aſſerunt ſententiã negatiuã poſſe definiri. Cæteri nãque à tẽpore Scoti pedetentim, cautiſſimè, & cũ magna formidine retinebant ſententiã negatiuã, pietatis prætextu, clypeoque protecti, quorũ plures fatebantur, affirmatiuũ habere pro ſe ſanctos Patres, & Scripturã: ergo etiã ſi ſtandũ ſit Scho-*

laſti-

laſticorũ numero, longè plures ſunt pro affirmatiua. Ideoque (concludit Arpalegus) B. Albertus Magnus nonnihil hæreſis inſpergit (relatiuè dico, non aſſertiuè) dicentibus aliquē præter Chriſtũ non peccaſſe in Adamo: alij non nihil temeritatis, vt vidimus in Aluaro Pelagio, alij non nihil erroris, vt videre eſt in Ioanne de Polsaco in 3. quodlib. q. 3. alij denique minoris ſecuritatis, minoriſq; pietatis, & virũ inſimulant ſententiã negatiuã, vt vidimus in Bonauentura, & videri poterit in Aegidio de Romanis quodlibet. 6. ergò frequentia Scholaſticorũ ſuffragia non reddunt proximè definibilē ſententiã negatiuã. Huc uſque Arpalegus.

322 Hæc omnia, quæ Arpalegus in hoc ſubarticulo congerit, ipſum impugnant: in primis enim admiſſa doctrina Cani, quam proponit pro maiori, poteſt admitti minor, & non concludit pro ipſo, ſed contra ipſum, argumentum, quia ſi ſtandum non eſt numero DD. ſed pauci poſſunt præualere multis, data minori, quod multi ſint DD. pro ſententia affirmatiua, non ſequitur legitimè conſequentia; *ergo ſequi debet affirmatiua*: ac proindè melius pro noſtra ſententia inſtruitur argumentum hoc modo: Numerus DD. non plus valet, quam valeat ratio ipſorum, & pauci præualent multis, ſi præualeat ratio: ſed ratio pro ſententia negatiua pugnat, vt ex ſupradictis articulis patet, & patebit ex infra dicendis, diſput. 4. à num. 21 vbi oſtendemus maiorem probabilitatem huius ſententiæ: ergo ſententiam negatiuam debemus ſequi, licet pauciores haberet pro ſe Doctores.

323 Deinde falſam eſſe minorem patet ex eo,

Digitized by Google

quod multos citat, qui Theologi Scholaſtici non ſunt, alios, qui ſententiam negatiuam docuerunt ex familijs autem Religioſorum plures nobiſcum ſunt, nam ex familia Prędicatorum habemus tres Sãctos, & totum Capitulum Prouinciale, quinque Magiſtros Generales, 12. Magiſtros ſacri Palatij, ex Ordine Minorum, exceptis ijs 30. qui tamen non omnes affirmatiuam tenuerunt, habemus omnes alios qui de hac re ſcripſerunt, qui ſunt multò plures, sűt enim pluſquam 240. ex Ordin. Sãcti Auguſtini multo plures ſunt quàm ſexdecim, & pro ipſo non ſunt 16. ſed ad ſummum duo, & ex Ordine Carmelitano, prætcrquam quod habemus Cyrillum, & Ioannem Patriarcham Ieroſolymitanũ, qui proculdubio excedunt Guidonem, & Paulum de Peruſio, habemus etiam cæteros omnes, & inter illos Incognitum cuius authoritas magni ponderis eſt. *Præterea* ex illis, quorum doctrina ſpecialem Cathedrã obtinet, plures ſunt pro negatiua, nam Magiſter ſententiarum, Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonauentura, poſſunt pro noſtra ſententia afferri, vt conſtat ex ſupradictis; Durandus, qui ſolum in hoc apud Thomiſtas authoritate potitur, pro Arpalego remanet, nam Ocham & Alexander Alenſis noſtram ſententiam tenuerunt, vnde patet, quàm ſit falſa probatio minoris.

324 Ad illud, quod dicit de S. Thoma, & Bonauentura, ad quos non peruenerunt alij, & qui vt luminaria magna abſorbent ſtellarum lucem, facile reſpondetur, primò, etiam pro nobis eſſe alios PP. qui non ſicut ſtellæ, ſed ſicut Sol fulgent in Eccleſia,

Digitized by Google

ſia, vt Auguſtinus, & Hieronymus, & alij ſupra citati. Secundò, naturale eſſe luminaribus maioribus pati eclipſim, quo tempore nō abſorbent ſtellarum lucem: & in hac materia negari non poteſt, obſcuritatis aliquid habuiſſe hos duos PP. qui nunc vnam, nunc alteram partem ſunt amplexi, ſpecialiter autem de S Thoma ſæpius repetitum eſt, quæſtionem omiſiſſe, vt quaſi abſcōdita luce Solis, ſtellarum lux ſplendeſceret: ideoque decertant pro ſētentia negatiua, contra affirmatiuam micantes ſtellæ omnium Religionum remanentes in ordine ſuo, & teſte Ambroſio Catherino, Dominicano, nulla eſt Religio, quæ non adhæreat ſententiæ negatiuæ.

325 Id, quod in fine addit, pauciſſimos eſſe, qui aſſerant ſententiam negatiuam poſſe definiri: impugnatur, quia ſunt omnes præter ipſum, qui de definibilitate huius materiæ ſcripſerunt, quod Armamentarium latè probat: denique, quod addit ex Alberto Magno cum illa præcautione, quod relatiuè dicat, & alijs inurentibus aliqua nota ſententiam negatiuam, remittimus impugnandum infra, vbi ab ipſo coacti probabimus, contrauenire decretis Pontificum prohibentibus, ne cenſura aliqua afficiatur ſententia negatiua.

DISPV-

DISPVTATIO TERTIA.

De externis adiumentis, quæ ad proximam definibilitatem adduci poſsunt à ſententia negatiua.

ARTICVLVS PRIMVS.

An ex aliquibus priuatis reuelationibus reddatur proximè definibilis ſententia negatiua.

1 *RESpondetur negatiuè, inquit Arpalegus num. 11 & probatur, nã mediũ, quo vtitur regulariter Eccleſia ad proponendas res fidei, & eas definiendas, ſolum eſt publica reuelatio facta Eccleſiæ, contenta in Sacra Scriptura, vel Traditionibus, & ſecundum intelligentiã, & indagationẽ SS. PP. ergo ſecundum communem uſum non debet vti priuata reuelatione. Probatur antecedens, nam règula, quã ſtatuit Paulus ad cognoſcendas, & tenendas veritates fidei, ſolum eſt publica reuelatio, non autem priuata, ideoque ad Galatas primo ait: Licet nos, aut Angelus de Cælo,*

euan-

euangelizet, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit, ſicut prædiximus, & iterum dico. Ecce ſtatuit ſibi non eſſe credendum ſecundum quod perſona priuata: neque Angelo reuelanti: niſi id quod reuelauerit priuatim, deduci poſſet ex reuelatione publica contenta in Sacra Scriptura; ergo tota ratio definiendi ſententiam negatiuam debet deſumi ex locis Scripturæ, quæ quidem, vt vidimus, non multum iuuant, ergo non ex reuelatione priuata.

2 *Confirmatur primò ex S. Auguſtino lib. de vnitate Eccleſiæ, cap. 17. & ex D. Thoma ad Epheſios cap. 2. lect. 5. Fides noſtra non ſupra reuelationes priuatas fundatur, ſed ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, id eſt ſuper Scripturas, & Traditiones: ideoque Auguſtinus monet loco citato, in diſputationibus dogmaticis, non eſſe vtendum contra hæreticos his reuelationibus priuatis, nam vt conſtat ex epiſtola Petri 2. cap. 1. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benè facitis attendentes, &c. ergo ex hac regula firmiori debet Sũmus Pontifex veritates fidei declarare, & non ex infirma, qualis eſt reuelatio particularis.*

3 Vlterius confirmatur num. 3. *nam vt benè expendit Caietanus opuſc. de Conceptione, cap. 1. adeò eſt infirmum, & ambiguum hoc medium reuelationis priuatæ, vt ſemper pro ſuſpecto habeatur in Eccleſia, niſi accuratiſſima doctiſſimorum indagatione comprobetur eſſe conformẽ doctrinæ Scripturæ, & SS. PP. ideoque Ricardus de S. Victore eleganter dixit: Suſpecta eſt mihi omnis veritas, quã non confirmat Scripturarum auctoritas; de quo conſulendus eſt Gregorius in cap. 33. Iob. Hac etiam ratione viri gigantes in doctrina, & ſanctitate ſæpius ab*

huiuſmodi priuatis reuelationibus decepti ſunt, vt contingit Tertulliano, qui motus ſimili mulierculæ reuelatione dixit lib. de anima, cap. 9. animā hominis ſubtile quoddā corpus eſſe, ſplendidoque colore imbutā. Hac ratione plures hæretici ſuos errores ſubiecerunt reuelationis priuatæ, tanquā meretrices ſorantes in Eccleſiā inuexere, de quo videndus eſt Auguſtinus lib. de vnitate Eccleſiæ cap. 16. & epiſt. 165. ad Generoſum. Lindanus dialogo 12. Rafael de la Torre 2. 2. quaeſt. 65. artic. 3. diſput. 2. aſſerto 2. & 3. & diſput. 3. §. boc eſt præcipuum. Cum ergo veritas reuelationis priuatæ eatenus acceptatur ab Eccleſia, vt probabilis, quatenus conſonat Scripturæ, & Traditioni, & circa hanc materiā de Conceptione, Scriptura, & Traditiones proximè non ſuadeāt definibilitatē, dicendū reſtat, quod multò minus ex reuelationibus priuatis debet tanquā dogma fidei à Summo Pontifice definiri. Videatur inter alios, doctiſſimus Paramo lib. 3. de origine inquiſitionis, quæſt. 5. num. 182. vbi hanc noſtrā aſſertionem tuetur ſequutus Caietanum loc. nuper cit. Hæc omnia Arpalegus.

4 Hoc argumentum, eiuſque confirmationes, rectè concluderent, ſi verum eſſet, quod reuelationes, quæ in fauorem ſententiæ negatiuæ referūtur, diſſonarent à ſacra Scripturà, illique ſe opponerēt, hoc enim eſt quod Paulus ad Galatas docuit, hoc docuerunt Auguſtinus, & Thomas locis citatis, & Ricardus de Sancto Victore, ideoque deluſi ſunt gigantes in doctrina, & ſanctitate à mulierculis, quod idem Arpalegus, non potuit negare, ideoque benè addidit, illa verba, niſi id quod reuelauerit priuatim, deduci poſſit ex reuelatione publica contenta

in

in ſacra Scriptura. Vnde admiſſa doctrina ab Arpalego tradita, circa quam adhuc reſtat aliquid notandum: ſic conficitur argumentum in fauorē Conceptionis: Reuelatio priuata, quando non opponitur, ſed potius munitur Scriptura, & Traditionibus, poteſt mouere animum Pontificis ad definiendam veritatem fidei: ſed, vt vidimus ſupra, Scriptura, & Traditio fauent Conceptioni immaculatæ: ergo ex reuelationibus redditur definibilis. Conſequentia eſt bona, minor probata eſt ſupra, maior eſt Arpalegi.

5 Præterea non deſinam adnotare, quòd licet reuelationes priuatæ non ſufficiãt per ſe ſolæ ad definiendam aliquam fidei veritatem, ſi ſuſpicionem aliquam contineant falſitatis, vel quia videntur oppoſitionem aliquam habere cum doctrina ab Eccleſia recepta, vel quia fundamento debili mulierecularum, vel ignorantium perſonarum nituntur: tamen quando nullam huiuſmodi ſuſpicionem habēt, & approbationem Summi Pontificis promeritæ sũt, & miraculis confirmatæ, non poteſt negari, mouere animum Pontificis ad aliquid decernendum, cuius oppoſitum ſit error in fide, licet non habeant pro ſe poſitiuè Scripturam, aut Traditionem. Hac enim ratione reuelationes priuatæ, quas habuerunt Sancti Dominicus, & Franciſcus de inſtitutione ſui Ordinis, approbatæ à Sede Apoſtolica, mouerunt Põtificis animum ad confirmandas Religiones, ſine Traditione, neque Scripturæ loco, ſimiliter Iubilæum conceſſum à Chriſto S. Franciſco, reuelatione priuata ipſi conceſſum, approbatum eſt à Sede Apo-

Digitized by Google

ſtolica: ſed ſic eſt, quod dantur reuelationes particulares approbatæ à Sede Apoſtolica, & virtute earum Religiones confirmatæ, & feſta Conceptionis inſtituta: ergo redditur definibilis ex reuelationibus hæc veritas. Minor probatur ex Armamentario Seraphico, fol. 587. in Regeſto Authentico, vbi refert 32. reuelationes, ex quibus quamplurimæ approbatæ ſunt à Sede Apoſtolica, inter illas refert, quòd Beatrix de Silua, virgo nobilitate generis, & virtutum decorata, fundauit Religionem Monialiũ Conceptionis, ob reuelationem, quam habuit, quæ Religio approbata eſt à Sede Apoſtolica: ergo, &c. Ex quo audaciæ non mediocris conuincitur Arpalegus, dum comparare intentat Tertuliano aſſertores ſententiæ negatiuæ, dicens, illum ſimili mulierculaarum reuelatione deluſum, quaſi nos mulierculatũ innitamur dictis. Quod quidem ſatis apertè conſtat, calumniam eſſe, cum reuelationes non mulierculaarum, ſed ſanctarum mulierum, ab Eccleſia approbatas proferamus, ac proindè, non ſimili mulierculaarum reuelatione deluſi, ſed ſimili Chriſti Domini exemplo ducti, qui ſanctis mulieribus fidit ſuę reſurrectionis reuelationem.

6. Obijcit ſibi Arpalegus nu. 3. reuelationes ab Anſelmo relatas in epiſt. ad Epiſcopos Angliæ. Sed nutare ait illius authoritatem, *ex his quæ dicit Baronius in notis ad Martyrologium, die 8. Decembris, videatur, inquit, Bandellus, tract. de Conceptione, Turrecremata ibid. cap. 3. p. 12. & cap. 9. p. 10. & in tit. de conſecratione, diſt. 3. §. ad quartum, vbi hoc nouem rationibus comprobat*: & addit, *quia D. Bernardus, & Bonauen-*

nauentura, & Guillielmus in ſuo rationali dicunt, quod illa reuelatio non eſt authentica; vnde non facit fidem. Quod autem dicit Salazar illas reuelationes legi in lectionibus officij Conceptionis approbati à Sixto IV. & etiam in pluribus alijs Breuiarijs particularium Eccleſiarum, ait Arpalegus; *non conuincere, quia plura apocripha continentur quandoque in Breuiarijs, ideoque Pius V. ea expunxit ab officio. Ideo etiam plures legendæ, & hiſtoria Sanctorum reformata ſunt, & germana fidei reddita, de quo latè agit Poza, & plures mutationes obſeruat*, lib. 4. Elucidarij. Ad reuelationes S Brigittæ approbatas ab Eccleſia, quarum vna eſt, Virginem fuiſſe præſeruatam à macula peccati originalis, reſpondet num. 4. ex Belluga Toletano, præludio 2. ad vitam Chriſti, cap. 13. *eas reuelationes ex illa approbatione, non accepiſſe quod fide diuina credenda ſint, ſed tanquam pia, & nullam erroris notam continentes: cum ergo non ſit Scriptura locus, neque Traditio, non video, inquit, vnde ex his reuelationibus priuatis poſſit definiri ſententia negatiua.*

7 Mirum eſt, quod Arpalegus ſic argumenta ſoluere ſibi perſuadeat. Nutare authoritatem reuelationum ab Anſelmo relatarum, ait, quia non ſunt approbatæ ab Eccleſia, cum autem peruenit ad reuelationes approbatas ab Eccleſia, ait, non ſufficere: ad quid ergo negat authenticam fidem illarum, quæ ab Anſelmo referuntur, quia approbatæ non ſunt, ſi etiam ſuppoſita approbatione, non conducere ad definitionem dicit? Nutat ergo ſolutio dum reuelationes ex defectu authoritatis reprobat, & authoritate munitas, non admittit. Deinde de ap-

Digitized by Google

probatis ab Eccleſia, ait, ex illa approbatione non accepiſſe, quod fide diuina ſint credendæ, quod quidem libenter admittimus, non enim volumus rem eſſe iam definitam, & fide diuina credendam, ſed reddi definibilem ex præfatis reuelationibus, eo quod, vt concedit, ſunt ex illis, quæ nullum errorē continent, neque ſacræ Scripturæ opponuntur, & ipſa approbatione Sedis Apoſtolicæ veluti publicæ factæ ſunt. & per conſequens, quamuis non reddāt veritatem iſtam fide diuina credendam, reddūt credibilem, & definibilem.

8 Denique valdè notandum eſt, quod de Breuiarijs, & Officio diuino à Sede Apoſtolica approbato congerit. Licet enim verum ſit, quod aliquæ legendæ, & hiſtoriæ ſint expunctæ à Breuiarijs, non tamen quia falſæ omnes, & apocriphæ eſſent, ſed vel quia nimis prolixæ, vel non tam eleganti ſtylo compoſitæ. Et quidquid ſit de hoc, ſi illæ, quæ expunctæ ſunt, quia expunctæ ſunt, authoritate carēt, quæ modò leguntur in Officio approbato pro toto Ord. Min. & pro Eccleſia Granatenſi, quia expunctę non ſunt, authoritate fulciuntur, vt poſſint conducere ad definitionem, à contrario enim ſenſu benè valet argumentum: relinquitur ergo, quod reuelationibus, Scriptura, & Traditione munitis, authoritateque Apoſtolica approbatis, redditur proximè definibilis ſententia negatiua.

AR-

ARTICVLVS II.

An ex aliquibus miraculis in fauorem ſententiæ negatiuæ editis reddatur proximè deſinibilis.

9 NOnnulla, inquit Arpalegus num. 1. *miracula circunferuntur edita in fauorem ſententiæ negatiuæ, quæ etiam ſunt dubiæ fidei, vel quia recenſentur in illa epiſtola Anſelmi, vel quia non gaudent approbatione Senatus Eminentiſſimorum Cardinalium, & eorum veritas non eſt ſufficienter excuſſa; ſed ne aliquid intactũ relinquat, videre vult quid hæc inſtrumenta ad deſinibilitatem præſtant.*

10 Concluſionem ponit in hunc modum nu. 2. *Dicendum eſt, miracula non eſſe inſtrumenta, vt ex illis præcisè moueatur Pontifex ad ſtabiliendam veritatem fidei, ſic Gaietanus, & Paramo locis articulo præcedente citatis, ſpecialiter Maximus ille Eccleſiæ hiſtoriographus Baronius tom. 6. ad ann. 451. vbi refutat Conſtantinũ, & Nicephorum dicentes, Concilium Chalcedonenſe poſuiſſe in ſepulchro S. Euphemiæ ſua acta, vt ea redderet ſarta-tecta, & ſua authoritate firmata contra hæreticos, his verbis: Longe longius enim abeſt, vt Patres in ſacris Oecumenicis Concilijs, ex miraculis quæſierint dogmatũ veritatem, quam ex diuinis in primis Scripturis, & antiquis Eccleſiæ Traditionibus, ac demum ex SS. PP. aſſertionibus quærere, proponere, affirmare, atque ſtabilire conſueuerant; vt ſanè inſulſum, atque omnino commentitium eſſe appareat, quaſijſſe tunc PP. per huiuſmodi*

mi-

miraculum veritatem. Sic Arpal. ex Baron.

21 Hæc probatio non eſt ad intentum, ex illa enim ſolum colligitur PP. in ſacris Concilijs non quæſijſſe veritatem, petendo à Deo miracula extraordinario modo, & ſine neceſſitate, quod eſt tentare Deum, ideoque tanquam inſulſum, & commentitium refellit Baronius factum illud: acta enim Concilij non ad ſepulchra Sanctorum, ſed ad Summi Pontificis iudicium deferuntur, vt authoritate Apoſtolica firmentur contra Hęreticos: inde tamen non fit, miracula non conducere ad definiendas res fidei: nam, vt aiebat Gregorius, miraculis enutrita eſt Eccleſia, quod quidem probabimus probationibus, quibus Arpalegus aſſertum ſuum probare intentat.

12 Sed antea oportet aduertere, quàm ſine cõſilio obiecerit nobis Arpaleg. Baronium, quem contra ſe potius potuiſſet aduertere. Nam vti diximus, antequam Baronium videremus, & viſo Baronio, ex Baronio confirmamus, licet Patres in Cõcilio exiſtentes, non ſine vſu illorum miraculorum adminiculo ad res fidei confirmandas, tamen non indè infertur miracula etiam priuato ſpiritu facta, non conducere ad res fidei, ſed conducere maximè. Nam cum Baronius Conſtantinum, & Nicephorũ, vt ait Arpalegus, refutet, qui dicunt, illud contigiſſe in Concilio, tamen non refragatur Zonarę cui adſtipulatur Glicas, dicẽti illud factum fuiſſe poſt Concilium; ſunt aurea ad propoſitum, & contra Arpalegum, verba Baronij: *Quod reliquum eſt, aſſertio Zonaræ examinanda venit, quæ ponitur id poſt Synodum*

dum factam, & poſtea: *Habet Zonaras Glicam aſtipulatorem, qui id factum poſt Synodũ Chalcedonenſẽ, tumultuantibus rurſus Epiſcopis quibuſdã, & Monachis, ab Anatolio tradit quadã fermè neceſſitate compulſo, hoc ipſũ inire conſiliũ, quibus quidẽ authoribus haud penitus refragamur, cũ alia plura non deſint exẽpla ſuis locis inferius recenſenda, quibus probatum redditur, ſæpè à ſanctis viris altercationes inſuperabiles cum hæreticis obſtinatiſſimis ſemel ſuſceptas, eiuſmodi miraculorũ virtute eſſe extinctas, & titubantem populũ confirmante, idque priuato diuini Spiritus factum inſtinctu, cum tamen ad veritatẽ confirmandã firmiorẽ eſſe propheticũ ſermonem, ipſã nimirũ diuinam Scripturam, Sancti Petri Apoſtoli teſtificatione habeatur expreſſum*; non ergo refelluntur à Baronio in totum miracula, ſed illis Scriptura præfertur: conducunt ergo; ſed accedamus ad probationes.

13 Probat quidem ita Arpalegus num. 3, *nam Chriſtus Dominus priuſquã per miraculũ fractionis panis (quẽ digitis quaſi cultello in æquas partes ſcindebat, vt plures SS. PP. aduertunt, de quo D. Thom. Nicolaus de Lyra, & Caietanus hic) manifeſtaret fidẽ reſurrectionis, vt dicit Luca 24. prius ex ſacris Scripturis, incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis, quæ de ipſo ſcripta erant, eo fine, vt aduertit Auguſtinus de vnitate Eccleſię, cap. 16. Ne quid fallacię ſe pati arbitrarentur, eis magis teſtimonijs legis, & Prophetarũ, & Pſalmorum confirmandos iudicauit, oſtendens ea de ſe impleta: ergo eãdem praxim tenetur ſeruare Sũmus Pontifex in definiendis rebus fidei, ac proindè ſi hęc veritas non eſt definibilis ex Scriptura, & Traditionibus, nullo*

pacto

pacto redditur definibilis ex miraculis adeò dubijs.

14 Ex hac probatione quis non videat contrarium debere deduci, nam Chriſtus Dominus non confirmauit veritatem ſuę reſurrectionis, & miraculum fractionis panis per Scripturas, ſed potius è cõtra, poſtquam interpretatus eſt Scripturas, in quarum explicatione non eſt agnitus a diſcipulis, dignatus eſt agnoſci in miraculo fractionis panis, ergo praxis Chriſti fuit, miraculo confirmare veritatem myſteriorum fidei, & Scripturarum, quas oſtendit in ſe impletas; ergo eandem praxim tenetur obſeruare Summus Pontifex, ac proinde, ſi adſint miracula probata (dubia enim certum eſt non poſſe niſi dubiam fidem facere) in confirmationem Scripturarum, quę de Conceptione immaculata loquuntur; proculdubio conducent ad definitionem, & qui nolunt credere Scripturis, credent miraculis, iuxta illud Apoſtoli, *ſigna data ſunt infidelibus*, vt Auguſt. docet libro de vtilitate credend cap. 14. vbi poſtquam dixit, aliquos non eſſe idoneos ad diuina percipienda ſecreta rationibus, ea Chriſtum Dominum teſtata voluiſſe miraculis: *Quid enim aliud agunt tanta, & tam multa miracula, ipſo etiam dicente, illa fieri, non ob aliud, niſi vt ſibi crederetur? Fide ille ſtultos docebat, vos ratione ducitis: Clamabat ille, vt crederent, vos reclamatis.*

15 *Et probatur*, pergit Arpaleg. *ratione in hunc modum: quia miracula ex ſe indifferentia ſunt ad teſtificandum, vel omnipotentiam Dei, vel myſteria fidei, vel etiam in approbationem alicuius virtutis, qua Deo placet, ideoque* D. Thomas *q.6. de potentia, art.5. ad 5. ait,*

vere

vere fuiſſe miraculum, quod patrauit Virgo illa veſtalis retinens aquam in cribro, in teſtimonium non violatæ pudicitiæ: ergo ex quo Deus faceret aliquod miraculum ad inuocationem puræ Conceptionis, adhuc eſſet indifferens; an hoc faceret, vt oſtenderetur ſibi placere illam piam affectionem, & actum religioſum erga ſuam parentem (cum tamen ad actum religionis ſufficiat iudicium prudens, quod ſolum nititur probabilitate practica) an hoc faceret ad teſtandum myſterium puræ Conceptionis.

16 Confirmat ſuum aſſertum Arpalegus (confirmatione qua certè vti non debuiſſet) nam *vt ſcite dixit Valerius Maximus* (inquit ille) *lib. 1. tit. 7. c. 89. Quia vnde manauerunt, aut qua ratione conſtiterint, dignoſcere arduum eſt, miracula vocant: ergo quia non eſt facilè, quo motiuo Deus concurrat ad tale miraculum; qua ratione videmus ad inuocationem aliquorum, qui communiter habentur in opinione ſanctitatis contigiſſe miracula; vt in ſepulchro Moyſen-Simonis, quem poſtea iuſſit cremari quidam Inquiſitor ex noſtris, & circa Matrem Luyſiam accidiſſe, plurium teſtimonio conſtat, etſi eius opinio in ancipiti verſetur apud ſacrũ Inquiſitionis Tribunal, & hoc ideo fit, quia ex bona fide ſcientes eſſe infallibile, quod in Eccleſia ſunt ſancti, inuocant illi aliquorum auxilia, quos piè, & probabiliter iudicant eſſe Sanctos, & Deus ſupplet eorum ignorantiam, & occurrit eorum fidei, & pietati, & operatur miracula. Patet etiam in illis tribus iuuenibus, qui viuente S. Nicolao ad mortis ſupplicium deputati, eius inuocarunt auxiliũ, qui ſolum probabile iudicium potuerunt habere de eius ſanctitate, nam dum aliquis in hac vita verſatur, incertũ eſt, an ſit in gratia. Qua ratione communiter SS. PP. dicũt,*

Petrum quando Chriſtus interrogauit, Vos autem quem me eſſe dicitis, ſecurè pro omnibus reſpondiſſe: Tu es Chriſtus Filius Dei viui, quando autem interrogauit; Petre amas me plus his? pro ſe tantum reſpondiſſe, & nõ pro alijs: Tu ſcis Domine quia amo te, quia dum erant in hac vita, incertum erat etiam Petro, an eſſent in gratia: ergo vt faueat Deus ſoli probabili opinioni, ſolet operari miracula; ergo ex hoc capite opinio negans ſolũ poteſt habere rationem opinionis.

17 Hæc probatio conuellit omnia fundamenta Eccleſiæ, quia neque Scripturæ veritas, neque Sãctorum virtutes, neque Eccleſiæ poteſtas, ex miraculis poteſt probari, ſemper enim iuxtà dicta Arpalegi erit incertum motiuum, quo Deus moueatur ad faciendum miraculum: vnde magna præbetur anſa hæreticis ad negandum vera miracula in Eccleſia, ad confirmationem veritatum fidei ſicut nos hæreticis obijcimus, & rectè, nullum poſſe oſtendere miraculum in confirmationem falſorum ſuorũ dogmatum.

18 Quod confirmo ex S. Thoma art. citato ab Arpalego, in corpore, vbi aſſignans rationem, cur Dœmones verà miracula non faciant, neque Deus per illos vera miracula operetur, ait: *Ad huiuſmodi autem, quæ ſunt ſupra facultatem naturæ ipſorum, eis à Deo nulla datur poteſtas, quia cum operatio miraculoſa ſit quoddam diuinum teſtimonium, indicatiuum diuinæ virtutis, & veritatis, ſi dæmonibus, quorum eſt tota voluntas iu malum, aliqua poteſtas daretur faciendi miracula, Deus falſitatis eorum teſtis exiſteret, quod diuinam bonitatem non decet*: ergò ex S. Thoma quotieſcunque

cunque ſit aliquod verum miraculum in confirmationem alicuius rei, hæc neceſſariò debet eſſe bona, & vera, aliàs ſi eſſet falſa, eſſet Deus per miraculum teſtis falſitatis; ergo miracula ex Sanct. Thoma conducunt ad probandam veritatem, vel ſanctitatem.

19 Vnde patet quam ſine fundamento adducat Arpalegus S. Thomam quaſi abſolutè docentem, illam aquæ retentionem in cribro, fuiſſe verum miraculum. Nam cum obieciſſet ſibi Sanctus ex eo facto probari, fieri poſſe à dœmonibus miracula, reſpondet ad argumentum, nulla ratione probari, cũ hac diſiunctione, ſi dicatur, Deum illud opus feciſſe, quod non repugnare ait in commendationẽ caſtitatis, quia ſi qua bona in gentilibus fuerũt à Deo fuerunt, id Deum per Angelos bonos operatũ fuiſſe: ſi verò dicatur, factum fuiſſe à Dœmonibus: non fuiſſe miraculum, quia ſicut Dœmones habent naturalem virtutem ad mouendum corpora localiter, ita poſſunt à motu retinere. Vnde virtute naturali potuit Dœmon retinere aquam in cribro, & per cõſequens non fuiſſe miraculum. Nunquam ergo S. Doctor dixit abſolutè, illud fuiſſe miraculum, ſed non repugnare à Deo fuiſſe illud opus factum in commendationem caſtitatis, quę vera virtus eſt, ac proindè relinquitur, quod miracula ſunt valdè conducentia ad probationem veræ virtutis, & nunquã à Deo fieri, niſi in confirmationem virtutis, & veritatis.

20 Et vt appareat, quantum conducant miracula, tranſcribam hìc verba Henrici Caltaizen Theo-

logi Dominicani, oratione, quam habuit in Concilio Baſilienſi contra tertium articulum Bohemorum, inter alia enim dicebant iſti, non eſſe neceſſariam licentiam ſuperiorum ad prædicandum verbũ Dei, quibus cum obijcerent Patres Catholici, vt oſtenderent Scripturam, vel miraculum, quo id probarent, reſpondebant, *non eſſe ſignum miſſionis ad prædicandum, miracula facere, ſed confiteri veritatem, facere iuſtitiam, mundum contemnere, gloriam ſperare, opprobria humiliter ſuſtinere*. Sed hæc omnia non ſufficere, vt ſine licentia ſuperiorum poſſent liberè prædicare, niſi oſtendant miraculum, vel ſcripturam, probat eruditè prædictus Auctor, duabus concluſionibus. Prima: *Cauſa ſufficiens ad probandum, quod ille Diaconus, vel Sacerdos eſt miſſus à Deo ad prædicandum, quia miracula facit. Probatur multipliciter, primò illud eſt ſufficiens cauſa ad probãdum ſe à Deo miſſum, quam Dominus dedit Moyſi quærenti: Quod ſignũ oſtendis mihi, vt ſi dixerint, Pharao, aut filij Iſrael, non miſit te Dominus; aliàs Dominus inſufficienter miſiſſet Moyſen, ſi cauſa probationis fuiſſet inſufficiens; ſed Dominus non oſtendit ſibi aliam cauſam, ob quam tenerentur Pharao, & filij Iſrael ſibi credere, ipſum à Deo miſſum, quam virtutem miraculorum, conuertendo Virgã in colubrum, & è conuerſo; ergo iſta eſt cauſa ſufficientiſſima ad probandum ſe miſſum à Deo ad prædicandum, facere miracula. Secundò ſic: illa eſt ad eundem finẽ cauſa ſufficiens, quam Dominus aſſignauit ſuis diſcipulis ad confirmationem ſuæ prædicationis, quia non miſit eos inſufficienter; ſed ipſe Dominus non dedit aliam cauſã diſcipulis, dum irent ad prædicandum, cur vbique admitti* debe-

deberent, niſi quia miracula facerent, vnde illos mittēs ad prædicandum, ait, infirmos curate, leproſos mundate, dæmonia eijcite, Matth. & Lucæ 10. ergo facere miracula, eſt illius probationis cauſa ſufficiens. Tertio, ſic: illa cauſa eſt ſufficiens, quam Dominus in ſua praxi aſſignabat Iudæis, ad probandam veritatē miſſionis ſuæ: quia ipſe omnia bene facit: ſed ipſe aſſignauit eis illam cauſam, ſcilicet operationem miraculorum ſuorum, dicens: Si mihi non creditis, operibus credite, & ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatū non haberent, Ioan. 15. verſ. 24. quę de operibus miraculorum expreſſe exponit S. Thomas, Lyra, & alij: ergo facere miracula eſt ſufficiens cauſa ad probandum, ſe miſſum à Deo ad prædicandū. Quarto ſic: illa eſt ſufficiens cauſa, qua B. Paulus probauit ſe, & Petrum à Deo miſſos ad prædicandum: ſed hoc virtute miraculorū: ergo, &c. Maior probatur ad Galat. 2. vbi dicit: Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatū circūciſionis, operatus eſt mihi inter gentes. Vbi dicit S. Thomas, ſed poſſet aliquis dicere Paulo, Vnde conſtat nobis, quod tibi ſit commiſſum Euangeliū inter gentes? Reſpondet Paulus, per operationē Chriſti in me: ſicut enim patet, quod Petrus accepit Euangelium à Chriſto, propter miracula, quæ fecit Chriſtus per eū, ita patet quod ego, ſcilicet Paulus, ab ipſo Chriſto accepi etiam propter miracula, quæ operatus eſt in me; hæc ille. Vnde, & idem probat ſuū Apoſtolatū dicens; Signa Apoſtolatus mei facta ſunt inter vos, in omni patientia, in ſignis, & prodigijs, & virtutibus, hoc eſt, patientia in moribus, & prodigia in ſignis; prout exponit B. Hieronymus. Similē ſententiam poſui prius, ſed nihil mihi eſt reſponſum ad illa; & benè, quia concludunt neceſſariò, nedum quod facere miracula

racula ſit ſufficiens cauſa, ſed quod illa ſint neceſſaria; niſi adducatur teſtimonium ex Scriptura. Et hoc vult cap. cum ex in iniuncto, de hæreticis, vt patet intuenti; hæc omnia prædictus Auctor.

21. Ex quibus ſatis clarè patet contra Arpalegũ, quantum conducant miracula ad res fidei. Quam doctrinam vti certam recipiunt omnes Catholici DD. eam tradidit fusè Abulenſis in c. 24. Matth. q. 140. cui conteſtatur Elias, qui miraculo ignis è cœlo deſcendentis probauit ſe hominem eſſe Dei, tum, & confudit Prophetas Baal, verumque Deum ſe colere, illos verò falſos Deos adorare oſtendit. Adſtipulatur Gregorius homil. 2. in Euangelia, qui ideo dicit Chriſtum cęcum illum, qui prope Ierico ei occurrit, curaſſe, vt Apoſtoli per miraculum illuminarentur de doctrina paſſionis, quam per Chriſti prædicationem non perceperant; *Quia carnales adhuc diſcipuli nullo modo valebant capere verba myſterij, venitur ad miraculum: Ante eorum oculos cæcus lumen recipit; vt qui cęleſtis myſterij verba non caperent, eos ad fidem cæleſtia facta ſolidarent.* Sic Greg. de his ſatis; poſſemus enim multa volumina implere, ſi probationes omnes huius veritatis vellemus in medium proferre: vnde licet miracula in ſe ſint ſigna indifferentia, ſi tamen determinentur ad confirmandam hanc, vel illam veritatem, eam maximè confirmãt: ergo ſi adſint miracula vera probantia Conceptionẽ immaculatam, poterit ex miraculis definire iuxta doctrinam traditam.

22. Vnde patet confutatio confirmationis, nam licet ſit verum, quod ſufficiat iudicium probabile

ſan-

Digitized by Google

ſanctitatis alicuius ad inuocandum illius auxilium, tamen dici non poteſt ſufficere illud iudicium practicum, ſi falſum eſt, vt Deus faciat miracula, quia faceret illa in cõfirmationem falſæ ſanctitatis quod repugnare probat idem Auctor erudite his verbis; *Sed contra hoc monet Dominus opponens, dicens, quod in fine mundi diſcipuli Antichriſti magis quàm Chriſtiani miracula faciant, prout, Matth. 24. patet. Reſpondeo, quod mirabilia, quæ fient tempore Antichriſti ſunt reſpuenda, quia non ſunt vera miracula, etiã de hoc iam Scriptura Canonica munita eſt Eccleſia, quia non ſunt miracula vera: vnde nec Chriſtus, nec Apoſtolus vocat opera Antichriſti miracula, ſed ſigna, & prodigia, vnde dicit ad Theſſalonicenſes 2. quod aduentus Antichriſti erit ſecundum operationẽ Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus. Vnde dicit S. Thomas 2.2. qu. 178. ex Beato Auguſtino, 20. de Ciuitate Dei, quod illa ſigna mendacij, dicuntur vera ſigna, quando faciunt veras res, ſicut magi Pharaonis fecerunt veras ranas, & ſerpentes ueros, non autem habuerunt rationem ueri miraculi, quia fiunt uirtute dæmonum, & naturaliũ cauſarũ ad hominũ deceptionẽ, ſed operatio miraculorũ, quæ attribuitur gratiæ gratiſdatæ, fit in uirtute diuina ad hominũ utilitatẽ.* Secundo arguit ſic: *Mali faciunt miracula primo, q. 1. Teneamus; ergo facere miracula non eſt ſufficiens cauſa. Reſpondeo, quod duplices ſunt mali: aut qui male viuunt, aut qui male docent. Dico ergo cum S. Thoma vbi prius, art. 2. ad 3. quod miracula ſẽper ſunt vera teſtimonia eius, propter quod fiunt; vnde ſicut hi, qui male viuunt, nunquam faciunt miracula in teſtimonium ſuæ ſanctitatis, ſed ſi quandoque Deus per*

eos miracula facit, eſt in teſtimonium virtutis diuini nominis, quod inuocant, aut teſtimonium virtutis Sacramentorum quæ applicant, ſeu exhibent, ita qui falſa docent, nunquam poſſunt facere miracula in teſtimonium veritatis illius falſæ doctrinæ: ſecus ſi quis etiam male viuat, & bene doceat, talis enim ſæpe miracula facit, non in teſtimonium ſuæ ſanctitatis, quã non habet; ſed in teſtimoniũ ſuæ veræ doctrinæ, quam docet.

23 Itaque certum eſt miracula ſemper præbere teſtimonium verum illius rei, in cuius confirmationem fiunt. Vnde ſi quæ miracula ab Eccleſia repulſa ſunt, ideò eſt quia falſa reperiuntur, & inde colligitur falſitas, quia dubia eſt ſanctitas eorũ ad quorum inuocationem fiunt. Miraculum S. Nicolai vt verum miraculum approbatum eſt ab Eccleſia, & ſanctitas S. Nicolai ex eo confirmata, quia tunc licet apud illos iuuenes ſolum eſſet probabile iudicium, apud Deum erat ſcientia ſanctitatis ſancti Nicolai, nec crederet Eccleſia, Deum facturum miraculum illud ad inuocationem Sancti Nicolai, ſi tunc temporis ſanctus non eſſet. Illa verò miracula, quæ refert facta ad ſepulchrum Moyſen Simonis & circa Matrem Luyſiam, ſi refelluntur, eſt, quia vera non probantur, ſi verum eſt, quod ipſe dixit, quod non crediderim, nam ſi loquitur de venerabili Simone Valentino, falſum eſt, ab aliquo Inquiſitore fuiſſe crematum, magis enim pij ſunt venerabiles Inquiſitores, quam ipſe, & eius corpus aſſeruatur honorificè in Eccleſia Sancti Andrææ, ſeruatis decretis Summorum Pontificum, & ſperamus fore, vt tranſacto tempore deſignato à Sede Apoſtolica proceda-

Digitized by Google

cedatur ad eius beatificationem. Negotium etiam Matris Luyſiæ, iam expeditum à Sacro Tribunali Inquiſitionis, & dolatum, vt credo, ad ſacram Congregationem Rituum, vbi de probatione miraculorum agendum: quare potuiſſet omittere Arpalegus hanc confirmationem, vt dixi, & nolle ante tempus iudicare. Sed adhuc dato, quod verum eſſet, vel in aliquo alio caſu contingeret, tota ratio, quæ inde ſumi poteſt, eſt in fauorem noſtrum, quia talia miracula in confirmationem ſanctitatis dubiæ, vel falſæ, tanquam falſa, & virtute dæmonum facta, vel induſtria dœmonum ficta reſpuuntur. Vnde relinquitur, quod vera miracula ſemper ſunt teſtimonia veræ ſanctitatis, in cuius confirmationem fiunt, ac proinde ſi miracula vera ſunt in cōfirmationem immaculatæ Conceptionis facta, confirmant eius ſanctitatem, & ad definitionem maximè conducunt.

24 Vnde ruit etiam probatio illa ex interrogatione Chriſti ad Petrum, nam Petrus non reſpondit primò pro omnibus, & poſtea pro ſe, quia in primo caſu nota ei eſſet fides omnium, in ſecundo nō eſſet nota charitas; quia tam fugit ſcientiam humanam fides ſupernaturalis, quam charitas: ſed quia Chriſtus primam interrogationem ad omnes dirigit, ſecundam non ad omnes, ſed ad ſolum Petrum: male ergo Scripturam accommodat.

25 Ex quibus omnibus patet ſolutio, & confutatio vltimæ probationis Arpalegi, probat enim ex Rafaele de la Torre 2. 2. quæſt. 97. art. 4 diſp. 2. ad primum. *non eſſe impoſſibile. Deum effectus miraculoſos producere, etſi media ab hominibus poſita fuerint illici-*

ta, ut patet in victoria Gedeonis, mediante illicita petitione ſignorum: ergo à fortiori poterit Deus patrare miracula in honorem ſuæ Matris, etiamſi medium ſit tantū probabile, nēpe media inuocatione puræ Conceptionis, puræ opinionis. Patet, inquam, confutatio, quia dato, quod illa doctrina Rafaelis de la Torre ſit vera, quod negamus, certum eſt, Deum non poſſe facere miracula in confirmationem medij oppoſiti, ſi illicitum eſt, vt patet ex eodem facto Gedeonis, cui Deus non approbauit petitionem ſignorum, ſed victoriam: præterquam quod ſunt multi Expoſitores, inter quos Abulenſis, & Cornelius à Lapide in c. 6. Iudicum, verſ. 17. qui petitionem Gedeonis nō fuiſſe illicitam, cenſent.

26 In fine num. 4. obijcit ſibi Aipalegus hoc argumentum: Eccleſia ex miraculis mouetur ad canonizationem Sanctorum, quam aliqui putant reddi certam ex fide: ergo etiam poterit ex miraculis accingi ad definitionem alicuius myſterij Fidei. Sed reſpondet, *falsū eſſe, quod ex ijs moueatur efficaciter, quia miracula proueniunt ex gratia gratis data, quæ poteſt eſſe in iniquis. Tùm quia multo tēpore illa examinat exquiſita cura, & diligentia, & vix ex mille, quę proponuntur, approbat vnū, quia vt notat* Hurtado *diſput.* 26. *de Fide, §. 5. miracula ſunt media indifferentia, & ſine euidentia in atteſtante nequit colligi quo fine, & motiuo ea Deus operetur. Tū quia, vt Paramo aduertit, miracula ſimul cū probatione verarū virtutū, ſunt media regularia, quæ Deus reliquit Eccleſiæ ad canonizationē Sanctorū: at media regularia, quæ Deus reliquit Eccleſiæ ad definiendas veritates fidei, non ſunt miracula cū proba-*

tione

tione virtutũ, ſed loca Scripturæ, Traditionum, & PP. ergo ad cognoſcendam motiuam miraculorum, præcipuè in hac difficili materia, ad Scripturam, & SS. PP. & Traditionem diu retentam in Eccleſia, recurrendum eſt.

27 Solutiones huius argumenti ex dictis etiam confutari poſſunt, quia vt dictum eſt, ab iniquis miracula fieri nõ poſſunt in confirmationem ſanctitatis, quam non habent, vnde ſanctitas probatur ex miraculis examinatis exquiſita cura, & diligentia, & licet Eccleſia pauca approbet, ex approbatis autem ducitur ad approbandam ſanctitatem, & tam longe abeſt, vt ad res fidei miracula non conducant, vt potius nulla opera virtutis ſufficiant ſine miraculis, vnde prædictus Henricus Caltaizen in Concilio Baſilienſi, hanc poſuit ſecundam concluſionem. *Contra ſecundam partem ſuæ concluſionis ſit iſta propoſitio: ſicut cauſa ſufficiens eſt, facere miracula ad probandum ſe miſſum à Deo ad prædicandum, ita non ſufficit facere quæcumque perfectionis, & ſanctitatis opera, ad ſufficienter ſe probandum miſſum à Deo ad prædicandum: hoc addito, niſi adducat ſpeciale de ſe Scripturæ ſacra teſtimonium, dupliciter probatur. Primo, quia talia opera ſæpè ſunt apparentia extrinſecus, & non exiſtentia intrinſecus, ſicut Dominus ait Hypocritis Matt. 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi Hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris patent hominibus ſpecioſa; intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos foris quidem patetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate, & pſeudo Apoſtoli ſe in Apoſtolos Christi transformant, ſicut Angelus Satanæ in Angelum lucis, 2. Corinth. 11.*

ideo Dominus admonet nos dicens: attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, Matth. 7. & quia licet Dominus noſter eſſet ſanctiſſimus in omni operatione sãctitatis, docuit tamen, non ſufficere illa opera ad hoc, vt Iudæi crederent eum miſſum à Deo eis in legiſlatorẽ; ſed direxit eos ſuper, & præter omnia opera ſua ſanctitatis, ad opera miraculorum dicens: ſi mihi non creditis, operibus credite, vt dictum eſt. Similiter Apoſtoli erant ſanctiſſimi operum, & tamen probant ſuam miſſionem per miracula. Hæc ille. Et obijciens ſibi, quod ſigna facere non ſit probatio ſanctitatis, ſed iuſtè viuere, vt ait Gregorius, reſpondet, hoc debere intelligi modo explicato, id eſt, quod facere miracula non ſit ſanctitas, eſſe tamen ſignum ſanctitatis, quandò in eius confirmationem fiunt, & veritatis, quandò fiunt in confirmationem veritatis.

28 Illud etiam quod addit, non eſſe regularem modum Eccleſiæ ad res fidei probandas, ex his impugnatur, quia potius in principio naſcentis Eccleſiæ, hic erat regularis modus probandi res fidei: vnde dixit Beda, quod Chriſtus Dominus, *conceſſa primum poteſtate ſignorum, miſit Diſcipulos prædicare verbum Dei, vt promiſſorum magnitudini atteſtaretur magnitudo factorum, fidemque verbis daret virtus oſtenſa, & noua facerent, qui noua prædicarent*. Et vt concludamus, S. Thomas citata, quæſt. 178. art. 1. ad 5. ſic habet: *Quod operatio miraculorum attribuitur fidei, propter duo, primo quidem, quia ordinantur ad fidei confirmationem; ſecundò, quia procedit ex Dei omnipotentia, cui fides innititur. Et tamen ſicut præter gratiam*

tiā fidei neceſſaria eſt gratia ſermonis ad fidei inſtructionem, ita etiam neceſſaria eſt gratia miraculorū ad fidei confirmationem. Vide S. Thomam, miracula in fidei confirmationem neceſſaria aſſerere, quod ſi nunc ceſſarunt miracula in aliquibus Sanctis, ideo eſt, quia iam fundata eſt Eccleſia: in rebus autem nouiter definiendis, non eſt dicendum miracula non cōducere, ſicut in iam definitis: cum ergo pluſquam 70 miracula iu fauorem Immaculatæ Conceptionis referantur, quæ quidem licet non omnia ſint iam à Sede Apoſtolica approbata, multa ſint authenticis inſtrumentis munita, vt refert Armamentarium in Regeſto authentico, relinquitur reddi definibilem ſententiam negatiuam ex miraculis, etiamſi non ſtarent pro ipſa teſtimonia Scripturæ, quæ ſupra adduximus.

ARTICVLVS. III.

An ex inſtitutione feſti, & conceſſione Indulgentiarum validum, & valdè vrgens fundamentum deſumatur ad proximam definibilitatem ſententia negatiua.

29 ARpalegus num. 1. ſic inquit: *Quia SS. PP. Thomas, & Ildephonſus colligunt ſanctitatē natiuitatis B. Mariæ ex inſtitutione feſti, intulerūt Suarez, & alij, neceſſario eſſe probabiliorē ſententiam negatiuam. Colligit Salazar cap. 33. & ſæpè alibi, eſſe definitum, quod ſententia negatiua eſt probabilior. Infert Poza lib. 4. Elucidarij cap. 7. ſententiam negatiuam eſſe*

Digitized by Google

canonizatã, & ſanctitatem Conceptionis Virginis adeò certam, ſicut ſanctitas eorum, qui ſunt relati ab Eccleſia in Sanctorum numerum, ac proindè ſicut lex ſcripta mortuo Chriſto, fuit mortua, licet non mortifera, vſque ad ſufficientem promulgationem, ſic ſententia affirmatiua ex vi gratiarum à Sede Apoſtolica conceſſarum, eſt iure mortua, & damnata, donec decurſu temporum reddatur mortifera.

30 *Sed in primis dictum Pozæ*, inquit Arpalegus, *in indice Expurgatorio nouiſſimo edito anno* 1640 *proſcriptũ eſt, & obliteratum. Præterea, vt bene notat Araujo, ex feſtiuitate natiuitatis benè colligebant SS. Patres eius ſanctitatem, quia nunquam fuit dubitata in Eccleſia, ac proinde Traditione conſtabat. Secus eſt de feſto Conceptionis, nam ipſi Pontifices obteſtantur, per huiuſmodi fauores ſe non intendere derogare ſententiæ affirmatiuæ, vel aliquod ei præiudicium inferre, ac proindè nullo modo cogunt mutare iudicium circa illam; cogerent autem, ſi hoc ipſo definirent eſſe probabiliorem; nã ſicut imprudentis, & temerarij eſſet aſſerere paruulis non infundi habitus ſupernaturales in Baptiſmo, eo ipſo quod definita eſt ab Eccleſia maior probabilitas ſententiæ affirmatiuæ, ſic ſimiliter eſſet in caſu noſtro.* Sic Arpalegus.

31 Conuenio cum Arpalego in hoc, quod non ſit canonizata ſententia negatiua, meo enim iudicio ſolum dici poteſt beatificata modo ſupra explicato fol. 93. num. 155. ex eo quod beatificatio, & canonizatio in eo differunt, quod hæc facit per modum ſententiæ; quod illa præſtat per modum gratiæ, vt ſupra dictum eſt num. 155. Rectè autem inferri maiorem

iorem probabilitatem noſtræ ſententiæ ex inſtitutione feſti; probabo ex dicendis contra dicta Arpalegi. Hic tamen aduerto, non benè ſenſiſſe Araujo dicentem, SS. PP. non bene colligere ex inſtitutione feſti ſanctitatem natiuitatis, niſi præter inſtitutionem feſti requireretur Traditio, nam SS. PP. ex ſola inſtitutione feſti independenter à Traditione collegerunt ſanctitatem natiuitatis, vnde non ſecus iudicandum eſt de feſto Conceptionis: Neque illi fauet obteſtatio Pontificum, quia ſemper intelligitur cum illa præcautione, quòd non intendũt præiudicium inferre ſententiæ affirmatiuæ, præterquam quoad ſupradicta: ſicut etiam non inferebatur præiudicium probabilitati ſententiæ negantis infuſionẽ habituum, dum definita fuit maior probabilitas cõtrariæ ſententiæ, nec cogebat talis definitio ad negandam probabilitatem illius, ſed ad non aſſerendam tunc æqualem probabilitatem cum ſententia affirmatiua, ex quo ſolum ſequitur, quod ex vi Cõcilij Vienenſis, ſolum erat proximè definibilis ſententia affirmans infuſionem habituum ſaltem Theologicorum. Nunc verò poſt Tridentinum vix poteſt, adhuc cum tergiuerſatione, negari (vt ait Suarez tom. 3. de gratia, lib. 6. cap. 8.) eſſe de fide infuſionem habituum Theologicorum, quamuis reſpectu virtutum moralium, adhuc poſt Tridentinũ, ſolum ſit proximè definibile, non verò definitum, vt ex multis referunt Suarez loco citat. cap. 9. § 12. & Ripalda tom. 2. de ente ſuperna. lib. 6. diſp 120. ſect. 8. quod etiam ſequi ex maiori probabilitate ſententiæ negatiuæ in materia de conceptione, quæ colli-

colligitur eſt inſtitutione feſti, probabimus ſtatim.

32 Veniamus iam ad dicta Arpalegi. *Dicendum eſt primò*, inquit illè num. 2. *inſtitutionē hanc non reddere proximè definibilem ſententiā negatiuā, nā ſtat optimè cū tali inſtitutione, æquè eſſe probabilē ſententiam affirmatiuā, qua ſtante æqualitate, neutra magis vrget ad ſui definitionem. Probatur, nā vt aduertit Capreolus in 3. diſt. 3. quæſt. vnica, hoc feſtū potius eſt gratiarū actionis, & laudis, ſicut plura feſta legis antiquæ, ſcilicet feſtū Paſchatis, feſtū Neomeniæ; at feſtū gratiarū actionis, & laudis, optimè ſaluatur per hoc, quod fuerit miraculoſa illa conceptio, ratione ſterilitatis Annæ, ratione maximi beneficij humano generi collati per primū effectū ad extra prædeſtinationis Virginis: ergo vera eſt concluſio. Maior probatur ex Extrauagan. Sixti IV. quæ incipit, Cum præexcelſa, in qua monentur fideles colere feſtum Conceptionis, & addit Sūmus Pontifex, ſe hoc facere, vt omnipotenti Deo de ipſius immaculatę Virginis mira (ideſt miraculoſa) conceptione gratias, & laudes referant. Probatur minor, nā in Menologio Gręco, vt teſtatur, & approbat Salazar c. 35. nu. 25. celebrabatur feſtū Conceptionis B. Ioānis Baptiſtę, eo quod fuit miraculoſa, ſicut celebratur feſtum Conceptionis B. Virginis ſub hoc titulo: Conceptio Annę Dei, & Dominę noſtræ Auię. & Landulfus Carthuſianus 1. par. vitæ Chriſti ait, de generatione Sanctorum eſſe lętandum, & loquitur de Ioāne Baptiſta; Quia non ſolum parentum eſt gratia, ſed etiā ſalus eſt plurimorum, vnde admonemur hoc loco Sanctorum generatione lætari: ergo tam longè abeſt, vt inſtitutio feſti euidenter conuincat ſanctitatem Conceptionis, vt poſſit ſtare de fide, quod Beatus Ioannes Baptiſta*

tiſta

tiſta conceptus ſit in peccato, & tamen fuerit celebre feſtum conceptionis Baptiſte.

33. Hoc argumentum Arpalegi confutatur facilè, legendo textum, ex quo probat maiorem; nam licet ibi Summus Pontifex moneat fideles ad referendas gratias de Conceptione mira Virginis, non tamen vocat miram Conceptionem, ex eo quod fuit ex ſterili, ſed quia fuerit in gratia. Patet ex illis verbis: *Eam ſui unigeniti habitaculum Sancti Spiritus præparatione conſtituit*: quæ verba de conceptione loqui, dubium eſſe non poteſt ex contextu, ibi enim habet: *Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli Chriſti fideles, utriuſque ſexus, qui Miſſam, & Officium Conceptionis, eiuſdem Virginis glorioſæ, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij Magiſtri Leonardi de Nogarolis, &c. deuotè celebrauerint, & dixerint, aut illis horis Canonicis interfuerint, quoties id fecerint eandem prorſus indulgentiam, &c.* Concedit indulgentias, quas prædeceſſores ſui cōceſſerunt celebrantibus feſtum Corporis Chriſti: ergo feſtum Conceptionis non ſolum eſt gratiarum actionis & laudis de Conceptione Virginis præciſe, ſed ſanctitatis eius. Idem probatur ex probatione Minoris, nam conceptio Ioannis Baptiſtæ, quia ſancta non fuit, iam non celebratur ab Eccleſia, cum ergo Conceptionem Virginis celebret, relinquitur, quod eam exiſtimat ſanctam, nam diem illum, vel horam Conceptionis non fore ab Eccleſia celebrādam, ſi non eſſet ſancta, eſt expreſſa mens Auguſtini; in die natali B. Cypriani, in eius ſermone, vbi hæc habet: *Quid eſt hoc fratres, quando natus ignoramus,*

mus, & quia hodie paſſus eſt, natalem eius hodie celebramus, ſed illum diem non celebraremus, niſi [illegible], illo enim die traxit originale peccatum. Sentit igitur Auguſtinus, quod dies Conceptionis in peccato, non eſt ab Eccleſia celebrandus, & per conſequens cum in Eccleſia celebretur dies Conceptionis Virginis, vti ſanctum debemus illum venerari.

34 Confirmare hoc poſſumus ex communi doctrina Theologorum; vnde apparebit differentia inter feſtiuitates Neomeniæ, & alias veteris teſtamẽti, & noſtram: Nam communis Theologorum doctrina eſt, deberi adorationem latriæ illis inſtrumentis, vel rebus, quæ tetigerunt corpus Chriſti Domini, ratione contactus: excipitur tamen ab hac generali doctrina Virgo Maria, licet toties verbum Dei contrectauerit, & nouem menſes intra viſcera portauerit; rationem autem diſcriminis aſſignant, quia in rebus inanimatis, vti ſunt claui, crux, &c. nullum eſt periculum, quod deferatur adoratio latriæ alteri, quàm Deo, ſunt enim incapaces per ſe adorationis, in Virginem autem adeſt periculum, vt deferatur creaturæ adorationis capaci, adoratio debita Deo, ideoque prohibetur adoratio latriæ circa Virginem: ſic ſimiliter in feſtiuitatibus veteris legis ſolum colebatur Dei virtus, quæ relucebat in miraculis, nullumque erat periculum, vt nihil non ſanctum coleretur: at verò in Conceptione Virginis, ſi non eſſet ſancta, eſſet periculum, quod coleretur ab Eccleſia aliquid non ſanctum, licet feſtum inſtitueretur ſub titulo gratiarum actionis, ſicut eſſet periculũ adorationis latriæ, licet coleretur Vir-

Digitized by Google

go ſub titulo contractus, vnde prohibendũ eſſet omnino feſtum Conceptionis ad vitandum periculum, ſicut prohibetur adoratio latriæ, in lege ergo gratiæ nihil non ſanctum colitur, ideoque ex cultu Cõceptionis efficax deducitur argumentum ſanctitatis eius.

53 Secundò probat Arpalegus ſuum aſſertum num. 3. *nam Scotus in illo primo inſtanti Conceptionis Virginis poſuit tria ſigna; primum, in quo habuit peccatum: ſecundum, in quo fuit expulſum: tertium, in quo fuit ſancta. Alij etiam ex Antiquioribus dixerunt, in eodem inſtanti primo fuiſſe gratiã, & peccatum ſimul in Beata Virgine, & tamen ſaluabant feſtum Conceptionis, quod celebrabatur in pluribus Eccleſijs eo tempore: ergo poteſt conceptio non vndequaquè ſancta, feſtiuè celebrari, licet non ſub ea ratione, qua fuit peccaminoſa: ergo ſimiliter cum ſententia affirmatiua dicat, quod primũ inſtans morale conceptionis includat duo inſtantia metaphyſica, & tempus intermedium fuit permanentia, ſecundum inſtans fuit ſanctificationis, & puritatis, ſequitur quod etiamſi coleretur primum inſtans ſub nomine puræ Conceptionis, adhuc ſaluaretur veritas ſententiæ affirmatiuæ, diſcurrendo de ſignis moralibus in primo inſtãti morali, ſicut diſcurrit Scotus de ſignis rationis in primo inſtanti metaphyſico: maximè cum cultus, qui indicitur ex inſtitutione feſti, ſit actus moralis, qui quidem non regulatur, neque attendit ad inſtans metaphyſicum; ſed ad morale rei, quæ cultu proſequitur.*

36 Hoc argumentum multa congetit metaphyſica, & moralia, quæ examinare ad nos non ſpectit nunc; quidquid enim ſit de ſignis, quæ poſuit Scotus,

tus, & aliorum opinione, hoc vnum verum eſt, Eccleſiam non celebrare Conceptionem ſpiritualem, ſed conceptionem naturalem, quæ pro primo inſtāti reali phyſico ſupponit: ergo non ſaluatur veritas ſententiæ affirmatiuæ, diſcurrendo de ſignis moralibus, eo modo, quo Scotus diſcurrit de ſignis rationis in inſtanti metaphyſico, nam ex modo diſcurrendi Scoti, non ſequitur in aliquo inſtanti reali verificari realiter, quod Virgo non fuit ſancta; ſicut verificatur in modo diſcurrendi ſententiæ affirmatiuæ, vnde ſi Eccleſia celebraret inſtans illud morale, coleret aliquid non ſanctum; quod non ſequitur in ſententia Scoti, quia licet à nobis concipiatur, non inde ſequitur in illo inſtanti reali, neque in aliquo ſigno eius, fuiſſe realiter peccatum in anima B. Virginis, quod quidem multo verius eſt in ſententia Thomiſtarum, ſæpius aſſerentium, aliquid eſſe ſecundum modum concipiendi, quod in rei veritate non eſt: non ergo benè arguitur ex inſtanti metaphyſico ad inſtans morale; quia ex hoc modo diſcurrendi ſequitur, in aliquo inſtanti reali, imò per aliquod tempus, fuiſſe peccatum in Virgine, atque adeò coli ab Eccleſia aliquid non ſanctū, quia colit illud inſtans, non ſolum morale pro aliqua parte, ſed quod propriè eſt Conceptio phyſicè, & realiter ſumpta, quod quidem ſupponit pro primo inſtanti phyſico. Illud etiam quod addit, cultum non attendere ad inſtans metaphyſicum, ſed morale, falſum eſt in ſententia Thomiſtarum, qui ideo aſſerunt celebrari feſtum ſanctificationis, quia ignoratur inſtans metaphyſicum, in quo fuit ſanctifica-

ta: at inſtans morale nullo pacto ignoratur, cum componatur ex illis tribus ſignis moralibus, quæ neceſſario complectuntur totum tempus vſque ad ſanctificationem: ergo &c.

37 Tertiò probat Arpalegus ſuam concluſionē, ita num. 42. *Nam die 8. Decembris ſolum fuit commixtio ſeminum, non verò fuit conceptio Beatæ Mariæ, quæ cōſiſtit in infuſione animæ, & in productione ſubſiſtentis perſonæ, quæ fit poſt 80. dies in generatione fœminarum, vt teſtatur Ariſt. lib. 7. de hiſtoria animalium, cap. 3. & Auguſtin. lib. 83. quæſtionum cap. 56. Cyrillus lib. 15. de adoratione, Ildephonſus ſermon. 1. de purificatione, ac proinde ſi celebraretur feſtum eo die, quo fuit in re concepta Beata Maria, computanda uſque ad diem 8. Septēbris, in quo eſt nata, debebat fieri in vltimo Februarij, vel principio Martij; ergo Eccleſia, vel ſolum ſolemnizat die 8. Decembris commixtionem ſeminum, quod eſt impoſſibile, vel ſolum agit feſtū in gratiarū actionē, quia iam accedebat tempus, vt veniret Maria in mundū, vel, quod facilius eſt, morali modo, hoc agit, celebrando in illo die totum tempus, ſecundum quod etiā includit tēpus animationis, & ſanctitatis Beatæ Mariæ.*

38 Hoc argumentum in primis poſſemus dicere, ſupponere falſum, nam licet verum ſit regulariter ita contingere in generatione fœminarum, vt anima poſt 80. dies infundatur, non ita accidiſſe in Virgine, aſſerunt Granadus, Poza, Calderona & alij, ſed in illa die fuiſſe animam infuſam, & ſanctificatam, vnde falſum eſt aſſumptum, & diſiunctiua conſequentia, nam neque celebrat Eccleſia commixtionem ſeminum, neque ſolum refert gratias

pro

pro proximo aduentu Virginis Mariæ, ſed pro eius ſanctitate in primo inſtanti infuſionis animæ.

39 Et quidem Eccleſiam nomine Conceptionis non celebrare ſanctificationem, quæ eſt conceptio ſpiritualis, ſed ipſum inſtans infuſionis animæ: idque voluiſſe ſignificare præcipiendo, vt omnes vterentur nomine Conceptionis in Officio diuino, latè probant Armamentarium Seraphicū, & D. Antonius Calderon, vbi docent vti erroneum eſſe dānatum dictum illorum, qui aſſerebant celebrari feſtum Conceptionis, prout ſignificat conceptionem ſpiritualem, ideſt inſtans ſanctificationis, prout diſtinctum ab inſtanti infuſionis animæ. In hoc enim ſenſu exagitata eſt quæſtio ab initio, vt fatetur Caietanus, in hoc ſenſu intendunt aduerſarij loqui S. Bernardum, cum reprobat feſtum à Lugdunenſibus inſtitutum, in hoc ſenſu tolerabatur ab Eccleſia hoc feſtum tempore S. Thomæ: ergo in hoc ſenſu, ideſt primi inſtantis infuſionis animæ, celebratur feſtum ab Eccleſia.

40 Deinde dato, quod tranſierint in generatione Virginis illi 80. dies; non inde ſequitur eſſe celebrandam Conceptionem in vltimo Februarij, vel principio Martij, nam cum hoc non ſit ita certum, ac dies Conceptionis fœtus, numerando à die natiuitatis nouem menſes, Eccleſia celebrat inſtans infuſionis animæ eo die, in quo coagmentatus eſt fœtus per anticipationem; vnde intentum non eſt, celebrare commixtionem ſeminum ſed infuſionem animæ cum ſanctitate, eo die quo redditur certum à poſteriori retro numerando, coagmentatū fuiſſe

ad

ad minus fœtum, quod quidem in Eccleſia non eſt inuſitatum, ſolet enim ex cauſa anticipare, vel poſtponere feſtiuitatem: ex quo non ſequitur celebrari aliquid non ſanctum, ſed ſolum transferre, vel anticipare ſolemnitatem, & celebrare hoc die, quod alia die contigit. Sic enim celebrat feſtum Reſurrectionis Chriſti aliquando anticipatè, aliquando poſtpoſitè, & in Sabbato ſancto Reſurrectionem celebritatę anticipat, ſic etiam feſtum B. Dominici, non celebrat eo die, quo Sanctus obijt, qui fuit 8. idus, id eſt 6. die Auguſti, ſed anticipat ex mãdato Pauli IV. ad diem 4. qui eſt pridie nonas Auguſti, in quo non celebratur Sanctus, dum adhuc viueret, ſed anticipat celebrationem diei obitus, ob iuſtam cauſam, nempè, quia die 6. celebratur feſtũ Transfigurationis, & die 5. in qua aliquando feſtum celebratum fuit, quia in eo aſcriptus eſt numero Sanctorum, celebratur feſtum S. Mariæ ad Niues. Similiter feſtum Sancti Stephani, Transfigurationis Domini, Viſitationis Beatæ Mariæ, & alia huiuſmodi, non enim attendendum eſt, quo die colat, ſed quid: & in hac feſtiuitate, vt diximus, declaratum eſt, celebrare ſanctitatem infuſionis animæ pro illo inſtanti, in quo verum fuit dicere, Maria eſt concepta, & hoc eſt, quod celebratur die octauo Decembris.

41 Quod docuit Guillielmus Pepin celebris Doctor, Ordinis Prædicatorum, ſermon. 1. de intemerata Virginis Conceptione, per hæc verba: *Præmittenda ſunt aliqua. Primum eſt: Quod ipſa Virgo ſacratiſſima non fuit hodie* (ſermo habetur 8. Decem-

cembris) *concepta, illa conceptione quam veneratur Ecclesia: Cuius ratio eſt; nam Eccleſia non intendit facere feſtum de Maria, niſi poſtquam fuit capax ſanctificationis.* Hodie autem *quando primum ipſã genuit Ioachim, & Anna, non fuit capax ſanctificationis, eo maxime cum nondum haberet animã rationalẽ; ſed hodiernum feſtum referendum eſt ad diẽ animationis: Quando ſcilicet primò anima eius infuſa eſt corpori ſuo organizato. Quod forte fuit poſt dies 80. ab hac die. Quia tantopere ſecundum Auguſtinum diſponitur corpus puellæ, antequã anima introducatur. Sed quia Eccleſia non eſt omnino certa de die præciſa illius conceptionis ſecundæ, ſiue animationis, eo quod in aliquibus prædictum tempus & dierum numerus accelleratur, in alijs verò retardatur, ſecundũ quod virtus derelicta in ſemine eſt maior, vel minor; ideò ſtatuit ipſa Eccleſia, dictam Conceptionem ſecundã hodie debere celebrari per mundũ vniuerſũ.* Hęc eruditiſſimus Pepin, qui poſt hæc à me ſcripta, ad manus meas peruenit.

42 Quartò probat Arpalegus num. 5. *Eccleſia non celebrat feſtũ ſub titulo immaculatæ Conceptionis Virginis, ſed Virginis immaculatæ, vt vidimus in verbis Sixti IV. & innouauit Innocentius Decimus in ſpeciali Bulla; ergo quia Eccleſia intendit celebrare quod certum eſt, nempe ſanctitatẽ Beatæ Virginis, quã habuit, vt moraliter dici poteſt, in illo primo tempore conceptionis, abſtrahendo ab ambigua ſubtilitate metaphyſica, primi inſtantis metaphyſici, quam quidem doctrinam adhibet Illuſtriſſimus Card. Belarminus, tom. 2. lib. 3. de cultu Sanctorum, cap. 16. reſpondens Tilmano Hæretico, centuria 6. cap. 6. & alijs nouatoribus, quos refert Caniſius*

lib.

lib. 1. cap. 8. & Pauia lib. 5. defenſionis Fidei circa finem. Idque approbat Suarez loco citato, reſpondens hæreticis, dicentibus Eccleſiã errare inſtituendo feſtum Conceptionis, cuius ſanctitas erat adeò dubia in Eccleſia: ergo ex inſtitutione feſti nulla tollitur probabilitas ſententiæ affirmatiuę, nulla maior vis ad proximã definibilitatẽ tribuitur ſententię negatiuæ. Sic ille.

43 Confundit hic Arpalegus doctrinam Belarmini, & Suarez, cum decreto (quod credo vocare Bullam) SS Innocentij Decimi, ſed ſicut falſum eſt, Sanctiſſimum Dominum expediſſe Bullam contra titulum Immaculatæ Conceptionis, ita falſum eſt decretum, de quo nihil occurrit dicendum pręter ſupradicta diſput. 2. num. 150 Similiter falſum eſt applicari doctrinam Belarmini, & Suar huic probationi, nam iſti DD. expreſsè tenent, Eccleſiã celebrare inſtans infuſionis animæ, in quo fuit Virgo ſanctificata, hæreticiſque dicentibus Eccleſiam errare, quia ſunt in Eccleſia qui negent in hoc inſtanti fuiſſe ſanctam, reſpondent (ſi fortè ſint qui hoc dicant, nam falſum eſſe, Kemnitium hoc obieciſſe, probat D. Antonius Calderon cap. 5. §. 18. contra libellatores) Eccleſiam non errare, *quia maior pars Eccleſię piè credit* (ſunt verba Belarmini) *Immaculatam Conceptionem*: vnde potius ex hac ſolutione confirmatur noſtra ſententia, nam procul dubio maior pars Eccleſiæ ſentit, ab Eccleſia Romana celebrari primum inſtans infuſionis animæ, quia in eo fuit Virgo ſanctificata: ergo hæc pars tenenda eſt ex doctrina Belarmini.

44 Quintò probat Arpalegus ſic: *nam re vera*

non tam primũ inſtans, quàm dies Conceptionis celebratur, vt dicitur in introitu, diẽ feſtũ celebrantes; ergo cũ ſententia affirmatiua ſaluet, quod dies Conceptionis ſit ſãctus, nihil habet contra ſe in inſtitutione feſti. Tum etiã, nã vt ſaluetur inſtitutio feſti, ſufficit ſanctitas perſonę, quãuis de alijs circumſtantijs dubitetur, vt in ſimili dixit Auguſt. de feſto Epiphania ſerm. 27. de tempore, per hac verba; Licet de ſolemnitate huius diei veterũ ſit diuerſa traditio, vna tamen ſanctę deuotionis eſt fides; nam quãuis nonnulli Dominum noſtrũ ſtella duce à Magis exiſtiment adoratũ, alij aſſerant, aquã in vinũ mutaſſe, quidam verò baptizatũ eſſe à Ioanne confirment, in omnibus tamen filius Dei creditur, in omnibus feſtiuitas eſt vera. Vide Baronium to. 1. ann. Chriſti 31. n. 34.

45 *Confirmat nu. 6. & 7. nã ſicut canonizatio Sanctorũ inſtituendo cultũ, & feſtiuitatẽ Sanctis, hoc facit, quia ſunt regnantes cum Deo, ideoque celebret diẽ mortis, & tranſitus eorum ex hac vita, ſi hoc feſtũ celebrat diem Conceptionis ratione ſanctitatis; : at ſic eſt, quod plures Sancti non regnauerunt cũ Deo in die ipſo obitus, vt cõmuniter dicitur de S. Paſchaſio, & certũ eſt de S. Ioanne Baptiſta, & SS. Innocentibus, SS. Ioſeph, Ioachim, & Anna, & SS. Machabæis, qui fuerunt in limbo, nam ſufficit, quod modò quando exhibetur cultus, ſint cũ Deo regnantes; ergo, vt colatur conceptio, tanquã ſancta, ſufficiet probabilitas, quando conſtat de perſona, quæ immediatè ſaltem poſt fuit ſancta. Imo Paludanus in 3. diſt. 3. qu. 1. ait, quod colitur Cathedra S. Petri in gratiarũ actionẽ, ob eximiũ beneficiũ tunc collatũ Eccleſiæ, etiãſi non conſtet, an tunc haberet Petrus aliquod peccatũ veniale: ergo ſimiliter poteſt dici probabiliter in noſtro caſu.*

Digitized by Google

46 *Nec eſt eadē ratio de canonizatione Sanctorum, nā ſi eorum ſanctitas non eſſet certa, exponeret ſe Eccleſia periculo errandi, colendo hominē damnatum: at in noſtro caſu perſona modò, quando colitur, ſancta eſt, & certum eſt quod fuit ſancta in primo inſtanti, ſaltem morali: non ergo inſtat periculum errandi, ſaltem moraliter, etsi in primo inſtanti metaphyſicè ſumpto, non fuerit ſanctitas in B. Virgine.* Hæc omnia Arpalegus.

47 Ex hoc argumento Arpalegi, eiuſque confirmatione noſtra ſententia roboratur. In primis autem non omittā aduertere, parùm ſcholaſticè, & nimis materialiter obijcere nobis, illud introitus, *diē feſtum celebrantes*, nam cum quodlibet inſtans poſſit per ſinecdochem dies appellari, Eccleſia vtitur hac figura, non enim debebat dicere, *inſtans celebrantes.* Quod niſi ita intelligatur, nec eius argumentū procederet, nam vel ibi per diem, intelligit omnia inſtantia componentia diem à primo vſque ad vltimū: vel ſolum illud inſtans, in quo ſanctificata eſt: ſi celebrat omnia inſtantia: ergo vel in omnibus inſtantibus debuit eſſe ſancta, vel celebrat aliquod inſtans, in quo fuit peccatrix: ſi ſolum celebrat inſtās, in quo fuit ſanctificata: ergo ſumit partem pro toto. Deindè aduerto, eodem argumento poſſe probari, ſufficere ad celebrandum feſtum natiuitatis, quod Virgo fuerit ſanctificata ſtatim poſtquam nata eſt, & per conſequens poſſe celebrari natiuitatē omnium, qui in die natiuitatis baptizati ſunt, quod qui audebit affirmare?

48 Confirmat ex Auguſtino, qui potiùs probat non celebratum ab Eccleſia aliquid, in quo dubia

ſit ſanctitas; licet dubitetur de circumſtantijs : vnde cum in omnibus illis celebretur Chriſti ſanctitas, ſiue in Baptiſmo, ſiue in miraculo, ſiue in adoratione, nullum ſequitur inconueniens ex varietate opinionum circa circumſtantias: at in noſtro caſu, opiniones ſunt circa ſubſtantiam ſanctitatis, & ita ſi nõ eſſet vera opinio, aſſerens, in primo inſtanti Virginẽ fuiſſe ſanctam, Eccleſia colens ſanctitatem in primo inſtanti, vt probatum eſt, coleret vt ſanctum, quod ſanctum non eſt, & non eſſet in omnibus vera feſtiuitas, ſicut in omnibus ait Auguſtinus, veram eſſe in die Epiphaniæ; quia nulla opinio ponit aliquid non ſanctum, tanquam feſtiuitatis obiectum, neque Eccleſia ſe huic periculo exponit. Addo ex hoc cõfirmari, quod ſupra dicebamus num. 40. non eſſe attendendum ad tempus, quo Eccleſia aliquid colit, ita vt id, quod vt ſanctum colit, contigiſſe debeat eo die, quo illud colit, nam in die Epiphaniæ, tribus miraculis ornatum diem ſanctum colit, vt cantat Eccleſia, & tamen veriſimilius eſt, non eodem die illa tria miracula contigiſſe.

49 Ex quo patet etiam confirmari noſtram ſententiam ex ſecunda confirmatione de canonizatione Sanctorum, nam Eccleſia diem obitus celebrat, ſumendo illud pro vltimo inſtanti, in quo certũ eſt, fuiſſe in gratia ſanctos eum Chriſto regnantes; vnde ſicut diem obitus ſumit pro vltimo inſtanti, quia in antecedentibus non poteſt verificari obijſſe, ita diẽ cõceptionis ſumit pro primo inſtãti, in quo verificatur, quod eſt concepta, quod non verificatur in ſequentibus, quæ ſunt inſtantia durationis, non con-

cep-

ceptionis: vt ipſe dicebat ſupra, vnde ſicut non poſſet Eccleſia colere diem obitus;ſumendo illud pro vltimo inſtanti, niſi certa eſſet de ſanctitate illius hominis pro illo inſtanti, licèt in antecedentibus fuiſſet ſanctus, ita non poſſet colere diem Conceptionis ſub nomine Conceptionis, ſi in illo primo inſtanti Virgo non fuiſſet ſancta, licet in ſubſequentibus ſancta fuiſſet. Vnde in ſanctis qui non ſtatim poſt obitum regnauerunt cum Chriſto, colit ſanctitatem,quam habuerunt in illo vltimo inſtanti, quę ratio eſt,cur cum Chriſto hodie regnent, ac proinde ſemper colit ſanctitatem perſonæ pro illo inſtāti determinato obitus,& ſemper eſt sāctitas ratio motiua cultus exhibendi ſanctis.

50 Quod confirmatur ex doctrina Paludani, nā licet verum eſſet, quod Eccleſia ob eximium beneficium tunc ei collatum, coleret Cathedram S. Petri, ſaltem neceſſe eſt, quod tunc Petrus non eſſet in peccato mortali,veniale enim non opponitur sāctitati: ergo quomodocumque ſumatur, ſemperEccleſia colit aliquid ſanctum, & per conſequens debet Virgo eſſe ſancta in conceptione, vt eius cōceptio colatur. Confirmatur vlterius, nam ratio canonizationis Sanctorum, etiam militat in noſtro caſu: ſicut enim ſi non conſtaret de ſanctitate ſancti,exponeret ſe Eccleſia periculo errandi, colendo hominē damnatum, ſic ſi non conſtaret de ſanctitate cōceptionis, exponeret ſe Eccleſia periculo colendi conceptionem non ſanctam: neque enim ſufficit, quod Eccleſia ſit certa, quod perſona modò,quando colitur,eſt ſancta, vt poſſit colere conceptionem eius,

ſicut non ſufficit eadem certitudo ad colendam natiuitatem, ſed requiritur, quod natiuitas ipſa ſit in gratia; alias poſſet colere, vt diximus, omnium Sanctorum conceptionem, & natiuitatem, quia modo conſtat de eorũ ſanctitate: ergo non ſufficit, quod Virgo ſit ſancta, vt poſſit colere conceptionem eius ſine periculo errandi, ſed requiritur, quod conceptio fuerit ſancta.

51 Proſequitur Arpalegus nu. 8. Dico ſecundò: *ex conceſſione Indulgentiarum conceſſarum in eos, qui colunt puram Conceptionem, non ſequitur, quod ſententia negans excedat terminos merè probabilis. Probatur: nã ad earum conceſſionem ſufficit cauſa probabilis moraliter, vt tuetur cum alijs Diana par. 5. tract. 12. reſol. 10: vel ſufficit, quod ſit pia ſaltem virtualiter, & quod ex genere ſuo ordinetur ad honorem Dei, & vtilitatem Eccleſiæ, vt tuetur Caietanus tom. 2. opuſculorum, tract. 15. Iulius de indulgent. part. 2. cap. 2. Imo addit Nuño in additionibus ad 3. part. quæſt. 25. art. 3. difficult. 1. concluſ. 2. nõ requiri, quod immediatè reſpiciat bonum commune, ſed ſufficere, ſi agnoſcatur aliquem in particulari notabiliter proficere ex tali conceſſione. Etiam docet ſat eſſe, ſi ad inſtantiam alicuius Principis concedatur; cum ergo indulgentiæ in fauorem Conceptionis conceſſæ ſint ad inſtantiã Principum, & Religioſorum, & quia plures deuoti proficiunt ex earum conceſſione, ſit conſequens non validè indè reddi definibilem ſententiam negatiuam.*

52 Pro ſolutione, & impugnatione huius argumenti, ſupponendum eſt, aliud eſſe, inquirere cauſã, quæ requiritur ad concedendas à Summo Pontifice, indulgentias: aliud eſſe inquirere, cui applicandæ

vel

vel concedendæ ſint indulgentiæ. Quo poſito, faci-lè ſoluitur argumentum, nam licet ad concedendas indulgentias, dicerent illi Doctores, quod ſufficiat Summo Pontifici cauſa probabilis, inſtantia Principum, & Religionum, profectuſque fidelium: tamen nunquam conſueuit Summus Pontifex, etiam ad inſtantiam Principum concedere indulgentias alicui rei non ſacræ, vel benedictæ: vnde non conceſſit Summus Pontifex, neque concederet indulgentias aſſerentibus ſententiam affirmatiuam: ergo ex conceſſione indulgentiarum optimum deſumitur argumentum ad probandum, quod conceptio, cui conceduntur, quidquid ſit de inſtantia, vel cauſa, eſt res ſancta, & benedicta.

53 Addo citatos DD. præſertim Dianam non aſſerere ſufficere ad concedendas indulgentias cauſam probabiliter piam, ſed potius ſupponere cum omnibus, eſſe neceſſariam cauſam piam, ſolum enim docet, eſſe probabile non requiri, quod cauſa ſit proportionata, ideſt, quod ad concedendas magnas indulgentias ſit neceſſaria magna cauſa. Hoc, inquit Diana, non eſſe certum, ſed quamlibet cauſā ſufficere, dummodo ſit pia, quod probat citatis verbis S. Thomæ in ſupplemento, quæſ. 25. art. 3. quæ quidem, mirum videtur, quod non legerit Arpalegus, vel ſi legit, quod auſus ſit hæc ſcribere: verba S. Doctoris ſunt: *Ad indulgentias ſufficere quamcumque cauſam, quæ in vtilitatem Eccleſiæ, & honorem Dei vergat, & ideo dicendum ſimpliciter tantum valere, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis ſit auctoritas, & ex parte recipiētis charitas, & ex parte cauſæ pietas;*

ergo

ergo ex S. Thoma cauſa non probabiliter, ſed verè pia requiritur ad indulgentias.

54 Quare, optimè impugnant Armamentariũ, & D. Antonius Calderon libellatores dicentes, argumento deſumpto ex indulgẽtiarum conceſſione, occurriſſe Eſtium, dicendo, indulgentias non eſſe conceſſas opinioni, ſed pietati, ineptè enim occurrit Eſtius, nam cum pietas non diſtinguatur ab opinione pia obiectiuè, quia idem eſt vtriuſque obiectum, pietas enim conſiſtit in colenda Conceptione, deducitur ipſam opinionem de conceptione eſſe ſanctam, quia ei conceduntur indulgentiæ. Inſuper quod diſtincta ſit cauſa concedendi indulgentias à re, cui conceduntur, ex ipſo argumento aduerſariorum conſtat, nam per vos indulgentiæ non cõceduntur opinioni, ſed pietati, cauſa autem concedendi eſt opinio: ergo diſtincta eſt cauſa concedendi à re, cui conceditur. Vrgeo, per te conceduntur pietati, quã non eſt dubium, eſſe virtutem: ergo res, cui conceditur debet eſſe ſancta: ſed conceduntur conceptioni: ergo conceptio eſt ſancta. Minor probatur, quia indulgentiæ ſunt conceſſæ dicentibus orationem, & antiphonam, in qua aſſeritur cõceptio immaculata: ergo conceduntur cõceptioni. Rurſus idem colligo ex argumento ſecũdi libelli, n. 22. vbi probat nõ vrgere authoritatem indulgẽtiarum, quia multæ indulgentiæ conceſſæ ſunt Meſſanenſibus ex cauſa epiſtolæ Beatæ Virgini Mariæ adſcriptæ, quia ſi argumentum valeret, iam non eſſet prędicta epiſtola inter apochryfas reijcienda, contra quod benè inſurgit D. Antonius Calderon, cap. 5.

num.

num. 147. Pontifices non concedere indulgentias venerantibus epiſtolam Beatę Virginis Meſſanenſibus ſcriptam, ſed viſitantibus cappellam eiuſdem Virginis de Literio nuncupatam, quibus non titulũ de Literio, ſed capellam Virginis colunt, ex quo benè infertur, quod licet cauſa ſit titulus epiſtolæ, indulgentiæ tamen non conceduntur epiſtolæ.

55 Addo ex prædicto auctore; quod ſi indulgẽtiæ fuiſſent conceſſæ recitantibus v. g. hanc orationem: *Deus, qui per epiſtolam à tua Matre ſcriptam, Meſſanenſes honorare voluiſti, &c.* non liceret, dubitare de veritate epiſtolæ, ita efficaciſſimè deducitur veritas ſanctitatis Conceptionem, cum indulgentiæ ſint conceſſę recitantibus hanc orationem, *Deus qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c.* Tandem non poſſum non addere ex Armamentario, pag. 388. quod tempore Pauli V. aduerſarij prohibenda cenſuerunt numiſmata quædam ſculpta ad inſtantiam, vt creditur Legati Hyſpaniarum, cum Virginis imagine, & epigraphe, *ſine peccato originali*, non alia ducti ratione, niſi quia indulgẽtiæ à Sanctiſſimo abſolutè conceſſæ, illis applicari poſſent, vnde articulus præſeruationis definitus euaderet. Ex quo apparet, plus nobis concedere aduerſarios ex indulgentiarum conceſſione, quam velimus: ipſi timent definitionem ex indulgentiarum conceſſione, nos ſolum argumentum ad definibilitatem conducens, ex ipſarum conceſſione deducimus.

ARTICVLVS. IV.

An ex ſilentio impoſito ſententiæ affirmatiuæ, creſcat proxima definibilitas negatiuæ.

56 STatuit in primis num. 1. Arpalegus, *ſententiam negatiuam etiam habere ſuos terminos, & cancellos. Nam à Pio V. & Paulo V. ſub grauiſſimis cenſuris cautum eſt; quod tenentes opinionem negatiuam, in publicis concionibus, lectionibus, diſputationibus, & alijs actibus publicis, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, vel tractent. Quod an obſeruent defenſores ſententiæ negatiuæ, ſicut obſeruant ſilentium ſibi impoſitum patrani ſententiæ affirmatiuæ erga extraneos à Religione Prædicatorum, alij iudicent, certum enim eſt, Deo magis placere obedientiã, quam ſacrificium*. Sic ille.

57 Hæc ſuppoſitio eſt falſa, nullos enim terminos, & cancellos habet ſententia negatiua, nam à Summis Pontificibus ſolum præcipitur, ne tractent de affirmatiua, illam carpendo, cenſurando, vel alia nota inurendo, ita vt non eam damnent quouſque ab Eccleſia damnata ſit, quod quidem obſeruant ad vnguem aſſertores ſententiæ negatiuę, qui ſolum tractãt de veritate negatiuę, vnde ſicut falſa eſt ſuppoſitio, voluntaria eſt querimonia.

58 Statuit ſecundò, *cauſam impulſiuam, qua motus fuit Gregorius XV. ad imponendum ſilentium ſententiæ affirmatiue, niſi intra clauſtra Fratrum Prædicatorum, explicari ab ipſo in Bulla, fuit enim ad vitanda*

ſcan-

ſcandala, ; rixas, & iurgia, quæ ex priuatis locutionibus oriri ſolebant, inter diuerſa opinantes; vnde non tam verbis, quam pugnis, & opprobrijs, & conuitioſis clamoribus, & tumultuario populorum incurſu fieri ſolebãt, vnde magnos prouentus captabant Dæmones. Non autẽ fuiſſe, quia aliquid minoris probabilitatis de nouo deprehendiſſet in ſententia affirmatiua. Nam ipſe Sũmus Pontifex ſemel, & iterum intimat: Non eſſe ſuæ intentionis, per hoc derogare ſentẽtiæ affirmatiuæ, nec ei aliquod præiudicium inferre, ſed relinquere eã in ſtatu, & terminis, quos antea habebat. Hæc Arpal.

59 Hæc ſuppoſitio in primis continet falſitatẽ, quatenus abſolutè aſſerit, Gregorium XV. impoſuiſſe ſilentium ſententiæ affirmatiuæ, adiecta limitatione, *niſi intra clauſtra Fratrum Prædicatorum*, nam illud in hac parte verum eſt, Gregorium abſolutè impoſuiſſe ſilentium ſententiæ affirmatiuæ, etiam intra clauſtra Prædicatorum, & in priuatis colloquijs, vt patet ex Bulla expedita die 24. Maij 1622. quæ incipit *Sanctiſſimus Dominus noſter*. Poſtmodum verò ad multiplicatas preces, & continuam inſtantiã, ne dicam importunam, aduerſariorum, conceſſit, vt intra ipſorum clauſtra poſſent de ea loqui, vt colligi fas eſt ex Bulla expedita 28. Iulij 1622. quæ incipit: *Eximij, atque ſingulares fructus*: diſpenſatio autem ſupponit prohibitionem. Deinde certũ eſt, impoſitum eſſe ſilentium ad vitanda ſcandala & rixas, quibus occaſionem dabat ſententia affirmatiua, non negatiua: ſic enim habet Paulus V. *Ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ in publicis concionibus oriuntur ſcandala, iurgia, & diſſenſiones*, quod etiã repetit Greg.

XV. his verbis: *Pari ratione oriri poſſunt, & iam orta ſunt ex ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuæ, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, &c.* Nec hæc ſcandala patiebatur ſolum tumultuaria plebs, & popularis ignorantia, ſed etiā viri timoratæ conſcientiæ, religionis, & pietatis & auctoritatis, quorum aures offendebat, prædicari de Virgine Maria, quod fuiſſet in peccato concepta, ac proindè ſentiebant, non eſſe æqualis probabilitatis cum negatiua, quod cum ad aures Summi Pontificis perueniſſet, prædictum ſilentium impoſuit, nolens tamen, aliquod præiudicium inferre ſententiæ affirmatiuæ, præterquam quoad ſupradicta, vt ſæpius dictum eſt.

60 Statuit tertiò, *hoc decretum emanaſſe in fauorem Fratrum Prædicatorum; nam cum illi ex vna parte clamarent, populus ex alia fureret, & vi res gereretur, nec facilè compeſci poſſet illud popularium indomitū monſtrum, nec aliquid vtilitatis ex priuatis colloquijs proueniret, in magnum emolumentum Fratrum Prædicatorum ablata ſunt illis occaſiones iniuriarum, & opprobriorum, relicta illis ampla facultate, vt inter ſe de hac re, an fortè ſit vera, differerent, & pro libito ſentirent. Audi Auguſtinum, vel potius ſententiæ affirmatiuæ patronos cum Auguſtino loquentes; Et hoc etiam fortè factum eſt ad conſolationem noſtram, quoniam aliquando contingit, vt homo dicat verum, & quod dicit, non capiatur, atque illi, qui audiunt, ſcandalizentur, & diſcedant. Et infra: Sic domino contigit, dixit, & perdidit multos, ſed non turbatur ipſe, quia ab initio nouerat, quod non eſſent credentes. Nos ſi nobis contingat, ſolatium in domino inue-*

inueniamus, & tamen cautè verba dicamus. Imò etsi hoc non præcepiſſet Pontifex, ipſa Religio præcepiſſet, nam cum tanto periculo diſputare, ſtultis appetibile eſt, & odibile ſapientibus, vt vult Lactantius apud Syluestrum in ſumma, verb. Diſputare. In quo Religio ſuam ſapientiã oſtendiſſet, nam vt dicitur Prouerb. 15. verſ. 7. ex verſione 70. Interpret. Labia ſapientum alligata ſunt ſcientia: nec indigent vt ab alio alligentur, nam vt aduertit Ambroſ. in Pſalm. 37. Et ſunt alligata, quia omnia quæ loquuntur, vero ſenſui congruere videantur, & ſenſus etiã ſui prudentia intelligant, qua loqui debeant, vel tacere, vt quæ ſilenda ſint cohibeant clauſtro quodam, nexuque labiorum. In quo vtilitati ſuæ ſatis conſulerent. Nam ſecundum Auguſtinum de dono perſeuerantia, cap. 16. Vtile eſt tacere, quod verum eſt, propter incapaces, & hæc vna cauſa, ne peiores faciamus eos, qui non intelligunt. Quapropter Apoſtolus diſſerens de ſidei excellẽtiſſimo myſterio ad Hæbreos 5. dicebat; De quo grandis nobis eſt ſermo, & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum. Pœnitetque Apoſtolum, Hebræos incapaces eſſe, vt illis annuncietur tam ineffabile myſterium, & illos carpens ita proſequitur: Etenim cum deberetis Magiſtri eſſe propter tempus; rurſum indigetis. vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei, & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo, omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ, paruulus enim eſt: perfectorum autem ſolidus eſt cibus, eorum qui pro ipſa conſuetudine, exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali. Ita Arpalegus.

61 Hæc ſuppoſitio multa continet falſiſſima; ne dicam

dicam audaciſſima, ſed animus non eſt opprobrijs, ſed rationibus reſpondere: prius autem ante oculos piorum lectorum ponam, quid, de quibus, contra quos ſic loquatur Arpalegus: loquitur contra pijſſimos DD. quos vocat tumultuarium populum: loquitur contra omnes, qui ſententiam negatiuam tenent, quaſi contra indoctos, incapaces, paruulos, ſicut Auguſtinus contra Hæreticos, ſicut Paulus cõtra Hebræos: Quid plura? myſterium vocat affirmatiuam ſententiam, quod non facilè capiatur, cum difficile captu potius ſit eximere Virginem à peccato, ideoque ipſe cum ſuis capere non poteſt, & ſic opportunius ei poſſemus adaptare verba Auguſtini. Sed veniamus ad rem.

62 Primò enim falſum eſt, decretũ ſilẽtij emanaſſe in fauorem Fratrum Prædicatorum, nam quomodo credi poteſt in fauorem ipſorum fieri, quod tam ægrè tulerunt, vt iteratis inſtantijs petierint os eis aperiri. Deindè quomodo poteſt eſſe in fauorẽ ſilentium indictum, ſi petentibus aduerſarijs oris apertionem, ſaltem intra clauſtra, Pontifex dicat, ſpecialem illis gratiam, & fauorem facere concedẽdo, quod de præfata materia poſſint loqui? Præterea animum Pontificis non fuiſſe prædicto ſilentio fauere ſententiæ affirmatiuæ, eiuſque aſſertoribus, patet ex verbis Pontificis Gregor. XV. Primò, in Breui reſponſionis ad epiſtolam ciuitatis Hiſpalenſis, in qua gratias eidem Summo Pontifici referebat, de indicto aduerſarijs ſilentio, cui Pontifex per hæc verba reſpondet: *Vos autem ſcientiam ſalutis præclarè didiciſſe oſtenditis, cum beneficium vobis tributum*

eſſe

eſſe profitemini, *eo Apoſtolico decreto*, *quo altercantium Theologorum diſſidia tollere*, *& cæleſtis Reginæ dignitati conſulere nuper voluimus*. Ecce cui Pontifex intelligat fauere, illo Apoſtolico decreto, Virginis dignitati, & piorum affectui aſſerentium negatiuam, non tibi conſulit. Secundò, ex Bulla prohibente ſub grauiſſimis cenſuris aſſertionem affirmatiuam ab eius aſſertoribus publicè doceri, aut prædicari: *Non audeant*, inquit, *in publicis concionibus*, *&c. aſſerere quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta in peccato originali*, contra facientes ſubiacere declarauit cenſuris, & pœnis in conſtitutionibus prædeceſſorũ ſuorum contentis. Vbi duo conſideranda ſunt, illam particulam, *non audeant*, non ſignificare fauorẽ, ſed comprimere audaciam. Secundum, prohibere ſub pœnis, & cenſuris aliquid, non fauor, aut priuilegium, ſed prohibitio pœnalis eſt. Vbi valdè notãdum eſt, quod eidem cenſuræ voluit Pontifex ſubiacere, qui ſententiam affirmatiuam docerent, quibus prædeceſſores ſui ſubiecerunt cenſurantes aut de erronea, vel hæretica notantes ſententiam negatiuam; vnde ſi fauor fuit, prohibere aſſertoribus affirmatiuæ, ne cenſurarent negatiuam, eodem pacto erit fauor, quod non doceant affirmatiuam: cum autem primum non ſit fauor, vt eſt certum, neque hoc ſecundum erit. Denique valdè mirandum eſt quod Arpalegus prohibitionem eiuſdem Summi Pontificis factam aſſertoribus negatiuæ, ne affirmatiuam impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent, non velit eſſe in fauorem aſſertorum negatiuæ, & quod ipſi de eadem opinione affirmatiua non

tra-

tractent, neque agant publicè, velit eſſe fauorem aſſertorum affirmatiuæ: quomodo hæc ſtare poſſint, iudicet lector.

63 Illud etiam falſum eſt, vt ſupra num. 59. inuuimus, datam eſſe in eo decreto amplam facultatem docendi affirmatiuam, ſed in alio decreto ad eorum inſtantiam, non amplam, ſed intra clauſtra reſcriptam, *inter ſe duntaxat, & non inter alios, aut cum alijs*. Prohibitio autem ad vitanda ſcandala, eā cauſam habuit, vt teſtatur Summus Pontifex, quod ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ ſuboriebantur, non negatiuæ, qui autem cauſa ſcandalorum eſt, nō fouetur ſilentio, ſed punitur: ergo nulla ratione dici poteſt, in fauorem aſſertorum affirmatiuæ emanaſſe ſilentij decretum, audacia enim maxima eſt, tribuere Sedi Apoſtolicæ, vt innocentes aſſertores ſententiæ piæ puniat, nocentibus parcat.

64 Tertiò falſum eſt quod aſſerit ſilentium imponi, quia difficile captu eſt, quod affirmatiua ſententia tenet, quid enim ſit facilius intelligere, quiſque videat, Virginem eſſe ſicut cæteros hominum, multò facilius intelligitur, quam eam non eſſe ſicut cęteros, vndè malè applicat illud Auguſtini, quod fortè ne contra ipſum aſſumeremus, præuenit nos, ſed quia ſolet iſte Auctor truncatas auctoritates dare, reliquit nobis, quid ei ex eodem textu obijceremus, vt appareret, falsò nobis opponere Auguſtinum, quem contra ſe inuenerat. Nam ante verba citata, ſic habet: *Dicatur ergo verum, maximè vbi aliqua quæſtio, vt dicatur, impellit, & capiant, qui poſſunt, ne fortè cum tacetur propter eos, qui capere non poſſunt,*

non

non ſolum veritate fraudentur, verum etiam falſitate capiantur, qui verum capere: quo caueatur falſitas, poſſunt. Subdit immediatè: *facilè eſt enim, imò & vtile, vt taceatur aliquod verum propter incapaces*; & intermiſſis pluſquam quindecim lineis, ſubiungit Arpalegus, quaſi vna eſſet periodus: *& hęc vna cauſa eſt, ne peiores faciamus eos, qui non intelligunt*: quaſi nulla alia ſit cauſa verum tacendi, cum tamen Auguſtinus dixiſſet: *Cauſas verum tacendi, longum eſt omnes quærere, vel inſerere, quarum tamen hæc vna eſt, &c.* quod etiam Arpalegus infra truncatè citat, de quo poſtea. Itaque Auguſtinus non vult veritatem taceri (licet facilè ſit, & vtile aliquando) quādo ex veritatis taciturnitate ſequitur, quod veritate fraudentur, & falſitate capiantur, qui verum capere poſſunt, quod etiam repetit in lineis intermiſſis ab Arpalego, docens: *Quod cum vnum è duobus contingere neceſſe ſit, vt vel peior fiat nobis dicentibus, qui capere non poteſt, vel nobis tacentibus, qui capere poteſt, potius eſt dicendum verum, vt qui poteſt capere capiat, quam tacendum.* Ex quibus clarè patet mens Auguſtini, vt non taceatur veritas, quando ex eius ſilentio ſequitur, quod falſitate capiantur, qui capere poſſunt, vel veritate fraudentur. Nunc ſic arguo, per te, verum eſt, quod affirmatiua dicit, & falſum quod negatiua: certè negari non poteſt aſſerōtes negatiuam, eſſe homines, qui capere poſſint, & alios docere, vt inquit Auguſtinus: *Qui ſi audiret, & caperet, per illum etiam plures diſcerent*: ergo ſi taceatur veritas affirmatiuæ, veritate fraudantur omnes, & falſitate capiuntur, qui capere poſſunt, &

 mul-

multo peiores fiunt, quod multo peius eſſe; docuit. Auguſtinus, his verbis: *Nonne potius eſt dicendum verum, vt qui poteſt capere capiat, quam tacendum, vt non ſolum id ambo non capiant* (ideſt, & qui poteſt capiat, & qui non poteſt) *verum etiam qui eſt intelligentior, ipſe ſit peior, qui ſi audiret, & caperet, per illum etiam plures diſcerent, quo enim eſt capacior vt diſcat, eo magis eſt idoneus, vt alios doceat*; vnde Pontifices Sũmi imponentes ſilentium ſententiæ affirmatiuæ, non aſſumunt contra nos Auguſtinum, ſed ſequuti ſunt ſententiam Auguſtini, ſi à contrario ſenſu (vt fieri debet) fiat argumentum, quod ideò prohibuerunt aſſertionem affirmatiuam, & doceri voluerunt negatiuam, quia negatiua vera eſt, & qui eam capere poſſint, alios doceant, qui verò capere non poſſint, ſilentio comprimantur.

65 Quod in fine aſſerit, Religionem impoſituram ſilentium, ſi non præcipiſſet Pontifex: vrbanitatis cauſa & deuotionis erga Religionem crediderim, ſed non cohibituram Arpalegum, & alios non dubitauerim, qui mille modos exquirunt, vt affirmatiuam ſententiam huc, illucque circunferant. Exemplo ſit libellus iſte, in quo ſub tegmine definibilitatis ſententia affirmatiua prodijt, & quæ pallio cooperta ex clauſtro educta eſt, excuſſo pallio; omne virus contra piam ſententiam, aſſertoreſque eius; euomit.

66 His poſitis, proſequitur Arpalegus n. 2. & 3. *dicendum eſt igitur ex huiuſmodi impoſitione ſilentij, non manſiſſe Summum Pontificem determinatum, & inclinatum proximè ad definiendam ſententiam negatiuam, &*

quam-

Digitized by Google

quamuis cauſas verum tacendi, longum ſit omnes quærere, vt ait Auguſtin. loco citato, aliquas tamen adducemus, ex quo videri poſſit tale ſilentium non officere ſentētia affirmatiuæ.

67 *Nam ad prohibendam prædicationem alicuius certæ veritatis ſufficit, quod indè ſequatur ſcandalū paſſiuum; ergo hæc cauſa à fortiori ſufficiet ad prohibendam prædicationem alicuius probabiliter veri, quin derogetur eius veritati. Probatur antecedent, nam eo Chriſtus Dominus poſt confeſſionem Petri, Matth. 16. præcepit diſcipulis ſuis, ut nemini dicerent, quia erat Chriſtus Ieſus, quod etiam habetur Marci 8. & Lucæ 9. ne ſequeretur ſcandalum crucis in eis, qui audierant eſſe Ieſum, & Deū: ut uidere eſt in Cathena D. Thomæ ſupra Matthęū ex Chryſoſtomo, & alijs. Et idem contingit, quando prohibuit leproſo ſanato, Matth. 8. ne publicaret miraculum, donec ſe oſtenderet Sacerdoti, ut uidere eſt in Maldonato. Idem etiā habet Matthæi 17. ubi poſt Transfigurationem dixit; Viſionē, quam uidiſtis, nemini dixeritis, Hieronymus ibi: Non uult transfigurationem in populis prædicari, ne apud rudes animos ſequens Crux ſcandalum faceret. Idem habēt Beda, & Abulenſis ibi, quæſt. 101. Sufficit etiā ad prohibendā prædicationem, & reſtringendam eam ad certum locū, & gentē, quod prohibeatur fructus debitus, ſi alibi prædicatur, ideò Chriſtus Matth. 10. dixit Apoſtolis miſſis ad prædicandum: In uiā gentium ne abieritis, & in Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis; ubi uidendus eſt Hieronymus. Tertiò ſufficit ſi ſequatur contemptus in populo, ideoque Timotheus, & Paulus, Actor. 16. prohibiti ſunt à Spiritu ſancto prædicare in Aſia, & Bitinia, ut benè notat Beda; ergo ex quo tineb-*

Digitized by Google

tes affirmatiuã ſententiã in hac diſputatione, prohibeãtur publicè diſputare, non ſequitur, quod aliquo modo derogetur eorum probabilitati, ſiquidem quandoque ob iuſtam causã eſt prohibitũ prædicare ueritatẽ Catholicam.

68 Inſuper ait num. 4. Honorius Pontifex ſilentiũ impoſuit circa illã theſim, an in Chriſto una, uel duę eſſent uoluntates (licet Catholicè dicatur duas, & hæreticè cũ Monothelis unã tantũ uoluntatẽ fuiſſe) quapropter aliqui nota huius hęreſis inſperſere Honorium, ut fautorem Monothelitarum, à qua calumnia eũ purgat Baronius ad ann. 633. n. 3. dicens (quod noſtro propoſito maximè quadrat) eũ ob ingruentẽ tẽporũ circunſtantiã, & pacandos populorũ animos, ſilentiũ illi quæſtioni indixiſſe, non ergo ex eo, quod aliqua doctrina ſcandalũ (etſi in quãplurimis) pariat, infertur eã falsã, aut minus probabilem eſſe: cũ ex Chriſti doctrina, de Eucharistia Sacramento, Ioannis 6. plures ſcandalizati ſint. Neque etiã eã ueritati aduersã, cui ſilentiũ impoſitũ ſit, maximè ſi id fiat ad ſubmouenda ſcandala, & ſedandos animos, cũ aliquãdo Pontifices, aliquid fide credendũ, huiuſmodi ſilentio inuoluerint.

69 Neque ex quo prohibita ſit partis affirmatiuę publica diſputatio, unde tot iurgia oriri ſolent, ſequitur aliquod præiudiciũ; nã etiã prohibitũ eſt diſputare de rebus fidei, etiã laicis doctis, ut habetur de hęreticis quicunque, §. inhibemus. Imò etiã Clericis prohibetur eadẽ diſputatio coram laicis, vt habetur, C. de ſumma Trinitate, l. nemo, & apud D. Thom. 2. 2. q. 10. & apud Sylueſtrũ in ſummo, verſ. diſputare.

70 Nec ex quo prohibeantur externa colloquia, ſequitur, quod ſententia affirmatiua decidat ex ſua probabi-

bilitate, nam vt benè notat Ruſinus in expoſitione Symboli, quæ habetur inter opera Hieronymi, tom. 4. & etiam inter opera Cypriani: Non me latet ſententia illa ſapientium, quæ probe admodum dicit, quod de Deo dicere etiã vera, periculoſum eſt. Hac enim ratione ſpargere in vulgus aliquas veritates, periculum generat, laqueos inſtruit, iurgia ſuſcitat, & errorum occaſionem præbet. Ideoque Magnus Dionyſius lib. de Eccleſ. Hierarchia in principio, prohibet, ne Timothæus communia faciat vulgo ſua præcepta, & Boetius lib. de Trinitate, quem illuſtrat Diuus Thomas opuſculo 70. dicit: Suam doctrinã verborum inuoluere ambagibus, vt ſubmoueat eos, qui capere intellectu nequiuerint, & legendo deterreat, &c. Addit D. Thomas, hæc facere, vt tantum ſapientibus colloquatur, qui hæc intelligere potuerunt: alÿ verò, qui capere intellectu non poſſunt, à lectione excludantur. Ideò etiam prohibitum eſt, ne Hæbrei ante 30. annum legerent, aut diſcerẽt librum Canticorũ, lib. Geneſis, & Ezechielis, vt videre eſt in Origene proœmio ad 4. homil. in Cantica, & in Hieronymo proœmio in Ezechielem, & reddit rationẽ Dionyſius epiſt. 9. ad Titum; Nam abſurditatem profectò maximam, imperitis, ac rudibus animis imprimunt, arcanę illius ſapientiæ partes. At ſic eſt, quod cum populus audiebat, ſiue in priuatis colloquÿs, ſiue in publicis actionibus, dici B. Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali, alÿ intelligebant, quod fuit concepta in peccato mortali, alÿ, quod amiſit Virginitatem in conceptione Verbi; alÿ aliter, vt teſtantur Auctores oppoſitæ ſententiæ: iuſtiſſimè ergo conſulendo ignorantiæ populorum, cautum eſt, ne publicè diceretur, quod nullam hinc vtilitatem capiebat, & occaſionẽ erroris offerebat, & iurgiorũ

fo-

fomitẽ, & materiam adhibebat. Poſſentque dicere Fratres Prædicatores cum Auguſtino de dono perſeuerantiæ, cap. 16. Nec nos volumus dicere, quod teſte Scriptura dicere poſſumus, timemus enim, ne videlicet loquentibus nobis offendatur, qui veritatem non poteſt capere. Hucuſque Arpalegus.

71 Hæc omnia, quæ Arpalegus dicit, ideò in vnum congeſſi, quia vna ſolutione ſoluuntur, vna impugnatione diſſoluuntur. In primis enim ſi opinio affirmatiua eſſet myſterioſa, & difficilis captu, & reconditum myſterium contineret, poſſet de ea dicere, eique applicare, quæ Auguſtinus de difficillimis fidei veritatibus dicit. Ad quid ergo tot ponderationes, & accommodationes verborum Auguſtini, Rufini, & Hieronymi, quæ de reconditis myſterijs loquuntur, vt vidimus, Auguſtinus docet, non eſſe ſilendam veritatem, quando ex eius ſilentio, qui capaces ſunt, poſſunt vel veritate fraudari, vel falſitate capi, in quo caſu, etſi qui capere non poſſuut, reddantur peiores, non ideò eſſe ſilendum, vt in noſtro caſu contingeret, ſi vera eſſet ſententia affirmatiua, vt dictum eſt ſupra.

72 Cauſam prohibitionis loquendi, ſilentijque indicendi, vt dixi, non fuiſſe ſcandalum paſſiuum, neque ſcandalum populi, & puſillorum ignorantiũ, ſed omnium Religionum, omnium Vniuerſitatum, omnium Regiorum Conſiliorum, præter te, & tuos, iam ſupra probabimus ex Pontificijs decretis: ergo argumentum non valet. Prohibita eſt Transfigurationis promulgatio, non ob rationem, quam tradit Arpalegus præciſè, ſed quia nondum erat hora, eam

ma-

manifeſtandi, de ea prohibuit loqui, & idem eſt de alijs veritatibus, non ergo ex his argumentum cõtra nos confici poteſt.

73 Quod dicit de Honorio, quamuis verum eſſet, contra ipſum eſt, vt appareat etiam ea, quæ auctor iſte fingit, ipſum impugnare, nam Pontifex indixit ſilentium, non alteri tantum, ſed vtrique parti, ita vt non licet Monothelitis loqui, ſicut nec Catholicis de quæſtione illa, ſi enim permiſiſſet, loqui illos, tacentibus nobis, proculdubio fauiſſet eorum errori: ergo cum nunc non vtrique parti ſilentium ſit indictum, non parum fouet definibilitatem, tam ampla facultas nobis data prædicandi, & docendi Immaculatam Conceptionem, & tam ſtricta illis loquendi, vt indigeant ſpeciali diſpenſatione ad loquendum inter ſe ipſos dumtaxat. Quid? quod ſicut animus Honorij non fuit inferre ſilentium, niſi vt poſtea declararet in Chriſto eſſe duas voluntates contra Monothelitas: ita animus Pontificis nõ fuit imponere ſilentium affirmatiuæ, vt eam poſtea declararet veram, ſed potius vt ſuo tempore condemnaret, definiendo negatiuam, ſatis clarè conijcitur ex verbis Greg. XV. in literis ad Regem Hyſpaniarum miſſis, ibi: *Aliquando tibi, & regnis tuis ſolatium afferre cupientes*: cupit ergo Sedes Apoſtolica definire Conceptionem immaculatam.

74 Dixi, quamuis verum eſſet, quod de Honorio refert. Nam falſitatis deprehẽditur, ex eo quod ſilentium ab Honorio indictum ſit, non quæſtioni de duabus voluntatibus, ſed nouis quibuſdam vocibus fraudulenter ab hæreticis introductis, vt ſignificarent

eſſe

eſſe in Chriſto, non ſolum duas voluntates, ſicut Catholici aſſerebant, ſed etiam duas perſonas, vti docebant hæretici, quæ quidem voces prohibitæ ſunt ab Honorio vtrique parti: hæreticis, ne vocibus illis duas perſonas aſſererent: Catholicis verò, ne illis vterentur, licet ſignificarent duas volũtates, quia illis abutebantur hæretici, vt duas perſonas ſignificarent. Prohibitis autem vocibus illis, quæſtionem de duabus voluntatibus in Chriſto, non reliquit indeciſam, ſed potius declarauit, duas in vna Chriſti perſona, eſſe Catholicè prędicandas voluntates, & operationes. De quo qui Baronium legerit, vberiorem capiet notitiam, nos hic tantum ex epiſtola Honorij ad Sergium Conſtantinopolitanum verbis excerptis, quam refert Baronius, rem notam faci[illegible]s, ſic habet Honorius; *Hęc nobiſcum fraternitas veſtra pr[illegible], ſicut etiam & nos vnanimiter vobiſcum prædicamus, hortantes vos, vt vnius, vel geminę nouę vocis inductum operationis vocabulum aufugientes, vnum nobiſcum Dominum Ieſum Chriſtũ, Filium Dei viui, Deum veriſſimum, in duabus naturis operatum, diuinitus, atque humanitus, fide orthodoxa, & vnitate Catholica prædicetis*. Ex quibus verbis Baronius excuſat Honorium à calumnia, quam illi aliqui imponebant, quaſi ſilentium in re iam de fide impoſuiſſet. Vide, quam diuerſa ſit ratio ab ea, quã Arpalegus adſtruit.

75 Vbi aduertere oportet, quod Sergius Conſtantinopolitanus, qui bona fide agere creditus eſt, poſtea detectus fuit hæreticus, & cognitæ ſunt fraudem occultare literæ eiuſdem ad Honorium reddi-

tæ, de indicto ſilentio; eo quod ex ſilentio vocibus nouis indicto, vellet inferre, ni fallor, quæſtioni de duabus voluntatibus impoſitum eſſe ſilentium & ſic firmari ſuam ſententiam aſtruentem duas in Chriſto perſonas, vel vnicam voluntatem. Quod ſi fraus Sergij detecta eſt ex eo, quod ſilentium vocum extenderit ad quæſtionem de duabus voluntatibus, & ex ſilentio indicto vtrique parti, ſuam firmabat partem: multò magis detegenda eſt Arpalegi fraus, qui indictum vni parti ſilentium, ad vtramque extendere procurat, & ex ſilentio alteri parti tantum impoſito; nempè ſententiæ affirmatiuæ, non firmari veritatem ſententiæ negatiuæ, dicit.

70 Vnde licet prohibitio publicæ diſputationis præciſè ſumpta, non ſit contraria veritati, nec reddat materiam prohibitam, veritati oppoſitam ex ſe; tamen ex modo, vel cauſa prohibitionis, colligitur quo fine prohibeatur. Prohibitio publicæ diſputationis in rebus fidei eſt, ne detur occaſio ſcandali aliquibus ruſticis, & indoctis, vt eodem textu cauetur. Prohibitio ſententiæ affirmatiuæ, ne detur ſcãdalum pijs viris, & doctis. Et inſuper indiget cautione illa Pontificis, ſe nolle præiudicium inferre illi, qua deficiente proculdubio nemo dubitaret, illi notam ad minus falſitatis inurere. Illud Rufini dictum, quod de Deo loqui vera, periculoſum eſt, intelligitur, quia ſemper de Deo, quaſi balbutiendo loquimur; vnde dixit Auguſtin. lib. 1. de Trin. c. 3. *Quia in his vbi quæritur vnitas Trinitatis, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, quia nec perículoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid inuenitur*: Nec ideò

Digitized by Google

tacendum eſſe ſubdit idem Auguſtinus, dicens: *Non tamen propterea patet, me tacere debuiſſe; quia non tam expeditè, & dilucidè, quia illi, quos intelligit, eloqui potui*; & ſic non eſt ad rem. Similiter ruit, quod adducit ex Hieronymo de libris Canticorum, Geneſis, & Ezechielis ex Dionyſio; quia veſtram doctrinam non ambagibus tegitis, ſed publicè propalatis, & vultis ab omnibus intelligi. Vbi obiter adnotare liceat, libri Canticorum lectionem, non tam propter ſtyli obſcuritatem, quin potius in caſtitatis obſeruationem prohiberi ante 30. annum, vti Hieronym. habet epiſtol. ad Lætam, per hæc verba: *Ne ſub carnalibus verbis ſpiritualium nuptiarum, epithalamium non intelligens, vulneretur*. Idem habet Origenes in proœmio ad 4. homil. in Cantica, & ex modernis docuerunt Delrius in Iſagoge ad Cantic. cap. 4. & Gaſpar Sanctius Prologem. 11. in Cantica. Deindè non eſt verum, ita intelligere rudes, neque ex eo oriri ſcandala, ſed præciſè ex eo, quod intelligerent Virginem aliquando fuiſſe ſine gratia Dei, & à Deo odio haberi, ſeruamque diaboli eſſe, quæ erat ancilla Domini, cœli Regina.

77 Denique non poſſe dicere cum Auguſtino aſſertores ſententiæ affirmatiuæ, ſe nolle dicere, quod dicere poſſunt, ex eiſdem verbis Auguſtini integrè citatis, patet. Nam poſtquam dixerat, veritatem taceri non debere, quando ex eius ſilentio timetur, quod qui capere poſſunt, veritate fraudentur, vel falſitate capiantur, vt ſupra diximus; hæc verba ſubdit: *Et nos volumus dicere, quod teſte Scriptura*

tura poſſumus dicere: Timemus enim videlicet, ne loquẽtibus offendatur, qui veritatem non poteſt capere, & non timemus, ne tacentibus nobis, qui veritatem poteſt capere, falſitate capiatur. Hæc poſteriora verba, *& non timemus, &c.* omiſit more ſuo Arpalegus, vbi Auguſtin. quæ ſupra diximus, confirmat, ideò ſcilicet tacere, quod dicere poteſt, quia ex ſilentio non timet, eſſe falſitate capiendos, qui veritatem capere poſſunt: at aſſertores ſententiæ affirmatiuæ, cum ſentiãt, negatiuam eſſe falſam, & timeant, imò aſſerant, quod falſitate negatiuæ capiuntur, qui veritatem poſſent capere, nollent tacere, ideòque enixè petunt oris apertionem, ac proinde dicere non poſſunt, ſe nolle loqui, quod teſte Scriptura dicere poſſunt, ſed ſe loqui non poſſe, quòd dicere vellent, & ex mandato Pontificis dicere non poſſunt.

ARTICVLVS V.

An ex alijs capitibus habeat ſententia negatiua ultimam diſpoſitionem ad ſui definitionem.

78 Reſpondet Arpalegus num. 1. *reſolutorie, nullo modo eſſe dicendum, quod eſt poſita ultima diſpoſitio ad definiendam ſententiam negatiuam. Nam, ut fatetur Poz. lib. 4. Elucidarij, cap. 2. modò nulla ſuppetunt, uel occurrunt noua adiumenta, quæ ante Gregorium XV. non eſſent propalata; at Gregorius XV. in epiſtol. ad Margaritam Auſtriæ, ingenuè fatetur, Quod Spiritus ſanctus nondum tanti myſterij*

arcanum Eccleſiæ ſuæ patefecit, & quod non niſi eo præeunte æternitatis volumen in Chriſtianæ ſapientiæ Cathedra legere debemus: etſi eſſet poſita ultima diſpoſitio, iam moraliter eſſet certus Pontifex, & illi pateret determinatio illius veritatis, ſicut hoc ipſo quod conſtat, eſſe poſitam ultimam diſpoſitionem phyſicam ad aliquam formam, qui ſcit illam eſſe poſitam, iam ſcit, eam formam determinatè è ſubiecto extrahendam eſſe, & non oppoſitã: ergo ſi Summus Pontifex adhuc eſt incertus, in quam partem formare debeat iudicium circa tale arcanum fidei: ergo illi non conſtat, quod ſit poſita ultima diſpoſitio, nec facta ultima diligentia in hac re: ergo inſulſum eſt, ne dicam ridiculum, audacter aſſerere priuatos Theologos, quod Summum Pontificem in re tanti momenti latuit, poſt tot accuratas preces ad Deum fuſas, poſt tot inſtãtias Magnatum, & Principum, tanto nixu petentium definitionem.

79 Hoc argumentum eò tendit, vt probet, non eſſe definibilem hanc veritatem, quia non eſt definita, qui arguendi modus per ſe patet ſophiſticus, nam in articulo ſequenti probare intentat Arpalegus, peccaturum Summum Pontificem, ſi ſtante proxima definibilitate, non definiret, & cum dicẽdum non ſit, peccare Summum Pontificem non definiendo, ex non definitione probat non definibilitatem, & arguit ab actu ad potentiam negatiuè: non eſt definita; ergo non eſt definibilis, quem modum arguendi ipſe ſupra diſp. 2. n.   impugnabat. Deinde reſponderi poteſt, falſum eſſe non ſuppetere noua adiumenta poſt Gregorium XV. quæ ante ipſum non eſſent propalata, quam [illegible]

ſum.

ſumpſit hæc materia ab ipſo Gregorio XV. nō erant ante ipſum propalata. Prætereà dato, quod nihil incrementi ſumpſiſſet hæc diſputatio poſt Gregoriū XV. bene ſtare poteſt, quod Pontifex iudicauerit, tunc non eſſe definiendam, quamuis eſſet definibilis, quia in hoc non eſt præſcribenda forma, nec tempus præſignandum ipſi Summo Pontifici, & tamen alius Summus Pontifex moueatur ad definiendam aliquam veritatem eiſdem rationibus ipſi propoſitis, quæ animum alterius Pontificis non mouerunt, hoc enim dependet ab occultiſſima Dei prouidentia mouentis Pontificis animum, quando vult, & quomodo vult, & quando Eccleſiæ magis expedit: ſicut enim poteſt contingere, vt dicebat Arpalegus, quod diſpoſitio, quæ reſpectu vnius veritatis non eſt vltima, reſpectu alterius ſit vltima, ſic fieri poteſt, vt diſpoſitio, quam vnus Pontifex vltimam non iudicat, ab altero reſpectu eiuſdem veritatis, vltima iudicetur: vnde multæ veritates definitæ ſūt à Summis Pontificibus, nullis nouis rationibus propoſitis, nec auctoritatibus Scripturæ, quæ antea nō eſſent inuentæ, nec propoſitę, ſed ipſiſmet, quæ animum prædeceſſorum non mouebant, ſic Benedictus XI. declarauit: *Animas ſtatim poſt plenam in Purgatorio purgationem, frui æterna beatitudine*, eiſdem rationibus, quibus Ioannes XXII. ad definitionē motus non eſt: & in noſtro caſu, Paulus V. impoſuit ſilētium parti affirmatiuæ in actibus publicis, & Gregorius XV. extendit ad priuata colloquia, inſuper præcepit ab omnibus celebrari feſtum ſub nomine Conceptionis, non nouis rationibus allecti, ſed eiſ-

dem

pars Cardinalium, Epiſcoporum, & Præpoſitorum ſacrarum Religionum, imò & Doctorum Vniuerſitatum, habent pro vera, ſententiam negatiuam, eamque ſuis nominibus nouiſſimè ſubſcripſere, mittentes ad Romanum Pontificem: ergo ſicut in Concilio, ſi cogeretur, neceſſariò definirent ſententiam negatiuam, neque poſſent errare, quia etiam repræſentant Eccleſiam, eo quod ſunt maior pars, ac proinde iam eſt poſita vltima diſpoſitio, ſolumque reſtat declaratio Pontificis.

81 Reſpondet num. 2. Arpalegus primò, *quod maior pars DD. & PP. Eccleſiæ, dato quod in Concilio repræſentent Eccleſiam, extra Concilium illam non repræſentant. Atque adeò quantumuis mittant ſua ſuffragia, nihil aliud valent, quam ratio, vel auctoritas, quam afferant; certa autem auctoritas, vel traditio nondum patet: imò ſi in Concilio cogerentur, fortè mutarent iudicium hi, qui ſubſcripſere, auditis patronis defenſoribus ſententiæ affirmatiuæ, quos damnare inauditos non conſueuit Eccleſia, vt ſupra dictum eſt. Et fortè qui cæcis oculis abſque ullo ſtudio, & deliberatione ſubſcripſere in re tanti momenti, & ponderis, magno periculo errandi ſe expoſuere.*

82 Addit ipſe, *Reſpondeo igitur cum Cano lib. 5. de locis c. 5. Caietano opuſc. de auctoritate Papæ, & Turrecremata diſt. 4. in 1. p. Decreti, Patres Concilij non habere vocem deciſiuam, ſed ſolum conſultiuam, vt oſtendit Belarmin. lib. 2. de Conciliorum auctorit. cap. 9. nec teneri Summum Pontificem ſequi maiorem partem Patrũ exiſtentium in Concilio; ideoque ex quo maior pars extra Concilium teneat ſententiam negatiuam, non ſequitur*

inde, quod ſit neceſſariò definienda, nam vt dicitur in iure; non ex humanis, vel electionibus, vel iudicijs, neque ex numero ſuffragiorum ſententiam metitur Eccleſia: ſcimus enim frequenter vſu venire, vt maior pars vincat meliorem: ſcimus enim ea ſemper eſſe optima, quæ ad doctrinam pertinent, ſapientium eſſe iudicium præferendum, ideoque, vt ait Cano loco citato, cap. 4. concluſ. 2. in Concilio Epheſino, omnes PP. coniurarunt in doctrinam Dioſcori, colligitur ex S. Leone epiſt. 12. & 13. & epiſt. 21. vſque ad 26. atque refert Vualdenſis lib. 2. cap. 19. & Turrecrem. lib. 3. de Eccleſia, cap. 58. in Conc. Conſtantinopolitano ex 300. Epiſcopis, & in Ariminenſi ex 600. aſſenſum fuit Arrij hæreſi, non ergo PP. extra Concilium repræſentant Eccleſiam, neque in Concilio, niſi quatenus vniuntur cum ſuo capite, & ſequuntur inſtructionẽ Legatorum Pontificis, ac proinde cum Gregor. XV. & alij dicant, nondum Spiritum ſanctum tanti arcani myſteriũ pateſeciſſe, non poteſt dici, quod aliquando fuerit inſtructio Romani Pontificis, neque in Concilio Baſilienſi, neque in alio circa iſtum articulum; ex quo infero, quod omnes, qui ſubſcripſere, errare poſſunt, & quod nondum eſt poſita vltima diſpoſitio, ſiquidem nondum aſſignant expreſſum teſtimonium Scripturæ, vel Traditionis, nondum iuridicè audita ſunt partes vtriuſque opinionis corã Sũmo Pontifice, nondũ certũ eſt, an hæc materia ſit de ſpectantibus ad fidem, vel de definibilibus.

83 Reſpondet ſecundò num. 3. *non eſſe adeò certũ, an maior pars eorum, qui vocandi forent ad Conciliũ, ita teneant ſententiã negatiuã, vt iudicent eã fore definiendã de fide, imò pauciſſimi ſunt, qui iudicent, quod nulla alia facta diligentia debeat definiri, nam pauciſſimi ſunt*

ſunt Auctores, nec ſatis recepti, nec digni vt maior pars virorũ doctiſſimorũ hanc infantiſſimã ſententiã, nondum è puerperij ſordibus lotã, & in ſua nouitatis cunis vagiētē ſequantur: tenent enim ſententiã negatiuã, vt probabiliſſimã, vel forte probabiliorē, non vt euidenter de fide, antea enim inaudita fuit in Scholis.

84 Ad illud de Concilio Baſilienſi, negat n. 4. quod affirmat Gabriel, & dicit, *quod ſicut illi Patres omnes conſenſere, ſeſſ. 34. in hoc, quod Conciliũ eſt ſupra Papam, & depoſuerunt Eugenium IV. ita potuerunt errare, in hoc quod poſtea, ſeſſ. 36. quando iã erant ſchiſmatici definierunt, quia tunc iam non repræſentabant Eccleſiam, ſed Synagogam Satanæ, atque adeò in odium huius præcipitatæ definitionis, vt notat Caietanus opuſc. de Conceptione, definitum eſt hoc modo in Concilio legitimo Florentino: Profitetur, & docet S. R. E. neminem vnquam ex viro, fæminaque conceptũ à diaboli dominatu fuiſſe liberatũ, niſi per fidem Ieſu Chriſti, qui ſine peccato conceptus, natus, & mortuus ſolus ſua morte proſtrauit, &c.* Hæc omnia Arpalegius.

85 Reſponſiones Arpalegi omnia eiuſdem fundamenta dilacerant, vnde ſolum ex illis argumenta deſumam contra ipſum. In primis enim licet PP. extra Conciliũ non repræſentent Eccleſiam, atque adeò nihil valeant eorum ſuffragia, niſi quantũ valeat auctoritas, & ratio, cui innituntur: vnde colligit, mutaturos ſententiam auditis patronis ſententiæ affirmatiuæ. Certè ipſe ſupra hoc argumentum in S. Thoma & cæteris PP. vita functis deſpiciebat, dicẽs, eſſe diuinare, aſſerere mutaturos ſententiam: & tamen nos afferebamus in fauorem reuocationis,

Tt vel

vel ſententias PP. eorundem, vel reuelationes probatas, ipſe verò nec minimam poteſt habere ſuſpitionem, niſi priuatam reuelationem habeat, quam etiam nihil faciendam, docet: ergo diuinare eſt, aſſerere mutaturos ſententiam, præſertim, cum aſſertores ſententiæ negatiuæ parati ſint vitam exponere pro huius veritatis defenſione, quam non ſine magna diſcuſſione & ſemel, & iterum auditis, & perlectis argumentis ſententiæ affirmatiuæ tenuere.

86 Doctrinam, & exempla, quæ in reſponſione ex Cano, & alijs refert, non ne conuellunt præcipuum Arpalegi fundamentum? Erat autem, Pontificem Summum cohiberi intra terminos SS. PP. ad definiendam aliquam veritatem de fide: nunc autē docet, nulla ratione teneri, ſequi maiorem partem Patrum adhuc in Concilio exiſtentium: nam non eſt maior auctoritas PP. qui iam obierunt, quàm ſi nunc viuerent: at ſi viuerent nunc omnes Eccleſiæ Proceres, ſcilicet Auguſtinus, Ambroſius, &c. poſſet Summus Pontifex contra ipſorum ſententiam aliquid definire, ergo & poterit definire, etiam ſi contrarium reliquerint in ſcriptis ſuis, quia auctoritas Eccleſiæ, & per conſequens Summi Pontificis, in quo ipſa reſidet, præponenda eſt auctoritati cuiuſcunque Doctoris, etiam Auguſtini, & Hieronymi, teſte S. Thoma ſupra citato. Vnde ſi contingere poteſt, vt melior pars ſit minor in numero; non eſt, cur nobis obijciat Arpalegus numerum Doctorū ſuæ Religionis, cum pro nobis melior eſt eorū pars, ſicut vidimus ſupra, nam habemus ipſum Patriarcham S. Dominicum; tres Sanctos eiuſdem Religio-

gionis, & ex alijs piiſſimos, & doctiſſimos Thomiſtas. Ideoque etiam, vt ait Cano loco citato, in Concilio Epheſino, Conſtantinopolitano, & Ariminenſi definitum eſt contra maiorem partem PP. ibi exiſtentium: ergo non obſtante maiori parte Patrum, quam nobis obijcit (quamuis ita eſſet neque ſubſidio rectæ explicationis poſſent pro noſtra ſententia adduci, vt ſatis latè probatum eſt ſupra) poſſet ex mente Arpalegi Summus Pontifex noſtram ſententiam definire; ex quo ruit argumentum, quod ſupra vſque ad nubes extollit. Neque huic noſtræ conſiderationi repugnant verba Gregorij XV. quæ iam explicuimus, ſed potius fauent omnia, quæ adduximus, ſiquidem aſſignamus expreſſa teſtimonia Scripturę, Traditionem Eccleſiaſticam probamus, auditis hinc inde partibus, Summus Pontifex vni impoſuit ſilentium, quod vt diximus, & aduerſarij fatentur, non ſolet facere Eccleſia, niſi cum pars quæ ſilentio opprimitur, minus rectè ſentit: hanc tandem eſſe materiam de definibilibus ex Auguſtino probauimus, ergo redditur ex omni capite definibilis.

87 Ad illud, quod iterum repetit, non eſſe adeò certum, quod maior pars eorum, qui vocandi eſſent ad Concilium, ita teneant ſententiam negatiuam, vt iudicent eam definibilem, ne iterum dicta repetamus, reſpondemus falſum eſſe, nam quotquot de hac materia ſcripſerunt, ita ſentiunt. Vnde non eſt, cur tam audacter hanc ſententiam infantiſſimam appellet, nec lotam puerperij ſordibus: etenim Summi Pontifices, & ipſa Mater Eccleſia, iam

Digitized by Google

à 300. annis, illam in ſuo ſinu recepit, ablactauit & quaſi in prouectam ætatem duxit, ſibi oppoſitam recluſit, vt ſola negatiua per Vniuerſitates, Eccleſias, & gymnaſia verſari poſſit.

88 Factum Concilij Baſilienſis negat cōtra Gabrielem, & Suarez, qui probant Patres prædictos, ante ſcilſmate huic ſententiæ adhæſiſſe, licet non ante ſciſma, quod eſt quid diuerſum. Decretum quoque Concilij Florentini fuiſſe in odium definitionis Baſilienſis, negamus, non propria auctoritate ducti, ſicut ipſe negat factum Baſilienſis, ſed auctoritate œcumenici Concilij Tridentini, & legitima verborum Florentini explicatione, nam Tridentinū, quod proculdubio non opponitur Florentino, profitetur, & declarat, non eſſe ſuæ intentionis comprehendere Virginem, in decreto de peccato originali, ac proinde intentum Florentini non potuit eſſe oppoſitum comprehendendi Virginem, quod patet ex legitima intelligentia verborum Florentini, nam definit, neminem eſſe liberatum à diaboli dominatu, niſi per fidem Chriſti, quod eſt contra Pelagianos, aſſerentes liberari ſine fide, & gratia Chriſti, nō verò contra eximentes Virginem ex gratia Chriſti: illud etiam, *qui ſine peccato conceptus, &c.* confirmat noſtrum intentum, nam ly, *ſolus*, non coniungitur, cum *natus*, & *conceptus*, ita vt ſit ſenſus, quod ſolus ipſe ſine peccato natus eſt, quia eſſet falſum, cum ſaltem Virgo, & alij nati ſint ſine peccato, ſed cum ſubſequētibus verbis, *ſolus ſua morte proſtrauit*, quod quidem verum eſt, licet Virgo ſit concepta, & nata ſine peccato, quia ſolus Chriſtus proſtrauit peccatum,

tum, & meruit, vt Virgo ſine peccato conciperetur, & naſceretur.

89 Quod ita eſſe intelligendum manifeſtè conſtat ex verbis Caietani, quæ omiſit Arpalegus, ex quo teſtimonium deprompſit (vt etiam in Caietano, inſitum, ne dicam improbum morem reſcindēdi ſententias, retineret) Nam poſt illud, *Et mortuus*, addit, *humani generis peccata delendo ſolus ſua morte proſtrauit*, &c. ex quo clarè patet ly *ſolus*, coniungēdum eſſe, cum *ſua morte proſtrauit*; ita vt ſenſus ſit, ſolum Chriſtum peccata humani generis delendo, mortem ſua morte proſtraſſe, neminemque ſine ipſius meritis à diaboli dominatu erutum fuiſſe. Quibus adde, falsò citari hæc verba Florentini, quia neque in definitione, neque in decreto Eugenii IV. quæ non ſemel legi, talia verba inueniuntur.

ARTIC. VLT.

An ſit probabile, quod ſi ſententia negatiua eſſet vltimò diſpoſita ad definitionem, peccaret Summus Pontifex, ſi eam ſtatim non definiret.

90 HVnc articulum prætermittere iam decreueram, ſed ne videar ſilentio conſentire his, quæ in eo aſſerit, & reſoluit, licet ad rem non ſpectantibus, neque ad definibilitatē conducentibus, placuit vnum verbum dicere.

91 Præmittit ergo num. 1. ex Cano, *Deum omnia ſuauiter diſponere, ſimulque proſpicere finem, & media,*

dia, ex illo Roman.8. Quos glorificauit, &c. Vnde colligit defecturum Deum huic ſuaui prouidentiæ, ſi poſita vltima diſpoſitione ſubtraheret definitionem. Sed neſcio qua conſequentia id colligit, nam non diſcurrimus in hac materia ad eum modum, quo in effectibus phyſicis, quibus Deus ex concurſu generali tenetur poſita vltima diſpoſitione introducere formam, aliàs vim inferret cauſis ſecundis, vnde poſita vltima diſpoſitione ad ignem, dicimus teneri Deum ex concurſu generali, introducere formam ignis, aliàs violentiam pati cauſam ſecundam; ſed philoſophamur ad eum modum, quo in effectibus moralibus, in quibus cauſæ ſunt nobis ignotæ, ob quas Deus, vel effectus impediat, vel alium exitum res habeat, quam nobis perſuaſimus, neque ex eo colligimus, Deum deficere ſuæ prouidentiæ, præſertim cum nobis ignotum ſit, quæ ſit vltima diſpoſitio in præſenti materia, in qua fatetur Arpalegus ſupra diſp.1.n.4. quòd diſpoſitio, quæ reſpectu vnius veritatis eſt vltima, reſpectu alterius poteſt non eſſe vltima, & iudicium hoc de vltima diſpoſitione eſſe reſeruatum Summo Pontifici, ſicut ipſam definitionem. Vnde bene ſtare poteſt, quod nos iudicemus aliquam veritatem eſſe in vltima diſpoſitione, & tamẽ id Summus Pontifex non iudicet.

92 Ideoque ſenſus dubitationis huius articuli, poteſt eſſe duplex, primus, an iudicantibus nobis, veritatem aliquam eſſe in vltima diſpoſitione, teneatur Summus Pontifex eam definire, & peccet, niſi definiat. Secundus, an ipſe Summus Pontifex iudicans practicè, aliquam veritatem eſſe in vltima diſpo-

diſpoſitione, teneatur illam definire. In quo ſenſu eam examinet Arpalegus, non colligo ex eius concluſione, ideoque eam propono, prout iacet.

93 Dicendum eſt, inquit num. 2. *probabile eſſe Sũmum Pontificẽ mortaliter peccare, ſi poſita vltima diſpoſitione, & inſtantibus tot Principibus, tot ſacris Regulariũ ordinibus, tot populorũ vrgentiſſimis precibus, tot piorũ importuniſſimis inſtantijs, denegaret ſententia negatiuæ definitionẽ. Contrairet enim Apoſtolicis præceptis, & communi SS. plauſui, ſic uidetur deduci ex epiſt. 2. Soter. Papæ dicentis: Diuinis præceptis, & Apoſtolicis monitis informamur, vt pro omniũ Eccleſiarũ ſtatu, impigro vigilemus affectu: & ſi quid reprehenſioni obnoxiũ, caleſti ſolicitudine ab ignorantiæ imperitia, & præſumptionis vſurpatione reuocemus. Ecce diuinis ſe præceptis, & monitis informari fatetur, ad reuocandũ quidquid reprehenſioni obnoxiũ fuerit in Eccleſia. In negotio Baptiſmi conſultus Pontifex ab Orientalibus, ſic reſpondit; Exigit dilectio veſtra, Sedis Apoſtolicæ conſulta, quæ vobis denegare non poſſumus. Et infra; Nos, qui in eadem Sede, Domino largiente, collocati ſumus, agere paterna charitas, & obedientia debitũ impellit: ergò cũ modo repetant tot fideles huius materiæ deciſionẽ, non poſſet Pontifex denegare licitè, quod paterna charitas, & obedientia debitũ impelleret. Poſſentque Sũmo Pontifici, Nazianzeni verba ad Nectariũ ingerere; Nec enim duas de eadem re contrarias doctrinas veras eſſe; quomodo igitur excelſus, & præſtans animus tuus, ad tanti correctionem, conſueta libertate non vti ſuſtinuit?*

94 Probat ſecundò num. 3. *nã qui ex officio conſtitutus eſt Iudex inter partes litigantes, iniuriuſ eſt, & illicitè*

licitè agit, ſi conteſtata lite, omnibuſque diſpoſitionibus poſitis, quæ à iure exiguntur, ſententiam differat contra ius illius partis, cuius iuſtitia conſtans eſt; at Sūmus Pontifex, ex officio habet lites in Eccleſia ſuſcitatas circa materiam fidei definire, & determinare, vt dicitur 24. quæſt. 1. cap. officij, ibi: Officij noſtri conſideratione, nō eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas, quibus maior cunctis Chriſtianæ Religionis Zelus incumbit: ergo peccaret mortaliter Summus Pontifex, ſi requiſitus à patronis ſententiæ negatiuæ, & conſtante, quod habet vltimā diſpoſitionem ad ſui definitionem, eam pro libito ſubtraheret, vel impediret: quod videtur confirmaſſe Agato Papa epiſtol. ad Conſtantinum, per hæc verba: Væ enim erit mihi, ſi veritatem Domini mei, quam illi ſinceriter prædicarunt, prædicare neglexero. Et Gelaſius ad Anaſtaſium Imperatorem, diſpoſitione diuini ſermonis mihi iniuncta væ mihi eſt, ſi non Euangelizauero, quod cum vas electionis formidet, & clamat, multo magis metuendum eſt, ſi diuinitus inſpiratum, & paterne tranſmiſſum verbum ſubtraxero, & cum in tali caſu Summus Pontifex ſententiam partis negatiuæ, in iniuſtitia detineret, incideret proculdubio in minas, quas intentat Paulus ad Romanos 1. Reuelatur ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem, & in iuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent.

95 Probat tertiò num. 4. *nā Sūmus Pontifex ex vi ſibi iniuncti Apoſtolici muneris, eſt lucerna poſita ſuper candelabrum Eccleſiæ, vt luceat omnibus, qui in domo Eccleſiæ ſunt, & tenebras errorum expellat: ergo ſi errorem ſententiæ affirmatiuæ nollet expellere, media definitione, ſtante vltima diſpoſitione ad oppoſitum, lucernam*

ſub

ſub modio collocaret contra præceptum Domini dicentis, Matthæi 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub medio; ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Quod videtur confirmare, epiſtol. ad Agatonem Papam, quæ habetur in ſexta Synodo, tom. 1. Conciliorum: Porrigere dignemini clementiſſimam dexteram Apoſtolicæ doctrinæ, quam cooperator piorum labiorum veſtrorum B. Petrus Apoſtolus tradit, non vt ſub modio condatur, ſed tuba clarius in toto orbe prædicetur.

96 Probatur quartò nu. 5. *nam Sũmus Pontifex, quatenus ſucceſſor Petri, eſt paſtor ouium Eccleſiæ: ergo tenetur eas ab incurſu luporum, & à dæmonum incurſu, qui eas circuit tanquam leo rugiens, liberare; at ſic eſt, quod dæmon ex huiuſmodi altercationibus, & differentÿs non parua odia, & iurgia ſeminat, non leuia vulnera conſcientÿs infert, non contemnendam ſubripit prædam inter viros religioſos, vt expendit Abulenſis paradoxo 1. §. 1. ergo ſi ſententia negatiua eſt vltimo diſpoſita, tenetur ÿs damnis obuiare media definitione, ne viſitetur in virga furoris à ſũmo Paſtore Chriſto, vt dicitur Ezechiel. 34. pro eo, quod facti greges mei in rapinam, & oues meæ in deuoratiõe omniũ beſtiarũ agri, eo quod non eſſet Paſtor, & infra, ecce ego ſuper paſtores requiram.*

97 Tandem ait num. 6. *Summus Pontifex eſt Pater, Oeconomus, & Promiſor Eccleſiæ; ergo petentibus tenetur panem doctrinæ porrigere, & cæleſtis horrei triticum, iuxta menſurã doctrinæ plenã, & coagitatã, ſeu fidelis ſeruus Domini diſpenſare, ne illud Ieremiæ Thren. 4. iterum deploret Eccleſia: Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Eſt etiam Medicus Eccleſiæ*

Digitized by Google

vendicit Pelagius Epiſt. ad Hormiſdam, Petrus Damianus epiſt. ad Nicolaum III. & Waldenſis probat tom. 2. doctrinalis fidei, art. 3. cap. 36. & 37. ergo tenetur, dum poteſt, & inuenit materiam vltimo diſpoſitam, prauæ dogmata, & putrida membra reſecare, & ſanæ doctrinæ malagma, ſaucijs fidelium animis, media definitione applicare. Sic diſcurrit Arpalegus.

1598 Hæc omnia ſunt argumenta Arpalegi, quæ potueram, ſicut & nos, in vnū redigere: omnia enim eodem modo probant, ſi probant, teneri Summum Pontificem ad definitionem alicuius veritatis, ſiue ex titulo Patris, ſiue ex titulo Paſtoris, & Medici: loca etiam Scripturæ, quæ adducit, imò & Sanctorum, accommodatitio ſenſu adducta, quis non videat? Quod ſi quid probant, contra ipſum probare oſtendam, recolendo quæ ſupra ſæpius inculcat, videlicet, quod ſolus Summus Pontifex eſt Iudex, arbiter reſpectu definitionis, eiuſque vltimæ diſpoſitionis: quod non tenetur ſtare judicio maioris partis Patrum, ſiue in Concilio exiſtentium, ſiue extra: quod poteſt veritatem Catholicam ſilentio detinere: quod non definit omne definibile; ex quibus omnibus ſic arguo: Summus Pontifex ſolus poteſt vt Iudex iudicare de vltima diſpoſitione: ergo licet omnes iudicent aliquam veritatem eſſe in vltima diſpoſitione, cum non teneatur ſtare maiori parti, poterit iudicare, ſe non eſſe adſtrictum definitioni; & per conſequens non peccabit; & prima ſedes à nemine iudicatur. Secundò, poteſt per te Pontifex veritatem Catholicam ſilentio comprimere, nec inde ſequetur, quod veritatē in iniuſtitia detineat,

nec panem petentibus neget, nec infirmātibus medicinam, nec oues à luporum incurſibus non liberet, nec veritatem ſub modio condat, indeque infers, nullum detrimentum pati ſententiam affirmatiuam, ex eo quod ſilentio recludatur: ergo neque patietur aliquod detrimentum definibilitas negatiuæ, neque Summus Pontifex peccabit, ſi eam non definiat, etiam nobis iudicantibus eſſe proximè definibilem.

99 Dixi ſemper iuxta ſuppoſitionē pręmiſſam, nobis iudicantibus eſſe definibilem, quia ſtante iudicio practico ipſiuſmet Pontificis, quod ſit in vltima diſpoſitione, nulla ſtante cauſa (de qua non eſt noſtrum iudicare) quæ animum ipſius detineat, crederem, poſſe probabiliter dici, Summum Pontificē teneri, reſpondere Eccleſiæ poſtulanti huius difficultatis deciſionem. Et in hoc ſenſu proculdubio, ſi legantur textus ab Arpalego citati, intelligendi ſunt, nam prima Sedes nō tenetur iudicio aliorum, ideoque circa præſentem materiam, Sedem Apoſtolicā, cum omni charitate, pietate, paternoque affectu ſe geſſiſſe non dubito, exercentem munia Paſtoris, Oeconomi, Iudicis, Medici, &c. Ne enim oues lupis exponeret, & vt infirmorum animorum ſaluti conſuleret, & vt Pater Oeconomus panem porrigeret, & ne doctrinas de eadem re contrarias ferret, alteri parti ſilentium indixit, & credendum non eſt, indixiſſe ſilentium parti veriori, relicta ſententia negatiua, vt liberè, & publicè per omnia theatra, Gymnaſia, Eccleſiaſque diſcurreret, ſi hæc falſa eſſet, tunc enim iure poſſet timere omnia, quæ Arpalegus

legus congerit, cum non ſolum permitteret, ſed etiã veritate ſententiæ affirmatiuæ, intercluſa, errore ſententiæ negatiuæ vniuerſa caperetur Eccleſia. Officium autem Medici prudentiſſimè exercuit, permittendo aſſertoribus affirmatiuæ, colloquia inter ſe ipſos, medicus enim paulatim procedit, & blandiora medicamenta prius adhibet, interim infirmis aliqua non profutura ſaluti permittit, ne nimium opprimere videantur, poſtea fortiora applicaturus, ſi morbus non cedat, ideòque Summus Pontifex aſſertionem publicam prohibuit, priuata colloquia reliquit, ſuo tempore maiori ſeueritate in ſententiã affirmatiuam, ſi ipſius aſſertores non taceant, ſeuerius iudicium prolaturus. Hæc omnia amplius conſtabunt ex ſolutione, quã argumento, quod ſibi obijcit Arpalegus, adhibet.

100 Si dicas, num. 7. ponit obiectionem ſequentem, non teneri Pontificem ad definitionem huius materiæ, etſi vltimo ſit diſpoſita, nam ex hoc aliqua ſequerentur inconuenientia, quæ prouidè vitat ſancta Sedes imponendo ſilentium ſententiæ affirmatiuæ, nam eo ipſo videtur virtualiter ipsã damnare, & approbare negatiuam, quia antiquitus hoc ſolum exigebatur à Sede Apoſtolica, vt in hæreticos animaduertendo exerceret: Hoc enixè petebat Marianus Archimandrita ab Agapito Papa, per hæc verba: *Non poſſunt duo contraria ſimul eſſe vera; ſi hæreticis facultas datur hæreſes prędicandi, iſtud ipsũ fateri, eſt apud ipſos veritatẽ eſſe, à nobis autẽ illã penitus defeciſſe, ſiũ præſertim in eo ſtatu res modò poſitę ſint, vt tolerare iſta, etſi non iuuare, patique ſaltim ipsũ Principẽ,*

in-

indecens eſt. Similiter Nazianzenus ad Nectarium; *Si illis vt pie ſentientibus, quę ſentiunt docere, libereque promulgare permittitur, quis non videat Eccleſię doctrinam condemnari*: ergo ab oppoſito, imponere ſilentium parti affirmatiuæ, erit pœna hæreticorum debita inuoluere, hocque ſufficiet, vt non teneatur Summus Pontifex definire modò ſententiam negatiuam, ſed gradatim, primò inſtituit feſtum, conceſſit indulgentias, approbauit Religiones, inhibuit prædicari ſententiam affirmatiuam, in carcerem miſit, interdixitque etiam priuatas collocutiones, & inter priuatos prædicatorum parietes interclusit, poſtea decurſo tempore in theatrum funeſtum educet, anathematis ictu, vel caput amputans, vel etiam damnationis nodis ſtrangulaturus, mortique addicturus.

101 Reſpondetur, inquit num. 8. *quod ſi ſententia negatiua eſſet vltimò diſpoſita ad definitionem, fruſtra timeret Pontifex, vbi non erat timor, neque vlla inconuenientia poſſunt retardare, vt veritas Catholica taceatur, cum nec portę inferi poſſint praualere aduerſus Eccleſiam Dei, & hac ratione Paulus prædicabat Chriſtũ crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiã, quia non verebatur vlla inconuenientia. Vlterius dicit, quod impoſitio illa ſilentij nihil iuuat ſententiã negatiuam, vt ſupra abundè probatum eſt, neque inde argui poſſe, eſſe quaſi in carcerem relegatam ſententiam affirmatiuã, nã hac ratione in Indice expurgatorio, expunguntur in Poza hac verba: Sententia minus pia exulat à ſcholis, eſt relegata in inſulã mentaliẽ, incarcerata, interdicta, deportata, nã ratio, quæ mouit Summum Pontifi-*

ſicè ad huiuſmodi silentium imponendũ. non fuit, quia eſſet vltimo diſpoſita ad definitionem ſententia negatiua, ſed ob eas tantum rationes, quas ſupra expendimus artic. 4. Vnde cum aliàs Summus Pontifex non debeat attendere ad inconuenientia, neque vano timori cedere in determinanda veritate fidei, dum inſtat neceſſitas, ſi ſententia negatiua eſſet vltimo diſpoſita ad definitionem, non haberet, unde excuſaretur à peccato mortali, cum etiam urgeat neceſſitas, ut iam ſatis probatum eſt. Hæc Arpalegus.

12 Non poſſum non mirari libertatem, ne dicã audaciam, Arpalegi in ſoluendis argumentis, & applicandis doctrinis: hoc argumentum ſoluere vult dicendo, nihil poſſe retardare Summum Pontificem à declaratione veritatis, neque obligare, vt veritas Catholica taceatur, Paulumque prædicaſſe Chriſtum crucifixum, etſi Iudæis ſcandalum pareret, & gentibus ſtultitia appareret. Supra ſoluebat argumenta, dicens, Chriſtum etiam veritates Catholicas tacere præcepiſſe: ad tacendam veritatem ſufficere ſcandalum paſſiuum: Honorium Pontificẽ propterea ſilentio obruiſſe quæſtionem de duabus voluntatibus in Chriſto, & alia huiuſmodi, ex quo facilè conijcitur inconſtantia doctrinæ, quæ ſæpè falſitatis indicium eſt, nam ſi hæ cauſæ ſufficiũt ad imponendum ſilentium ſententię affirmatiuæ, quam ipſe veram, Catholicam, & magis definibilem, quã negatiuam exiſtimat, cur non ſufficient, vt poſſit Summus Pontifex eximi ab obligatione ſub peccato, definiendi negatiuam, præſertim cum ſilẽtio affirmatiuæ, iam vitarit ſcandala, quæ ex eius aſſer-

tione

tione ſequebantur, & fecerit quod antiquitus, vt ipſe fatetur, ad reprimendum hæreticos ſufficiebat, cur non ſufficiet ad reprimendos Catholicos?

103 Supra dixit, Summum Pontificem debere attendere ad inconuenientia, & temporum circumſtantiam, idque probat ex Baronio; hìc aſſerit, non debere attendere ad inconuenientia. Infra dicit, nullā inſtare neceſſitatem definitionis alicuius partis, ideoque vtriuſque partis aſſertoribus eſſe imponendum ſilentium: hìc dicit, vrgere neceſſitatem, idque ſatis probatum eſſe: vbi hoc probauerit, neſcio, niſi inſtantiam Principum, & Religionum preceſque populorum, de quibus mentionem facit in ſua aſſertione, pro probatione poſuerit, immemor fortè quod ſupra ita hæc omnia deſpexerat, vt ad definitionem non conducere aſſerere nō ſit veritus, cum tamen hìc aſſeruerit, non poſſe Pontificem denegare definitionem tot inſtātibus Principibus, &c. ergo vel conducunt ad definitionem, vel ex illis nō probatur neceſſitas definitionis. Relinquitur ergo, Summum Pontificem poſſe ſuſpendere definitionē, etiam iudicantibus omnibus aliquid eſſe definibile, quia non debemus velle primam Sedem noſtro iudicio arctari. Nihilominus paterni officij obligatione teneri Eccleſiæ vniuerſalis voces, preces, & inſtantias non deſpicere, ſed audire, & interroganti reſpondere, niſi aliud magis conueniens vniuerſalis Eccleſiæ vtilitati iudicauerit, iuxta allegata Soteris, & aliorum teſtimonia, poſſumus piè ſentire

DIS-

DISPVTATIO QVARTA.

De aliquibus propoſitionibus, an ſint dignæ cenſura, nec ne?

ARTICVLVS I.

Qua modeſtia, & ſobrietate loqui debeat in hac parte ab utriuſque ſententia aſſertoribus.

1. ARpalegus num. 1. probat Summorum Pontificum exemplo, Scriptorumque antiquorũ dictis, magna ſobrietate, & modeſtia eſſe loquendum in hac materia, adducit verba Gregorij XV. in epiſtola ad Regem Hiſpaniæ: *Ne quid tamen noui in tanta re decernatur, monet, tum negotij magnitudo, tum Romanorum Pontificum prædeceſſorum exempla.* Et in literis ad Margaritam Auſtriacam; *Verũ cum ipſi Beatiſſimę Marię obedientia gratior ſit, quam ſacrificium, tum demum eam piè, ac ſapienter colunt, qui Apoſtolica authoritatis legibus, ſeipſos, ſuaſque opinationes ſubijciunt: leges autẽ Pontifi ię,* inquit Arpalegus, *quas Pius V. & Paulus V. edidere, vide, qua cautela ſententiam affirmatiuam*

lædere nolint, *aiunt enim*; *Per huiuſmodi tamen prouiſionem Sanctitas ſua non intendit reprobare alteram opinionem* (*ſcilicet affirmatiuam*) *nec ei prorſus vllum præiudicium inferre*. Mirum eſt, nunquam completam dediſſe hanc periodum, quam ſæpius inculcat, Sanctitas ſua ſemper addit, *præterquã quoad ſupra diſpoſita*: ergo in ſupra diſpoſitis, aliquod præiudicium includitur, exceptio enim ſupponit legem, & firmat regulam in contrarium.

2 Num. 2. in exemplum ſobriæ locutionis, producit Scotum dicentem: *Quid factum ſit Deus nouit, ſi authoritati Eccleſiæ, vel authoritati Scripturæ non repugnet, videtur probabile, quod excellentius eſt tribuere Mariæ*. Quibus verbis docet Reuerendiſſimus Lisbonienſis, ſubtiliſſimum Doctorem ſe modeſtiſſimum præbuiſſe, mirandumque poſteritati de hac re exemplum reliquiſſe. Gregorium etiam Ariminenſem, Marſilium, id ipſum ſapientes, profert. Tãdem concludit, nec mirum, ſi quod tam ſobrie procedant viri doctiſſimi, & Religioſiſſimi ſequuti D. Auguſtini ductum, & præceptum, lib. 2. contra Pelagium, cap. 36. dicentis: *Vbi enim de re obſcuriſſima diſputatur, non adiuuantibus diuinarum Scripturarum, certis, clariſque documentis, cohibere ſe debet humana præſumptio, nihil faciens in partem aliquam declinando*. Vtinam moderniores Scriptores, præſcriptas Summorum Pontificum orbitas non excederent, propoſita antiquorum Scriptorum exempla non violarẽt. Gregorius XV. dicit, ſtandum eſſe Pontificijs legibus, iſtæ non præiudicant ſententiæ affirmatiuæ, quã autem ad literam moderniores obſeruẽt præſcripta

hæc pontificia, paucis nunc ex eorum verbis expli-
candum eſt. Et proponit teſtimonia, in quibus hāc
fundat quærimoniam, quam certè potuiſſet omitte-
re, cum vt vidimus ipſe toties præſcriptam modeſtiā
tranſgreſſus ſit.

3 Granadus, inquit nu. 3. lib. 2. de Conceptio-
ne, cap. 30. ait: *Adeò eſſe verum ſententiam negatiuā, vt ſine formidine ſit tenenda: quod virtualiter eſt dicere, eſſe tenendam de fide*. Quis non videat, quam iniuſtè
conqueratur Arpalegus, quam malè conſequentiā
inferat, quoties enim aliquid verum exiſtimamus
in quacumque materia, dicimus poſſe teneri ſine
formidine: etiam in veritatibus naturalibus, quæ
non poſſunt eſſe de fide, iuxta Arpalegum: ergo di-
cere, quod poſſe teneri ſine formidine, eſt virtua-
liter aſſerere eſſe de fide, calumnia eſt, & falſa quę-
rimonia.

4 Aegidius de Præſentatione, lib. 3. de Con-
ceptione, q. 6. art. 1. ait: *Ita verum eſſe, vt à parte rei nullo modo ſit falſa*, quod eſt idem, ac dicere, ſpe-
culatiuè eſſe impoſſibile, vt falſificetur, & ſicut mo-
raliter eſt euidens, eſſe Romam, ita moraliter eſt cer-
tum, fuiſſe conceptam Virginem ſine peccato origi-
nali. Videat lector pius, an hæc ſit immodeſta lo-
cutio Aegidij, vel immodeſta quęrela Arpalegi.

5 Salazar diſp. de Conceptione cap. 33. §. 1. ait,
quod ſicut in Clementina vnica de Summa Trinitate definitum eſt, eſſe probabilius, paruulis infundi habitus ſupernaturales in baptiſmate, ita etiam definitum eſt ſententiam negatiuam eſſe probabiliorem. Sed falſum eſt,
quod Salazar dixerit eſſe definitum, ſed legitimam
con-

conſequentiam intulerit, ex declaratione Concilij, maiorem probabilitatem ſententiæ negatiuæ: quod quidem non eſt tranſgredi leges modeſtiæ, vt per ſe conſtat.

6 Inſuper addit Arpalegus, prædictos Doctores innumeras iniurias congerere in Caietanum, ſtomachari in eius dicta, reſpuere eius aſſerta oblata Clementi VII. & Concilio Florentino, & audita abſque tanta bile, & ſtomacho: Inſuper, & in aſſertores sẽtentiæ affirmatiuæ Bandellum, & alios, toto indignationis, & contradictionis ſpiritu debacchantur. Sed meminiſſe oportebat, ait num. 4. quod dixit Pamphilus in apologia pro Origine, & habere præ oculis, quando de Caietano loquebantur: *Quod maledici Regnum Dei non poſſidebunt, neque licere tanta mordacitate ſcribere, & libellis editis derogari ei viro, qui por tot annos Magiſter Eccleſiæ fuit, qui in Eccleſia ſenuit, qui aduerſus eas hæreſes, quæ eo tempore Eccleſiã impugnabant, ita fortiter dimicauit, ut omnia eorum diabolicæ machinationis fundamenta ſubuerterit, & illud certè conſiderari oportebat, quod præsbyteri dignitate in Eccleſia ornatus eſt, & præsbyteri Cardinalis Sancti Xiſti*, Vnde adducit Vallem de Monre, opuſc: de incantationibus, ſect. 2. cap. 3. dicentem, Caietanum eſſe S. R. E. Cardinalem, pietate, & moribus colendiſſimum, infra primos PP. nulli ſecundum, proindeque cum ſumma modeſtia, & neceſſitate reprehendendum. Inſuper Clementem VII. qui dum Roma deprædaretur, & indignè à militibus Caietanus tractaretur, dixit: *Ne extinguatis lumen Eccleſiæ*: quod aduerſarij facere non verentur, iaculis calumniarũ

 in

in Caietanum excuſſis. Denique addit, debuiſſe conſulere Paramum de modeſtia, qua tractandi sūt viri religioſi: in cuius confirmationem adducit Porzam, quem in alijs mordacem vocat.

7 Hæc omnia ſi ita ſunt, nunquam mihi placere poterunt, ſed aliquos Auctores, præſertim tres ſupra citatos legi, & non inueni calumnias contra Caietanum, quod ſi fortè aliquis non tam modeſtè ſit locutus, poterit reſpondere ſe à Caietano fuiſſe prouocatum, qui non ſemel opinionem piam mulierçularum, & ignorantium facilitate eſſe introductam dixit. Nos autem, qui nec prouocati vellemus immodeſtè procedere, ſolum reſpondemus, Arpalego, quod ea, quæ prædictos Auctores meminiſſe oportebat, potuiſſet ipſe reminiſci, qui contra viros doctiſſimos, Religionumque Generales, in Eccleſia Dei Epiſcopos, quaſi contra hæreticos inuehitur.

8 Pro complemento huius articuli ait num. 5. *ſe ſatis mirari nequire* (hic ſuam modeſtiam notam facit Arpalegus) *viros alioquin doctos, & religioſos, ex publico ſuggeſtu, audientium turbis inſerere, vt firmiſſimè teneant, & proteſtentur vitā, ſanguinēque fundere pro pura Conceptione. Alios in ſchedulis perpetuū mancipatum (vulgò eſclauitud) voueant, & ſub prætextu pietatis cogere, vt promittant vitā dare pro defenſione Immaculatæ Conceptionis, nam hoc, inquit, meo videri non caret magno ſcrupulo; licet enim in ſe ſit honeſtum tenere, & defendere ſententiā negatiuā, tanquam probabilē, dum tamen ventilatur, an ſit de fide, donec accedat declaracio Sedis Pontificiæ, impium eſt* (ecce Arpalegi mo-

modeſtiam) *ita vni contumaciter adhærere, vt pro ipſa, vita profundatur: ideòque Caſtro de iuſta hæreticorũ punitione, & Corduba quæſt.17. §. 7. dub.2. dicunt, poſſe eſſe hæreticum eum, qui tanta firmitate aliquã opinionẽ, etiã veram tenet, vt paratus ſit pro ea mori. Quod etiã apertiſſimè docet Suarez 2.2.tract.1. diſp.19.ſect.4, n.6. Tum etiã, nam mortẽ appetere, martyriũ ſubire, non eſt laudabile, niſi vel pro fide, vel pro aliqua virtute, aut in vtilitatẽ Eccleſiæ, vt docet D.Thom. ad Epheſios cap.3. lect.1. at ſententiã negans, eo ipſo quod ſit opinio, non eſt de fide, neque virtus moralis, aut intellectualis, vt docet D. Thomas 1.2. q.55. art.4. q.57. art.2. ad 3. & art.3. ad 1. & alijs in locis. Nec eſt in vtilitatẽ Eccleſiæ, nutaret enim tot martyrũ teſtimoniũ, si intelligerent Ethnica, & Hæretici, in teſtimonium rei dubiæ, & probabilis perfundi ſanguinẽ à Catholicis: caueant ergo huiuſmodi concionatores verbi Dei, & alij religiosi, ne ſub ſpecie pietatis, eos diaboli retib. illaqueent, nã ut ſanctiſſimè docuit Gregorius XV. ipsi Beatiſſimæ Mariæ, obedientia gratior eſt, quàm ſacrificiũ, & tunc demum eam piè, ac ſapienter colunt, qui Apoſtolicæ authoritatis legibus ſe ipſos, ſuaſque opinationes ſubijciunt. Et num.6. Similiter illud, quod in pulpitis dicitur, in plateis decantatur, inſuper liminaribus ſculpitur, à Ludimagiſtris pueris indicitur, ALABADO SEA EL SANTISSIMO SACRAMENTO, Y LA PVRA CONCEPCION DE NVESTRA SENORA, CONCEBIDA SIN MANCHA DE PECCADO ORIGINAL, quod piè introductum eſt, ſed neſcio qua ratione continuetur; si enim æqualitas certitudinis horum myſteriorum doceatur, abſit doctrina hæc, contradicit enim decretis Apoſtolicis: si hoc*

non

non intendunt, ut quid certum de fide cum opinabili inuoluunt, hoc enim eſt populo rudi, & illiterato anſã pr̨ebere, ut in errores incidat.

9 Miratur Arpalegus hæc omnia, ſed multo magis mirabile eſt, quod ipſe impium dicat eſſe, habere animum paratum ad fundendum ſanguinem pro Immaculata Conceptione, cum id doceant expreſsè clariſſimi DD. Suarez, Granadus, & alij, (rationes quibus mouentur, & ſolutionem argumenti Arpalegi, vide apud Granadum diſput. 4. de Conceptione, cap. 31.) ac proindè ſine ſcrupulo Concionatores verbi Dei probabiliter hoc populis prædicant. Vbi aduerto, prædictos DD. & præſertim Suarez nunquam dixiſſe, hæreticum poſſe eſſe illũ, qui ea firmitate adhæret ſententį probabili, vt paratus ſit pro ea vitam dare, ſed omninò oppoſitum, nam explicans Caſtrum, & Cordubam, ſic ait (loco citato ab Arpalego) *Hoc* (Suarium audis) *ſolum poteſt contingere in eo, qui tam firmiter id crederet, vt habuerit animum deliberatum non credendi contrarium, etiamsi Eccleſia id definiret*. Audi qų addit. *Illa verò hæresis non conſiſtit in aſſenſu opinatiuo, ſed in pertinacia hæretica, & in iudicio, quod includitur, uel ſupponit contra infallibilitatẽ Eccleſį*: ergo ex Suario non eſt hæreticus ille, qui animum paratum habet vitam fundendi pro opinione, quam veram credit, niſi iungatur cum animo pertinaci non credendi Eccleſį. Hoc eſt, quod apertiſſimè docet Suarez.

10 Quod autem perpetuum mancipatum fideles voueant, quid mirum, ſi Summus Pontifex ſub eodem voto Religiones approbat? Ex quo confirmatur,

matur; quod poſſint pro ea fideles vitam fundere, nam vnicuique licitum eſt pro defenſione ſui ordinis vitam dare, & pro defenſione religionis approbatæ cunctis fidelibus: ergo nemo mirari debet, quod aſſerant pij Doctores, quod doceant pij Prædicatores, vitam fundere pro Immaculata Conceptione, ſub cuius vexillo militaris religio inſtituitur à Summo Pontifice Vrbano VIII. *Vnam militiã Chriſtianam nuncupandam ſub titulo Conceptionis B. Mariæ.* Denique, non miraretur Arpalegus, quod Prædicatores coniungerent laudem Sanctiſſimi Sacramẽti cum pura Conceptione, ſi voluiſſet legere approbationes prædictarum Religionum, ſub titulo Conceptionis inſtitutarum, inter quas in formula profeſſionis inueniſſet: *Ego Soror N. ob amorem, & ſeruitium Domini noſtri, & Immaculatæ Conceptionis eiuſdẽ Genitricis, promitto, & uoueo Deo, & Beatæ Mariæ, &c.* tum etiam ſi legiſſet verba Bullæ Sixti IV. quæ incipit, *cum præexcelſa*, vbi Summus Pontifex coniunxit vtrumque myſterium eaſdem concedendo indulgentias colentibus Conceptionem Immaculatã, quas ſui Prædeceſſores Vrbanus IV. & Martinus V. conceſſerant venerantibus Euchariſtiam. Sic enim loquitur Chriſti Vicarius: *Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi auctoritate Apoſtolica hac in perpetuum ualitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli Chriſti Fideles utriuſque ſexus, qui Miſſam, & Officium Conceptionis eiuſdem Virginis Glorioſæ, iuxta piã, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij Magiſtri Leonardi de Nogarolis Clerici Veronẽſis notarij noſtri,*

ſtri, & quæ deſuper à nobis emanauit Miſſę, & Officij huiuſmodi inſtitutionem in die feſtiuitatis Conceptionis eiuſdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuotè celebrauerint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint quoties id fecerint eamdem prorſus indulgentiã, & peccatorum remiſſionem exinde conſequantur, quam iuxta fælicis recordationis Vrbani IV. in Concilio Viennenſi approbatas, & Martini V. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones conſequantur illi, qui Miſſam, & Officium, & horas canonicas in feſto Corporis Chriſti, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti à primis veſperis, & per illius octauas iuxta Romanę Eccleſię inſtitutionem celebrant, aut dicũt, aut Miſſę officio, & horis huiuſmodi interſunt. Quas quidem indulgentias lucrantur hodie Patres Franciſcani, qui prædictum Officium adhuc poſt reformationem Breuiarij Romani leguut, & quicunque in eorum Eccleſijs Officio diuino, Horis canonicis, & Miſſæ prædictis interſunt: ergo veſtigia Summorum Pontificum ſequuntur, atque adeo piè, & rectè Virginem colunt, ac venerantur, qui puram Conceptionem cum venerabili Sacramento veneratione coniungunt, nec ideò fidelibus occaſionem prębent erroris: nemo eſt enim qui neſciat, his verbis ſolum ſignificari piam affectionem in Conceptionẽ Immaculatam. In fine huius articuli non poſſum ſilentio præterire id, quod etiam reluctantibus patefaciet ſeuerum aduerſariorum contra piam ſentẽtiam iudicium. Non poſſunt audire, quod emittantur vota, quod fiant iuramenta pro tuenda Pura Conceptione vſque ad ſanguinis effuſionẽ. Et curę

quia

Digitized by Google

quia licet ſit in ſe honeſtum tenere, & defendere puram Conceptionem, dum tamen ventilatur, remanet opinio, & eo ipſo quod eſt opinio, non poteſt eſſe materia voti, aut ſubeundę mortis motiuum. Et nihilominus vouent, & iurant defendere doctrinam S. Thomæ, &, vt puto, vſque ad ſanguinis effuſionē. Et quidem doctrina Scoti oppoſita doctrinæ Sancti Thomę reprobata non eſt, nec ſicut ſententia minus pia à publicis actibus eiecta, aut in clauſtris vniuſque Religionis incluſa, ſed in celeberrimis vniuerſitatibus cum plauſu audita, à Summis Pontificibus approbata, ab omnibus Theologis laudata: vnde doctrina S. Thomę in ſphæra opinionis remanet. Cur ergo iſta materia voti, & iuramenti eſt, illa non? videat Deus, & iudicet.

ARTIC. II.

De aliquibus propoſitionibus ſententię affirmatiuę, quas cenſura dignas aliqui indicant.

Quia P. Salazar cap. 43. §. 1. aliquas propoſitiones ſentētię affirmatiuę eſſe cenſura dignas docuit, hunc articulum [illegible] Apalegus, propoſitionibus à Salazar propoſitis, videlicet, *quod doctrina, quę tradit, B. Virginem in peccato conceptam, eſt magis tuta, minus habet de periculo, eſt magis pia, aut religioſa, & Virgini,*

ni, aut Chriſto magis honorifica, eſt magis probabilis, vel habet fortiora fundamenta, & ſimiliter, quod ſententia negatiua habet pietatem non veram, ſed exiſtimatam, vel apparentem, è regione opponit verba Bonauenturę ſupra citata, vbi dicit loquendo de affirmatiua: Hic dicendi modus eſt communior, rationabilior, & ſecurior, pietatique fidei magis concordat: & poſtea tribus ſub articulis ſigillatim hęc omnia examinat.

12 Hic ſolum aduerto, illa Bonauenturę verba eſſe dicta ante decreta Summorum Pontificum, vnde non opponuntur doctrinę Salazar, qui ſuppoſitis Pōtificum decretis, iudicauit illas propoſitiones cenſura dignas, quod amplius conſtabit diſcurrendo per ſubarticulos Arpalegi.

SVB ARTIC. I.

An ſit probabile, quod ſententia affirmatiua ſit tutior, & ſecurior, ita vt qui hoc dixerit, euadere poſſit cenſuram.

13 RESpondet Arpalegus affirmatiuè n. 1. & probat primo ex Caietano, opuſc. de Conceptione, vbi dicit: *Sententiam affirmatiuam nihil ſibi timentem ſperare, ſi deſcernendum aliquid eſt, ſe ipſam tanquam probabiliorem, & Sanctorum dictis conſonam, approbandam*. Item ex Bernardo epiſtola illa ad Lugdunenſes, vbi ait: *Ego autem quod accepi, ſecurus hactenus trado*. Tum etiam, quia verificatur de hac ſententia, quod dixit Hieronymus ad Auguſti-

Digitized by Google

guſtinum in epiſtola, quę incipit, *Tres ſimul epiſtolę*, vbi cum quamplures PP. pro ſe recenſuerat, dixit; *Si igitur me reprehendis errantem, patere me quaſo errare cum talibus, & cum me erroris mei multos habere ſocios perſpexeris, tunc veritatis tua, ſaltim vnum ſtipulatorem proferre debebis; ergo cum ſententia affirmatiua tot habeat PP. negatiua ex antiquioribus nullum, ſecuriſſimus eſt, qui affirmatiuam aſſerit probabiliorem; & ſe tutari poterit ex Auguſtino lib. 1. contra Iulianum cap. 2. vbi poſt plures antiquorum authoritates, dixit: Cernis cũ quibus tua maledicta ſuſtineam, cernis cum quibus mihi ſit cauſa cõmunis, quam nulla conſideratione ſobria, pulſare calumnijs, & expugnare conaris? Cernis, quam mihi glorioſum ſit, quodlibet crimen audire cum talibus?* Et inquit; *Quod tenent teneo, quod docent doceo, quod pradicant pradico, iſtos cęde, & me non cęde; ſi mihi per eos fieri amicus non vis, ſaltim peto, ne per me eorũ efficiaris inimicus.*

14 *Tum etiam Caſſiodorum producit dicentem*: *Si quid diſſonum, aut diſcordans PP. regulis inuenitur, vitandum eſt. Qua antiqui Expoſitores probabiliter dixerunt ſolicita mente tenenda ſunt, & Theodoretum, qui vt ſe purgaret à nota cenſura, quam illi nonnulli obijciebant, ſcripſit* Dioſcoro Patriarcha *Alexandrino, ſe ea qua dicebat didiciſſe à diuina Scriptura, & PP. Alexandro, Athanaſio, alijſque orbis luminibus, ex Baron. ann. 444 nu. 21. Vnde infert, quod cum ſententia affirmatiua tot Sanctorum vallata ſit agminibus, & ſequatur antiquorum PP. placita, nullam cenſuram timere debebit, etſi probabiliorem ſe pradicet, & tutiorem, iuxta illud* Eccle-

ſiaſtici 8. *Ne te prætereat narratio ſeniorum; quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum*. Hæc Arpalegus.

15 Cum probatum ſit, quã parum faueant Patres ſententiæ affirmatiuæ, quantum faueant negatiuæ, poſſemus eadem obijcere, quæ nobis opponit, & quia nimis præſumit de antiquorum Patrum auctoritate, poſſemus illi reſpondere Gregorij verbis lib. 12. moral. cap. 15. *Sed vt ea, quæ aſſerunt, commendent ſtultis mentibus hominum, quaſi de antiquitate poſſint, antiquos Patres ſe habere teſtantur, atque ipſos Doctores Eccleſiæ, ſuæ profeſſionis Magiſtros dicunt, cumque præſentes Prædicatores deſpiciunt, de antiquorũ Patrum magiſterio, falſa præſumptione gloriantur, vt ea, quæ ipſi dicunt, etiam antiquos Patres tenuiſſe fateantur, quatenus hoc, quod rectitudine adſtruere non valent, quaſi ex illorum auctoritate confirment*. Vel quod Auguſtinus citato lib. 6. contra Iulianum, cap. 26. *Audes te agmini Sanctorum Patriarcharum, Prophetarũ, Apoſtolorum, Martyrum, Sacerdotumque miſcere, &c.* Et infra: *His te conſociare præſumis, quorum fidem debellare conaris*. Cum ergo probatum ſit SS. PP. nobis nõ aduerſari, vel falſa præſumptione, vel nimia animoſitate de ipſorum magiſterio gloriatur.

16 Probat ſecundò num. 2. *quia tritum eſt morale Theologorum principium: quod in dubio ſtandum eſt pro lege, iuxta id, quod dicit in l. proſpexit, ff. qui, & à quibus. Et maximè ſi lex vniuerſalis eſt, tutius eſt, nullum excipere, niſi conſtet euidenter de priuilegio; at in noſtro caſu conſtat de fide, lex vniuerſalis, ſcilicet, omnes*

in

in Adam peccauerunt, non tamen euidenter conſtat in Scriptura ſacra, vel Traditione, aut SS. PP. doctrina, eſſe priuilegiū de immunitate Beatæ Virginis: ergo non poteſt eſſe dignum cenſura, dicere tutiorem ſententiā affirmatiuam.

17 Hoc argumentum nihil probat, nam vt vidimus ſupra diſp. 2. à num. 39. ex ipſo Paulo, & regula interpretandi Sacram Scripturam, in ipſa lege imbibita eſt exceptio. Vnde illud tritum principium Theologicum intelligitur ab eiſdem Theologis trita intelligentia, quando lex nullum dat locum exceptioni, vel Epicheiæ.

18 Tandem probat num. 3. *quia Diuus Thomas, & Bonauentura tutiorē iudicarunt ſententiā affirmatiuā, vt ſupra probatum ſupponit, & Sixtus V. conſtitutione 76. quæ incipit. Triumphans Hieruſalē, docuit, hos duos Doctores datos eſſe Eccleſiæ, tanquam Theologię Scholaſticæ Magiſtros: ergo qui eos ſequitur, ſecurus eſt à cenſura.* Hoc argumentum repetit ſupra dicta, vnde ſatis ſupra impugnatum eſt, nam non obſtante ſententia Sancti Thomæ, in aliquibus rebus Scholaſticis contrarium declaratum eſt, non reddi irregularem, qui alium occidit ſe defendendo, vota ſimplicia cōſtituere ſtatum Religioſum, & alia: & cum iſti Patres hæc docuerint ante tot Sedis Apoſtolicæ probationes ſententiæ negatiuæ, non reddunt ſecurum affirmatiuam tenentem, ſicut licet Diuus Thomas dicat de fide tenendum eſſe, neminem præter Chriſtum fuiſſe conceptum ſine originali, & erroneum eſſe, contrarium affirmare, non eſſet ſecurus nunc, qui auda-

audacter diceret, erroneum eſſe, tenere ſententiam negatiuam.

19 Inſuper parum tutum eſſe, dicere, Summum Pontificem deceptum eſſe in approbatione alicuius Religionis, negare nemo poteſt: at conſtat, Summum Pontificem approbaſſe non quandam Religionem, vt ait Arpalegus, ſed multas in honorem puriſſimæ Conceptionis, vt latè docet Armamentarium: ergo minus ſecurum eſt, dicere ſententiam affirmatiuam eſſe probabiliorem. Sed reſpondet Arpalegus num. 4. ex Paramo, quod licet Pontifex non poſſit errare in approbanda aliqua Religione, & temerarium ſit dicere, quod qui obſeruauerit aliquã regulam approbatam à Summo Pontifice, errat à via ſalutis, tamen motiuum, ſeu titulus, ſub quo approbat talem Religionem, non requiritur, quod ſit euidens, vel probabilior, ſed ſatis eſt, ſi ſit probabilis, vt Pontifex non habeat errorem practicum in tali approbatione. Sed contra hoc eſt, quod ſupra diximus de indulgentijs, quibus addimus, quod ſicut non poteſt errare in approbanda Religione, etiã non poteſt errare in approbando titulo, vnde licet poſſet approbare Religionem aliquando, non approbando titulum, tamen ſi inuenimus approbaſſe Religionem, & titulum, dicendum eſt minus ſecurè procedere, qui non approbat titulum: ergo cum in Religionibus ſub titulo Conceptionis, approbauerit Pontifex titulum, & vota emiſſa de colenda Conceptione, quæ non poſſunt emitti, niſi de meliori bono, ſequitur ſententiam negatiuam habere

pro

Digitized by Google

pro ſe approbationem Pontificis, atque adeò magis ſecuram eſſe, quam affirmatiuam.

SVB ARTIC. II.

An ſit dignum cenſura, & nota; dicere, ſententiam affirmatiuam eſſe probabiliorem, vel habere firmiora fundamenta.

20 NEgatiuè reſpondet num. 1. & breuiter, inquit, *probatur, nam iuxta Ariſtotelem illud dicitur probabile: Quod videtur omnibus, vel pluribus, aut ſapientibus, & ex ijs, aut omnibus, aut pluribus, aut maximè notis, & probabilibus, & præcipuis: at in his, quæ ſunt probabilia in Theologia, et pendent ex principijs reconditis, et obſtruſis fidei, diximus diſput. 1. art. vlt. non eſſe attendendam multitudinem, neque inde argumentum ſumendum, ſed ex ſapientibus: ſapientes in Eccleſia ſunt Patres: Patres ſunt pro ſententia affirmatiua, ergo*, &c. Breuius quam Arpalegus poſuimus argumenti vim, quia ipſe iterum repetit, multiplicatis verbis, Patres eſſe pro ſententia affirmatiua. Sed huius argumenti vis nulla eſt, quia Patres non ſunt pro affirmatiua, vt vidimus, & malè ponit illam maiorem ex Ariſtot. ex qua potius videbatur inferendum, probabilius eſſe quod à pluribus aſſeritur, quod ipſe Arpalegus negat in minori: & quia nimis generaliter ponit doctrinam de probabilitate, neceſſe eſt, illam ſpecialius proponere.

21 Probabilitas ergo duplex eſt, intrinſeca, ſcilicet,

licet, & extrinſeca; illa ratione fulcitur, iſta auctoritati innititur. Vtramque pro negatiua ſententia, potius, quam pro affirmatiua eſſe, nulli dubium eſſe poteſt. Tum quia, vt vidimus, vnicum fundamentum, quod habet affirmatiua, legis vniuerſalis, tot ritè, & rectè adductis explicationibus, diluitur. Ratio illa, quæ etiam vnica eſt, quod Virgo non eguiſſet redemptione, ſi non contraxiſſet peccatum originale, ipſo S. Thoma, eiuſque fideliſſimo diſcipulo Caietano atteſtante, diuellitur, eo quod ſpecialiorem ſic redemptionem tribuamus Chriſto reſpectu Virginis, ſi dicatur à peccato præſeruata. Fundamenta ſententiæ negatiuæ, intrinſeca ex ſacra Scriptura, validiora ſunt, rationes ex articulo iam definito, ex titulo Matris, Sponſæque Redemptoris, alijſque, quæ ab omnibus afferuntur; & non eſt, cur repetamus, maiorem illi probabilitatem intrinſecam tribuunt. Tum ex miraculis, reuelationibus, & tandē ex inſtitutione feſti, circa quam eſt valdè notandū, quod cum Sixtus IV. prohibuerit tanquam erroneas illas duas propoſitiones, quæ ab aliquibus prædicatoribus diuulgabantur, videlicet, *Eccleſiam non celebrare Conceptionem naturalem Virginis; Et hereticum eſſe, aſſerere Virginem fuiſſe ſine peccato conceptam*, circa primam non reliquit aduerſarijs facultatem ſentiendi, ab Eccleſia non celebrari naturalem Conceptionem Virginis, licet circa ſecūdam prohibuerit, etiam aſſertoribus ſententiæ negatiuæ, ne condemnarent tanquam hæreticam affirmatiuam.

22 Probabilitate extrinſeca, quæ, vt diximus

ex

ex auctoritate DD. dimanat, nunc multo maiori gaudet ſententia negatiua, tum quia non ſolũ multitudine, ſed pondere Doctorum, vincit affirmatiuam, cum omnes Vniuerſitates, multa Concilia Prouincialia, omnes Religiones iam à fere 300. annis illam defendant. Et tandem ipſa auctoritate Eccleſiæ prohibentis affirmatiuam publicè diſputari, fulciatur, qua ſtante auctoritate, vt ſupra diximus, præualere non poſſunt aliqua dicta SS. præſertim cum piè, & rectè explicari poſſunt. Nam vt ait S. Thomas 2.2. q. 11. art. 2. ad 3. *Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres noſtros, & coepiſcopos, non niſi ad Petrum, ideſt ad ſui nominis auctoritatem referri debere. Contra cuius auctoritatẽ nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis ſacrorum* Doctorum *ſuam ſententiam defendit. Vnde dicit* Hieronymus *ad Damaſum Papam: Hæc eſt fides, Papa Beatiſſime, quam in Catholica didicimus Eccleſia, in qua ſi minus peritè, aut parum cautè, fortè aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri fidem, & ſedem tenes. Si autem hæc noſtra confeſſio, Apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, non me hæreticum comprobauit*: ergo cum ſententia negatiua auctoritate Summi Pontificis (in quo principaliter tota Eccleſiæ auctoritas reſidet, vt ibidem dicit S. Thomas) Religiones approbantis, indulgentias cõcedentis, feſtum inſtituentis, comprobetur, contra quam nec Auguſtinus, nec Hieronymus, & per conſequens neque D. Thomas, nec Bonauentura ſuum dictum defendunt, redditur probabilior ab extrin-

ſeco ex ſententia Sancti Thomæ.

23 Ex quo ruit probatio Arpalegi num. 3. circa ſecundam partem tituli, ſcilicet, quod ſententia affirmatiua firmiora habeat fundaměta, nam fundamenta, vel ſunt à ratione, vel ab auctoritate, in quæſtionibus autem naturalibus juxta *D. Thomam* ab ipſo citatum 3. p. q. 55. art. 5. fortiùs eſt, quod à principijs naturalibus melius deducitur: in Theologicis quodã principijs fidei: at nos, vt ſupra vidimus diſp. 4. n. 105. ex artic. fidei virginitatis Mariæ in partu recta conſequentia deduximus immunitatẽ Virginis à peccato: vnde non poteſt dici, quod affirmatiua ſententia, ſed negatiua habeat firmiora fundamenta: & per conſequens non ruit, vt vult Arpalegus, ſed ſtabilitur quod dixit Salmeron ad Rom. 4. diſp. 51. ſententiam negatiuam eò eſſe probabiliorem, quia objicit rationum efficaciam, quæ omnium auctoritati præſtare dignoſcitur. Cui addo etiam eſſe probabiliorem, quia omnium ſuprema auctoritate roboratur, & plura Scripturæ teſtimonia in ſenſu literali affert, ideòque non eſt ad rem exemplum Iconoclaſtarum, quod adducit Arpalegus, dicens, *parum profeciſſe in Concilio, licet ſexcenta loca Scripturæ adducerent pro ſe*: quia omnino falſum eſt, eos tot teſtimonia pro ſuo falſo dogmate attuliſſe, ſed Baron. dicit, non obſtaſſe definitioni adorationis ſacrarum Imaginum, quod in Scriptura inueniantur ſexcenta loca prohibentia adorationem ſculptilium.

24 Vbi non poſſum non aduertere primò, hunc errorem à Patribus fuiſſe confutatum ſola recta inter-

ter-

Digitized by Google

terpretatione Scripturæ, quæ cùm negat adoratione͂ Iconum, non cenſetur prohibere adorationem perſonæ per ipſos repræſentatæ, ſi ſancta eſt, ſed opera manuum hominum ſiſtendo ibi: & quidem ex alijs locis ſacræ Scripturæ Sancti Patres probabant, ſic eſſe illa teſtimonia intelligenda, & nos eodem modo ex alijs Scripturæ locis, & legibus, interpretamur in vero ſenſu legem generalem Pauli. Secundò in Concilijs Niceno 1. & 2. veritatem iſtam de adorandis imaginibus, miraculis fuiſſe à Patribus probatam, præſertim miraculo illo duorum Epiſcoporum, qui obierunt in Concilio, & relicto in eorum ſepulchro decreto à Patribus rogantibus, vt illud ſubſcriberent, inuentum eſt ſequenti aurora, ab ipſis Epiſcopis vita functis, ſubſcriptum, vt Nicephorus, & Gregorius, probatæ fidei Auctores teſtantur. Vide iam miraculis fidem confirmari ab Eccleſiæ Patribus, quod negabas ſupra. Denique, vt tu ipſe dicis, illi nulla addebant teſtimonia in ſenſu literali, nos autem pro ſententia negatiua plura Scripturæ teſtimonia in ſenſu literali adducimus, ideòque parum modeſtè, & valdè iniuſtè Arpalegus nos comparat Iconoclaſtis.

SVB ARTIC. III.

An abſque nota, & labe cenſuræ poſſit aſſeri, ſententiam affirmatiuam eſſe magis piam, atque ipſi Chriſto, & Matri eius magis honorificã.

25 SVpponit Arpalegus nu. 1. *pietatem prout virtus moralis eſt, directè, & principaliter*

tendere ad cultum, & honorem exhibendum parentibus. Ita Diuus Thomas 2.2. quaſt. 161. artic. 1. & alibi paſſim. Prout verò donum eſt, prius, & per ſe reſpicere Deũ vt patrem, & conſequenter qua Dei ſunt. ſcilicet Sanctos, ſic D. Thomas 2.2. qua. 121. art. 1. ad 2. & 3.

26 Quo poſito dicit primò, *probabiliter eum, qui defendit ſententiam affirmatiuam eſſe veram, deinde eſſe magis piam, quia ſubijcit proprium iudicium Sanctis Patribus ex magna obſeruantia ad illorum doctrinam, nulli eſſe obnoxium cenſuræ. Probatur, nam vt dicit S. Vincentius Lyrinenſis, Stephanus Pontifex reſpondens Sancto Cypriano circa iterationem baptiſmi hæreticorum, ei reſtitit, etiamſi rationem pietatis obtenderet: Intelligebat enim vir ſanctus, & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi vt omnia, quæ fide à PP. ſuſcepta forent, eadem fide filijs conſignarentur, noſque Religionem, non quò velimus ducere, ſed potius quo illa duceret, ſequi, idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ. Alias etiam non benè componitur pietas erga ſacros Eccleſiæ parentes, qui tot filios per Euangelium genuere, ſed dato ſigno, claſſicoque tumultu perſtrepente in eorum ſententiam coniuremus. Sic dicebat Hilarius contra Conſtantinum, piaculum ducens contra Patres, præcipuè iam demortuos inſurgere, per hæc verba: Antiquos Patres impugnare, eſt bellum inferre mortuis; quibus communicare præcepit Apoſtolus, nunc auctoritate, & fide viuũt, & corpore abſentes, magiſterio non recedunt.*

27 *Nec ſine quærimonia PP. deſerere quis poterit eorum concordem ſententiam; nam vt eleganter depinxit Auguſtinus lib. 1. contra Iulian. cap. 2. Etiam ex ſarcophago vindictam quærunt contra violatores ſuæ doctri-*

næ.

ne. Vnde vt Iulian. vndique conſtringeret Auguſtinus poſt plura relata Sanctorum dicta, ſic ſurdas eius aures obtundit; Introduxi te ſedandum, atque ſanandum, non in alicuius Philoſophi auditorium, ſed in Sanctorum Patrum, pacificum, honorandumque conuentum, ſit operæpretium obſecro te, aſpice illos; quodammodo aſpicientes te, & manſuetè, ac leniter dicentes tibi, ita ne filij Iuliane Manichæi ſumus? ideſt, ita ne ò Religioſi, & Catholici filioli, qui ſic noſtra doctrina in Eccleſia profeciſtis, ita ne, veſtris ſuffragijs, vt hæretica damnanda erit, veſtriſque vrgentibus votis, contra nos definiendum erit? Moueat vos, vel pietas, vel ipſis in buſtis, frigidi, ſacratique cineres, vel mortuis parcite, vel necum Saule quieſcentes oſſium cumulos perturbetis: Rogo quid reſpondebis? Quibus eos oculis intueberis? Quæ tibi argumenta ſuccurrent? Quæ Ariſtotelis cathegoriæ, quibus vt in nos velut artifex diſputator inſilias, videri appetis elimatus? Quæ tuorum argumentorum, vel acies vitrea, vel plumbei pugiones, in eorum conſpectu exeri audebunt? Quæ abs te arma non fugient, nudumque deſtituent? An fortè dicturus es, neminem illorum te in iſto crimine nominaſſe? Et quid facies cum tibi dixerint: Tolerabilius dente maledico, nomina conciderες noſtra, quàm fidem noſtram, cuius meritò in cælo nomina ſcripta ſunt noſtra? Et infra: Conuinceris vndique, luce clariora ſunt teſtimonia tanta ſanctorum, in quorum conuentum te introduxerim, conſpice. Hic eſt Mediolanenſis Ambroſius, &c. Hic eſt Conſtantinopolitanus Ioannes, &c. Hic eſt Baſilius, &c. Hic ſunt & cæteri, quorum te mouere debet tanta conſenſio, &c. Ecce quò te introduxi, conuentus ſanctorum iſtorum non

eſt

Digitized by Google

eſt multitudo popularis, non ſolum filij, ſed & Patres Eccleſia ſunt, ex illorum numero ſunt, de quibus prædictum eſt, pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Sic Auguſtinus Iulianum illum alloquebatur. Ex quibus manifeſtè conſtat, multitudinem popularem, in qua impij, & ſacrilegi ſunt, non eſſe iſtis Eccleſia Proceribus aggregandam. Qui ergo ex filiali obſeruantia erga ſanctos Patres, affirmatiuam ſententiam magis piam dixerit, neſcio cur cenſura ſubijci debeat? Sic Arpalegus.

28 Sic Iulianum illum Auguſtinus alloquebatur, inquit Arpalegus. Sic Arpalegus nos adloquitur, concinnata, ex c. 4. & 7. excerptis verbis, vna periodo, ſicut ſolet, non aduertens verba, quæ intermiſit, ipſum non leuiter coarguere, ita ne Arpalege Iulianiſtæ ſumus? ita modeſtiam colis? ita pietatem oſtendis? Non ne contra Religioſos cœtus, contra Religionum Patriarchas, contra Eccleſiæ Catholicæ Prælatos, vides te hæc verba protuliſſe, quibus eos oculis intueberis, quæ tibi argumenta ſuccurrent, cum tibi obijciant, quod verba Auguſtini ſurripias, vt ſic tuo iudicio, tot Patres ſententiæ negatiuæ aſſertores, quemadmodum ille Iulianum, vndequaque contingere præſumas? Sed integra reddam Sanctorum Patrum Hilarij, & Auguſtini verba, vt quiſque facilè videat, quem illa ſugillent. In primis verba Hilarij, quæ ſuo more, ſuoque modo diſpoſuit Arpalegus, ipſum præſtringunt, & confundunt. Nam cum Hilarius Conſtantinum reprehenderet, quod Sanctorum Patrum teſtimonia, vt pro ſe adduceret, deturparet,

ret, & ſcinderet, ſenſumque violenter inuerteret, illum ſic carpit: *Et ò quantis ad impietatem proficis incrementis! & cæteri quidem mortales, ſemper cum viuis bella geſſerunt, dum homini ad hominem vltra mortem nihil cauſæ eſt; tibi verò inimicitiarum nullus eſt finis. Receptos enim iam in æternam quietem Patres, aceſſis, & in decreta eorum peruerſus irrumpis. Apoſtolus communicare nos Sanctorum memorijs docuit, tu eos damnare coegiſti. Eſt ne aliquis hodie, aut viuus, aut mortuus, cuius tu dicta non recideris?* Hæc Hilarius contra Conſtantium. Eſt ne credibile, quod Arpalegus hæc legerit verba, & Patrum teſtimonia, ipſiuſque Hilarij periodum reſcindens, auſus fuerit Hilarium nobis opponere? Ego quidem nũquam tibi hęc obiecissem verba, niſi tu ipſe eò me duxiſſes, vbi te in fragranti crimine deprehendiſsẽ. Tu contra mortuos inſurgis, tu Patrum teſtimonia reſcindis, tu ipſius Hilarij mentem peruertere conaris. O quantis, ſi liceat dicere, ad impietatem proficis incrementis!

29 Deinde Auguſtini verba ſubijcio, nam cum Iulianus ſacram Scripturam, PP. & rationem pro ſuo dogmate eſſe proclamaret, his verbis: *Cum igitur liquido clareat, hanc ſanam, & veram eſſe ſententiam, quam primo ratio, deinde Scripturarum muniat auctoritas, & quam Sanctorum virorum ſemper celebrauit eruditio, &c.* ſic illum redarguit: *Hæc verba tua quò proficiunt, niſi vt appareat, vel quomodo de hac cauſa ſcire neglexeris Catholicorum ſententias, ſermoneſque Doctorum, vel ſi eos noſſe curaſti, qua fraude coneris circumuenire neſcientes.* Et infra im-

me-

mediatè ad illa verba: *Conuinceris undique luce clariora*, &c. hæc præponit: *Muta iam iſtam mentem, obliuiſcere huius erroris, & propemodum furoris, quo in tot, & tales PP. Manichæum* (nos poſſemus dicere Pelagianum) *iacularis opprobrium. Si neſciens hoc feciſti, cur non miſeram reſpicis imperitiam; ſi ſciens, cur non ſacrilegam deponis audaciam* Et inferius poſt illa verba: *Hic eſt Mediolanenſis Ambroſius*, & ante illa, *Ecce quò te introduxi*, hæc inueniuntur; *Non tibi ſicut calumniaris, ſolum populi murmur opponimus, quamquã & ipſe populus aduerſus vos propterea murmuret, quia non eſt talis quæſtio, quæ poſſit etiã cognitionem fugere popularem, diuites, & pauperes, excelſi, atque infimi, docti, atque indocti, mares, & fœminæ nouerunt, quid cuique ætati in Baptiſmate remittatur*. Hæc Auguſtinus contra Iulianum, iungat qui legit hæc Auguſtini verba cum illis, quæ citat Arpalegus, & videat quem Auguſtinus conſtringat, illum, an nos? & an poſſit Auguſtinus, vel potius ſententiæ negatiuæ aſſertores cum Auguſtino conqueri de Arpalego, ſicut Auguſtinus de Iuliano conqueritur, lib. 2. de nuptijs, quod decurtatas depromeret periodos, & conficeret, vt Auguſtinũ impugnaret, hæc habet citato loco: *Satis igitur admonuerim, ſic ipſum verba mea velut refellenda ſibi proponere voluiſſe, vt alicubi medijs detractis, ſententias interrumpat, alicubi extremis non additis, decurtaret, & cur hoc fecerit, ſufficienter oſtenderim.* Sed ad rem veniamus.

30 Suppoſitione libentiſſimè admiſſa, nullus eſt Eccleſiæ Pater, qui affirmatiuam ſententiam

Digitized by Google

conſtanter teneat: ergo non obſeruat pietatem erga illos, qui eam tenet. Multi ſunt ex antiquis Patribus, qui negatiuam tenent, & nunc omnes: ergo pietatem erga parentes non obſeruat, qui non tenet negatiuam. Patrum Pater eſt Summus Pontifex, & pia Mater Eccleſia, quæ negatiuam in ſuo ſinu fouet, vnde affirmatiuam fugat: ergo non obſeruat pietatem, qui tenet affirmatiuam. Vnde potiori iure poſſemus dicere, quod Stephanus Pontifex reſpondit S. Cypriano, exiſtimatam eſſe pietatem, nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi omnia quæ fide à *PP.* ſuſcepta forent: ideoque reſtitit Cypriano Stephanus; maiorem enim rationē pietatis præſefert obſequium erga Sedem Apoſtolicam, ideoque licet Cyprianus haberet multos PP. pro iteratione Baptiſmi, falſa pietate deceptū docuit Pontifex: ergo ſtante approbatione Sedis Apoſtolicæ pro noſtra ſententia, quamuis Patres nonnulli contrarium docuiſſent, vera pietate duceremur, falſa teneretur Arpalegus. Denique nos non repugnamus cum Sanctis, non impugnamus antiquos Patres, eos catholicè intelligimus, & interpretamur, ex eorundem doctrina. Ipſi ex ſarcophago non vindictam quærentes, ſed veritatem annuntiantes, noſtram ſententiam docuerunt, ſeque ipſos explicarunt, vt Sanctus Thomas Epiſcopo Fātino: ergo non ſeruat pietatem erga Sanctū Thomam, qui deſerit ſententiam negatiuam; vnde iterum poſſemus dicere Arpalego, quod Auguſtinus Iuliano: *His te conſociare præſumis, quorum fidem debelitare conaris.*

Dixi ſecundò, quod ſi aliquis dixerit ſententiam affirmatiuam eſſe magis piam, ex eo quod bene melius ſaluatur maior excellentia Chriſti, per hoc quod ille nec de facto contraxerit, nec potuerit contrahere maculam. Si etiam conſequenter dixerit hac ratione ſe magis piè ſentire, quia huiuſmodi pietas principaliter tendit ad Deum, & conſequenter ad eius Sanctiſſimam Deiparam, profectò ſatis probabile eſt, nulla eſſe inurendam cenſura. Quòd autem ſic melius ſaluet excellentiam Chriſti, docet Diuus Thomas in 3. diſtinct. 3. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunc. 2. ad 3. *Hæc puritas (ſcilicet carendi peccato originali) ſoli homini Deo debebatur, vt ipſe quaſi vnicus humani generis Redemptor, nulla peccati ſeruitute teneretur.* De quibus videantur plura in Diuo Bonauentura, locis ſuperius citatis. Inſuper & Sanct. Bernardus epiſtol. 174. *Nulli donatum eſt (inquit) cum ſanctitate concipi, vni ſanè ſeruaretur ſancti prærogatiua conceptus, qui omnes ſanctificaret, ſolus abſque peccato veniens, purgationem faceret delictorum.* Similiter non æquè benè ſaluat ſententia negatiua, quod SS. PP. Auguſtinus, & Gregorius Magnus dicunt, quod ſcilicet, ſi alij præter Chriſtum concepti ſunt ſine labe, aliqua æqualitas reperiretur inter redemptos, & Redemptorem, quæ maiori dignitati, & excellentiæ Chriſti non nihil derogaret. Hinc Auguſtinus lib. 3. contra duas epiſtol. Pelagianorum, cap. 2. dixit: *Manichæi carnem Chriſti exhonorant, partum Virginis blaſphemando: Pelagiani autem carnem redimendorum carni Redẽptoris æquando, propterea quippe natus eſt Chriſtus, non vtique in carne peccati, quia cæterorum hominum naſcitur caro peccati, Pelagiani verò nullam carnem peccati aſſeuerantes, auferunt carni*

Chriſti propriam dignitatem. Hinc etiam Gregorius lib. 8. moral. cap. 33. ait: Nullus Sanctorum quamuis omnibus virtutibus plenus, æquari ei poteſt, de quo ſcriptum eſt: Quod enim ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei, nos quippe etſi ſancti efficimur, non tamen ſancti naſcimur, quia ipſa naturæ corruptibilis corruptione conſtringimur, vt cum Propheta dicamus, ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Ita Arpal.

32 Huius dicti probatio etiam nulla eſt, & potius ex ipſa probatur oppoſitum, nam in ſententia negatiua maior excellentia attribuitur Chriſto, quàm in affirmatiua, iuxta quam Chriſtus non dicitur Redemptor præſeruatiuus: at iuxta Caietanum: *Specialis modus redimendi, ac ſaluandi à peccato originali, attribuitur Chriſto reſpectu ſuæ matris, ſi dicatur Virgo ex meritis Chriſti præſeruata:* ergo non ſeruat pietatem reſpectu Chriſti ſententia affirmatiua, ſed negatiua, cuius aſſertio in maiorem honorem Chriſti cedit. Deinde in ſententia negatiua ſaluatur doctrina S. Thomæ, multò melius quàm in affirmatiua, nam ſententia negatiua ſemper docet ſoli Chriſto deberi conceptionem ſine peccato, Virgini autem non deberi, ſed ex Chriſti gratia ei eſſe conceſſam: vnde ad ſaluandam doctrinam S. Thomæ, non requiritur ponere peccatum in Virgine, ac proinde melius ſaluat doctrinam S. Thomæ, quàm affirmatiua, quæ vt doctrinam S. Thomæ ſeruet incolumem, impingit peccatum Virgini, melius autẽ ſaluatur aliqua doctrina, quando ſine eo quod alicui attribuatur culpa, ſaluatur.

33 Vnde à fortiori ſententiam, in qua [illegible] inter

Filium, & Matrem; non enim parum inferiorem reddit Filio Matrem, quod Mater ex gratia Filij ſit libera, Chriſtus ex debito vnionis hypoſtaticæ, & filiationis diuinæ; atque adeò verba Gregorij Magni, & Auguſtini non nobis officiunt, ſed proficiũt, quia contra Pelagianos agebant aſſerentes omnes homines ex vi naturæ naſci ſine peccato, & in hoc æquiparabant redemptos cum Redemptore, nos verò cum ipſis SS. PP. Virginem non ex vi naturæ, ſed ex meritis Chriſti à peccato liberam aſſerentes, & iuxta Incognitum non cauſaliter, ſed formaliter, tamen à peccato eximentes, puritatem mediam inter Chriſtum, & alios Sanctos ei adſcribentes; non ſolum non æquiparamus cum Redemptore, ſed excellentiorem redemptionẽ Chriſto tribuimus. Vnde non credo, quod ſine querimonia SS. DD. & PP. dicta contra Manichæos, & Pelagianos nobis obijciat Arpalegus.

34 Tertiò aſſerit hum 3. *eum qui probabiliter dixerit ſententiam affirmatiuam in re eſſe veram, probabiliter etiam dicturum eſſe magis pium ob reuerentiam prærogatiuæ Chriſti denegare Beatæ Mariæ immunitatẽ à peccato originali, & hoc eſſe illi gratius. Probatur, nã vt dicit ipſi Beatæ Mariæ addictiſſimus Bernardus; Libenter hæc Virgo hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari, &c. & iterum Virgo regia falso non eget honore. Tum etiam nam vt dixit Synodius lib. de Concept. cap. 62. Quantum vera laus ornat, tantum falſa caſtigat: ergo qui probabiliter ſentit, eam immunitatem eſſe falſam laudem Beatæ Mariæ, conſequenter dicere tenetur, ſe abſtinere ab huiuſmodi laude, ne falſitate caſtiget obſe-*

quia

quia Beatæ Mariæ, ac per conſequens ſi non eſt cenſurabile primum aſſerere, nec erit cenſurabile ſecundum affirmare.

35 *Tum etiam poſſunt applicari Beatæ Mariæ verba* Gloſſæ *ad* Romanos 15. *ad dicendum, quod ſuppoſita probabilitate ſententiæ affirmatiuæ, probabiliter dici poteſt eſſe gratiorem Beatæ* Mariæ, *ait enim* Gloſſa: Per*horrendum eſt falſum aliquid de Deo dicere, etiamſi ad veritatem eius videatur pertinere, quia non minori, ſed fortaſſis maiori ſcelere laudatur in Deo falſitas, quàm corrumpitur veritas, hac enim ratione dicitur Iob 31. non indiget noſtro mendacio. Pariter Auguſtinus lib. 3. contra duas epiſtolas* Pelagianorum, *cap. 5. reprehendit eos, qui exiſtimabant pietatem aſſerere, quod plures ſãcti immunes omnino fuere à peccatis actualibus; Heretici, inquit,* P*elagiani religionis amatores, & laudatores videntur ſibi eſſe* Sanctorum, *ſi non audeant dicere imperfectæ illos fuiſſe virtutis.*

36 *Nec alienum eſt ab humilitate Mariæ, quæ ancillam ſe domini dixit, dum Mater eligitur, vt notauit Ambroſius, præſumere, quod ipſa libentiſſimè cedit huic honori, dummodo concipi ſine peccato, ſit ſolius filij prærogatiua. Sic enim notauit D. Bonauentura loco citato, per hæc verba: Magis vult honorari, & extolli filium, quam ſe ipſam. Quod ſi de Agripina Neronis parente, narrat Cornelius Tacitus lib. 4. tantum amorem erga filium exercuiſſe, vt ipſa conſulente ſuper Nerone Chaldæos, reſponderunt illi fore vt imperaret, matremque occideret; at illa, occidat, dum imperet. Quid ergo miri ſi ferpentior amor, eximior reuerentia, obſeruantior cultus erga Filium compulerit Mariam: ipſa ſi daretur*

retur optior; libenter ſubiret ſaltem culpam, quæ tantū habere meruit Redemptorem? Quid mirū ſi peccati mortem oppeteret, non quam inferret Filius, ſed quam ſuo ſanguine opprimeret? Nam ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Obtineat Chriſtus imperium puritatis, & Maria libenter ſubibit originalis peccati labem, & mortem. Sic philoſophatur Arpalegus.

37 Hæc aſſertio, eiuſque probationes ſuppoſitionem continent falſam, conſequentiam illegitimam, comparationem indignam. In primis enim male infert, eum qui probabiliter dixerit ſententiã affirmatiuam eſſe in re veram, dicturum etiam probabiliter eſſe magis piam. Componi enim poteſt maior probabilitas cum minore pietate, nec vnum ex alio infertur; etenim cum probabilitas à ratione deſumatur, pietas ab obſequio in parentes, ſtare bene poteſt, quod aliquid ſit probabile, & non ideo ſit pium, & magis probabile, & minus pium. Exemplo ſit: probabilius eſt, vel ſaltem æquè probabile, non teneri filium in extrema neceſſitate cõſtitutum, Patri eadem neceſſitate laboranti, dare illud, ex quo ſequitur propriæ vitæ amiſſio; & tamẽ ſi daret, certum eſt, Filium exerciturum pietatem erga parentem. Deinde magis pium eſt aſſerere, homini in articulo mortis conſtituto abſolutionem eſſe impendendam, ſaltem ſub conditione, licet ſigna non dederit contritionis, & tamẽ non eſt magis probabile, ſed fortè minus, vt latè probat Card. Lugo de pœnitentia, diſp. 17. ſect. 3. ergo non ſequitur ex probabilitate ſententiæ maior pietas.

De-

38 Deinde ad probandam aſſertionem ſuppo-nit falſum, nam ſupponit non poſſe ſtare Chriſti Domini prærogatiuam cum preſeruatione Virginis à peccato, quo poſito certum eſt denegandam eſſe Mariæ immunitatem, ſed ſtante compoſſibilitate vtriuſque dignitatis, de quo ſatis ſupra, nemo poteſt aſſerere, magis pium denegare Mariæ iſtam dignitatem, vnde teſtimonium Bernardi, non probat aſſertum, quia ex honore Virginis, non honoratur peccatum, nec falſum ei honorem tribuimus. Vnde falsò infert, eum, qui probabiliter ſentit immunitatem eſſe falſam laudem, debere ſe abſtinere ab illa, quia poteſt probabiliter adhærere contrariæ ſententiæ, quam ex probabili veritate ſuę ſententię, non poteſt iudicare abſolutè falſam, ſed etiam probabiliter veram. Ex quo communiter Theologi docent in materia Sacramentorum, Auctores probabiliter aſſerentes vnam partem, in praxi teneri ad ſequendam alteram partem, ſi hæc cedit in maiorem Sacramenti reuerentiam: ergo etiam hic licet probabiliter ſentiat affirmatiuam eſſe veram, non ſequitur in praxi debere abſtinere ab huiuſmodi laude, ſed poſſe ſequi contrariam ſententiam, quæ in Virginis maiorem honorem cedit. Quòd confirmatur, nam ex eo quod quis aliquem honorem deferat Conceptioni, non ſequitur iuxta doctrinam Arpalegi, quod ſtet pro ſententia negatiua in materia de Conceptione: ergo ex eo quod teneat affirmatiuam, non ſequitur, quod debeat abſtinere à deferenda tali laude. Antecedens eſt expreſſa doctrina Arpalegi, nam ſupra probabat non ſequi

inicli-

inclinare Summum Pontificem in ſententiam negatiuam ex eo quod puram Conceptionem proſequeretur honoribus, conceſſionis ſcilicet indulgentiarum, approbationis Religionum, &c. ergo ſtare poteſt iudicium probabile de veritate affirmatiuæ, quin inde ſequatur, quod qui ita ſentit, conſequẽter ſe abſtineat ab huiuſmodi laude.

39 Vnde nihil probant verba Gloſſæ, quia loquitur de falſitate nota, & indubitata, & quando nulla eſt probabilitas nõ laudari in Deo falſitatem, ac proinde malè reprehendit nos verbis Auguſtini contra Pelagianos, illi enim, vt ſæpius repetitum eſt, Religionis amatores ſe ſimulabant, & Sanctorum laudatores, quia dicebant Sanctos ſine meritis Chriſti eſſe ſine peccato, & ex vi naturæ, & loquebantur de peccato actuali, vnde ſi comprehendit nos reprehẽſio Auguſtini, qui ex meritis Chriſti Virginem aſſerimus immunem à peccato originali, etiam comprehenderet aſſerentes eam liberã ab actuali: intelligat ergo Arpalegus, nos cum Pelagianis nihil habere commune, cum dicimus ex meritis Chriſti Virginem à peccato liberam, niſi velit Auguſtinum pro nobis reſpondentem, audire, eodem cap. 5. lib. 3. *Abſit vt iſta dicamus, ſed aut non valent intelligere, aut nolunt aduertere, aut calumniandi ſtudio diſſimulant ſe ſcire quod dicimus.*

40 Tandem comparatio nimis horrida eſt, nam licet dubitandum non ſit de Virginis humilitate, magis velle filium honorari, quã ſe ipſam, & quod ipſa libentiſſimè cederet huic honori, ſi non poſſet ſtare cum filij prærogatiua, & non cederet in maiorem

iorem honorem Filij eam præſeruare, tamen neque decenter comparatur Maria Agripinæ, neque Chriſtus Neroni, qui multò magis vult honorari Matrem, quàm ſe ipſum. Et quidem nonne fuit crudelis Nero occidendo Matrem, quamuis ipſa dixerit, *occidat, vt imperet*, cum poſſet imperare ipſa viuente? ergo cum Chriſtus imperium puritatis obtinere poſſit, imò multò magis imperium Redemptoris poſſideat præſeruando Matrem, debuit illam præſeruare, ne poſſet ab aliquo Arpalego, Neroni comparari, cum multò magis de honore matris, quàm de ſuo curauerit, vt inquit Ambroſius in illud Lucæ 2. *Ad Virginem deſponſatam viro*; per hæc verba: *Et benè vtrumque poſuit Scriptura, vt & deſponſata eſſet, & virgo: virgo vt expers virilis conſortij videretur: deſponſata, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur inſigne proferre. Maluit autem Dominus, aliquos de ſuo ortu, quàm de Matris pudore dubitare: ſciebat enim teneram eſſe Virginis, & lubricam famam pudoris, nec putauit ortus ſui fidem, Matris iniurijs adſtruendam*. Quomodo ergo putaret Chriſtus imperij ſui principatum, & Redemptoris titulum, Matris labe, & morte eſſe adſtruendum? Deteſtabilis ergo eſt comparatio Mariæ cum Agripina, & deteſtanda pietas, quæ adſtruit peccatum in Virgine, ex quo ſequitur comparatio Chriſti cum Nerone.

41 Et Quidem valdè mirandum eſt, quoties Arpalegus inculcet hanc prærogatiuam Conceptionis ſine peccato, ita ſolius Chriſti in omni ſenſu

eſſe, vt eius detrahatur honori, ſi Virgini concedatur in ſenſu ſæpius à nobis repetito, hoc eſt ex meritis Filij ſui, huncque honorem falſo attribui Mariæ, ac proindè auferri Filio, quod proprium eius eſt, & attribui Mariæ, quod eius non eſt. Fortè non vidit, hoc eodem argumento vſos hæreticos ad impiè reprobandam verſionem vulgatam, in illud Geneſis, *ipſa conteret*, de qua dixit Furſterus, nihil potuiſſe verti gloriæ Chriſti, & merito paſſionis eius magis contumelioſum, magis idolatricum, & blaſphemum. Quibus optimè reſpondet Martinus Delrio tom. 1. adagialium veteris teſtamenti, adagio 6. his verbis: *Supponunt conſibilantes aſpides, concoaxantes rubetæ, per hanc lectionem* (ipſa conteret) *adimi Chriſto Domino, quod eius erat; Deiparæ verò tribui, quod eius non erat; ſupponunt mendaciſſimum mendacium, quod probare debuerunt, ſed quia non poterant, ne tentarunt quidem. Non ſequitur, Ieſus contriuit, ergo Maria non contriuit: nec illud ſequitur, Maria contriuiſſe affirmatur: ergo Chriſtus contriuiſſe negatur. Etenim ſolus Ieſus, propria virtute, & ſe ipſo: Maria in Ieſu, & per Ieſum, virtute, atque gratia Ieſu contriuit.* Hæc Delrius, quibus nihil ad rem aptius dici potuit. Dum ergo Virgini attribuitur, quod caput ſerpentis contriuerit in Chriſto, & Chriſto per ſe, vnicuique quod ſuum eſt attribuitur, ſi vidiſti, amice, argumentum Furſteri, erubeſce illud proponens, ſi non vidiſti, nunc iam illud abhorre, & è tuis ſcriptis omnino abrade.

42 Tandem ſtatuit num. 4. *eum, qui dixerit ſen-*

ten-

tentiam affirmatiuam eſſe magis honorificam Deiparæ, nulla eſſe notandam cenſura, quia hoc docet expreſſè Bernardus, dicens, glorioſam de Spiritu Sancto concepiſſe, non autem conceptam fuiſſe: & eſſe honori detrahere, non Virginem honorare, dare Matri tantum, quantum proli. Tum etiam quia, Deus coronat Sanctos in miſericordia, & miſerationibus, eos à miſerijs contractis ſubleuando: vnde Iob dicitur à Hieronymo immaculatus, & ſine iuſtitia coronatus, vt miſericordia Dei indigeat. ergo ſimiliter Beatiſſima Virgo pro gemmea corona, pro rutilantiſſimo torque, geſtat Dei miſericordiam, qua ipſam à peccato originali erexit. Sic ille. Hoc multiplicibus verbis inculcat, quod ſuere iam conſtat ex dictis, nulliuſque eſſe probationis, cum abſit à nobis, vt demus Matri quantum proli, & cum Bernardo aſſerimus de Spiritu ſancto concepiſſe, non tamen conceptam fuiſſe: concipi enim ſine peccato, non eſt concipi de Spiritu ſancto: vnde qui his rationibus aſſereret magis piam eſſe ſententiam affirmatiuam, non euaderet cenſuram, ſi aliàs cenſura dignus eſſet.

43 Neminem autem poſſe appellare ſententiam affirmatiuam magis piam, probatur certè argumento, quod ipſe Arpalegus ſoluere tentat num. 5. ſed non ſoluit, nam Expurgatorium, anni 1640 expurgans à Poza propoſitionem dicentem, ſententiam affirmatiuam eſſe, *impiam*, poſuit, *minus piam*; ergo nemo poteſt vocare eam magis piam, ſine contrauentione decreti ſacri Tribunalis. Vnde neſcio qua ratione, audeat Arpalegus, dicere non pertinere ad Inquiſitionis Tribunal, iu-

dicare, an aliqua ſententia ſit dicenda magis pia; poſuiſſeque illud, *minus piam*, quia blanda manu ſemper caſtigat ſacrum Tribunal, & ideò aduertere in proœmio Expurgatorij, quod permittit aliquos titulos honorificos politicos inſcriptos hæreticis, quamuis poſſet eos delere. Sed quorſum hæc, num eſt titulus politicus, aſſerere aliquam ſententiam magis, vel minus piam, non pertinens ad cenſuram officij, vt ſacrum Tribunal permittat ſententiam negatiuam magis piam vocari, & affirmatiuam minus piam, ſicut permittit titulos politicos hæreticis? Abſit, vt hæc dicamus viri Catholici; & ſciat Arpalegus, Patres Prædicatores in libellis ſupplicibus exhibitis Gregorio XV. ſententiam affirmatiuam, ſemper vocare minus piam, vt veritatem à ſuis diſcat, quam à nobis audire non vult.

DIS-

DISPVTATIO VLTIMA.

Quod non expedit in Scholis ventilari de definibilitate proxima ſententię negatiuæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

An expediat hic, & nunc diſcuti proximam definibilitatem, & an hoc facilè permitti debeat.

1 ARpalegus, negatiuè reſpondet, pro quo ſupponit num. 1. 2 & 3. *eam eſſe difficultatem huius materia, & ſubtilitatem neceſſariam ad diſcernendum certum ab incerto, eã ex vtrinque aſſerentibus, & negãtibus pietatem, vel zelum, vel etiã contentionem, vt vix de hac re diſputari poſſit ſine notitia populi, vel ſine periculo erroris in vulgo, vel ſine occaſione clamoroſa iurgij, & pernicioſa rixa inter diſputatores, alijs exiſtimantibus ſe PP. auctoritate muniri, alijs vitam, & ſanguinem offerentibus.* Vtrumque probat verbis Abulenſis, Paradox. 1. cap. 21. ex Paulo V. Bulla, quæ incipit: *Regis pacifici*, & Gregorij

rij

rij XV. in epiſtola ad Margaritam Auſtriæ, & Pij V. in Bulla quæ incipit: *Super ſpeculam*. Et iterum ex Gregorio XV. ex quo deducit cum Poza licere in ſcriptis de hac re diſputare, quia ſcriptio non eſt actus publicus. Iuſtè autem dimanata hæc decreta à Sede Apoſtolica, oſtendit facto Auguſtini, qui de Beata Virgine cum de peccatis agitur, nullam vult habere quæſtionem: ſciebat enim inquit Arpalegus, *quantum ſcandalum generaret huiuſmodi altercatio*. Idē ſenſiſſe Cartuſianum docet, dicens: *De hac re non diſputationibus contentioſis, ſed determinatione Catholica Eccleſiæ eſſe inquirendum.*

2 His poſitis aſſerit num. 4. *nullo modo expedire permittere controuerſiam de proxima definibilitate*. Probat primò, *quia eadem motiua, quæ excitarunt Summos Pontifices ad extirpandam diſputationem illam, an Beata Virgo contraxerit peccatum originale, extant ad extirpandam quæſtionem de definibilitate, vt patet experientia, quia eadem ſcandala experta ſunt in theorematibus Valliſoletanis: ſed vbi eſt eadem ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio: ergo, &c. Confirmatur; quia ex publica diſputatione huius controuerſiæ, difficile eſt, non offendi aſſertores affirmatiuæ, & difficilius, quòd vulgus diſcernat, an hæc quæſtio ſit directè, vel indirectè circa puram Conceptionem; ergo difficile eſt, quòd non inſurgant omnia inconuenientia, quæ animos Pontificum mouerunt ad extirpandam diſputationem directam de Conceptione*. Probat ſecundò num. 5. (ſed eadem ratione meo iudicio) *nam ex huiuſmodi diſputatione plura damna, rixæ, & contentiones pullulant in animis Religioſis, aſtutia dæmonis: ergo nihil eſt quod obſtet huiuſmodi*

modi prohibitioni. Probatur aſſumptum ex Oſſio Legato Sedis Apoſtolica in Concilio Tridentino lib. 4. de hæreſibus, vbi ex Philone lib. 2. legis allegoriarum habet; Quod contentio eſt materia iracundiæ, quod contentioſi facilè mouentur ad iram, cuius proprium eſt facilè falli, & alia huiuſmodi, & ex Nazianzen. lib. 1. Theologiæ per hæc verba: Suo quoque tempore quæritur Gregorius Naziãzenus, cum feruerent maximè diſputationes, tunc refrixiſſe pietatem, hunc autem fructum affert contentio, quod nimium altercando veritas amittitur, nec enim vllum afferri, poteſt maius impedimentum ad veritatem inueſtigandam, quàm ſi ſupra quam ſcriptum eſt, vnus inflectur aduerſus alium.

3 Confirmat: (eadem ratione licet per diuerſa) *nam ſæpius, inquit, hæretici ad publicam concertationẽ Catholicos prouocabant, vt inter ſonantes clamores, & iurgantium tega linguarum confunderetur veritas, & plebis immane monſtrum aduerſus Eccleſiam erigerent, vel armarent. Audiatur Nicephorus lib. 9. hiſt. cap. 2. 2. per hæc verba: Ab Arrianis bellum quodam dialecticum, atque diſputatorium exortum eſt. Et in vicis, congregationibns, cauponis, conuentibuſque adeò omnibus, mulieres quoque, & pueri non aliud ſtudio habuere, quã de dogmatibus diſputare, his videlicet Arrÿ opinioni veluti honeſta, & bona addictis, ÿs decreta magis Nicena complectentibus, vnde rixæ, æmulationes, & inimicitia exorta. Non diſſimilem pugnam, non ſine damno noſtro audiuimus, dum diſputationis huius feruor Valliſoleti graſſaretur. Et niſi alia concordia media ſuccurriſſent, maior belli, & perſecutionis apparatus imminebat. Ad pleniorem horum confirmationem videatur Paramo,* lib.

lib. 1. hæreſi 35. libetque in medium adducere, quæ tradit Socrates lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 10. videnda etiam in Caniſio in dedicatione tomi de doctrina chriſtiana, & apud Oſſium lib. de traditionibus humanis, & in Vualdenſi de traditione fidei. Refertque, Quod Theodoſius vt motus in cauſa Religionis tranquillaret, animorumque diſſidia ab Eccleſia remoueret, optatamque pacē reſtitueret, congregata Synodo, Nectarium Epiſcopū acerſit, conſiliumque ab ea poſtulat, quo ſedatis procellis, ad optatum pacis portum peruenire liceret, ſibique videri, non niſi excuſſis quæſtionibus, quæ illis motibus cauſam dediſſent. Quo audito Nectarius primum cum Agelio, poſtea cum Siſinio communicat. Siſinius in negotijs dexter, reſpiciens diſputationes nihil profuturas, hoc Nectario dat conſilium; vt omni opere contendat, & elaboret, ne diſputare ſit neceſſe, ſed priſcorum tantum interpretationes in medium adducantur: quibus prolatis quærat ex hæreſiarchis Imperator, quo loco, quoue numero DD. illos habeant, quorum nomina apud Chriſtianos in toto orbe cum primis celebria fuerunt: quod ſi tāquam alienos reiecerint, audeant eos anathematizare, ſin autem priſcos Auctores reciperent, ex illis aperte conuictos eſſe maniſ ſtum fiat.

3 His probationibus adhibitis concludit nu. 6. articulum Arpalegus, dicens, *libera voce, & aperta, quia ſentiat ad ſupremum Inquiſitionis Tribunal, ad ſacram Petri ſedem proclamans, liceat non meum, ſed inuictiſſimum Siſinij conſilium proponere momenta in hac diſputatione de proxima definibilitate, non ex clamoroſis diſſidijs, non ex tumultu ſtrepitante plebis pendenda. Congreget Supremus Eccleſiæ Dynaſta viros doctiſſimos,*

San-

Sanctorum Patrum priſcorumque codices in mediũ procedant, quæ illi damnauerint, proſcindant, quibus fauerint liceat ſaltim in ſuo ſe ſilentio continere, & ab ingruẽti tot fluctuum tempeſtate, ſaltim in abditiſſimo ſuæ patientiæ receſſu quieſcere, & ſilere permittantur, & abſortis gemitibus eiulare cum Iob. cap. 3. dicente: Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem, cum Regibus*, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines. Ibi impij ceſſauerunt à tumultu, & ibi requieuerũt feſſi robore, & quondam vincti pariter ſine moleſtia, non audierunt vocem exactoris. Non ne diſſimulaui, non ne ſilui, non ne quieui, & venit ſuper me indignatio.*

5 Hæc omnia Arpalegus, qui vtinam ſileret, & quieſceret, vt non veniret ſuper eum indignatio: quomodo enim poterit non indignari Summus Pontifex, videns tam audacter contra indictum ſilentiũ, contra aſſertores ſententiæ negatiuæ, quaſi ipſi bellum dialecticum, & diſputatorium contra Catholicos affirmatiuæ defenſores, vti Arriani mouerint, & conuocandi ſint vt priſcorum PP. doctrina conuincantur, ſicut hæreſiarchę tempore Theodoſij. Sed ad rem veniamus: in primis præſtat aduertere, Arpalegum more ſuo truncatè citare Abulenſem, nam cum Abulenſis vtriuſque partis aſſertores ſugillet, quod non ex veritatis affectu, neque ex maiori erga Virginem deuotione, antiquata habeant litigia, ipſe ſolum tranſcripſit, tranſpoſitè etiam vt ſolet, verba contra aſſertores ſententiæ negatiuæ. Deinde ex mente Abulenſis facilè eſt Arpalegum impugnare, nam ipſe dicit, hanc quæſtionem non eſſe per definitionem terminandam; tum etiam tutius, &

Digitized by Google

magis pium eſſe, adhærere ſententiæ affirmatiuæ.
vtrumque improbat Abulenſis, citato Paradoxon.
cap.21. Primum per hæc verba: *Circa quod Conuentus Fratrum Minorum, & Prædicatorum antiqua habēt litigia, & penè cum ipſis ſuis Ordinibus antiquata, quod fiet procul dubio immortale, niſi interueniat decretum, aut ſententia ſuperioris, qui habens pleniſſimam poteſtatem, ſuper hoc ſuam interponat auctoritatem*. Secundum ſic: *Et quia in rebus dubijs quod tutius, & fauorabilius eſt eligendum; & cum tutius ſit, atque fauorabilius, & ſine præiudicio alicuius veritatis cognitæ, aut apparentis, Dominam noſtram prorſus ab omni originali labe fuiſſe immunem, quam eam originali contagione aſſerere fuiſſe pollutam: rectè eligere debemus aſſerere eam ſine originali peccato fuiſſe conceptam*. Quod attinet ad Summos Pontifices, iam diximus ſupra, decreta Pontificia ſoli ſententiæ affirmatiuæ impoſuiſſe ſilentium, quia ex illa ſcandala ſuboriebantur, vnde ex illis nihil contra negatiuam deduci poteſt. Denique, quod adducit ex Auguſtino, Arpalegum expugnat. Primò, quia ipſe ſupra nolebat Auguſtinum ibi agere de peccato originali. Secundò, quia Auguſtinus non negat quæſtionem propter ſcandalum, quod indè dimanat, ſed quia non vult dari locum, vt dubitetur de Virginis puritate: vnde iterum, atque iterum deprehenditur Arpalegus, malè citaſſe Auguſtinum.

6 Nunc concedamus omnia quæ ſupponit, vt ſuo ipſius gladio confodiatur. Eædem rationes, eademque motiua, quæ mouerunt animum Pontificū ad prohibendam diſputationem de Conceptione,

extant

Digitized by Google

extant per te, ad expellendam, & exulandam à publicis diſputationibus quæſtionem de definibilitate; ergo idem quod factum eſt in quæſtione de Cõceptione, faciendum eſt in quæſtione de definibilitate. Nunc ſic: in quæſtione de Conceptione, ſolum eſt ſilentium indictum aſſertoribus partis affirmatiuæ, ampla relicta facultate patronis negatiuæ, eam in publicis theorematibus defendendi, in concionibus prædicandi, in ſcriptis, & tractatibus pręlo mandandi; ergo idem faciendum eſt in quæſtione de definibilitate. Sileant qui definibilitati ſe opponunt; rixæ, iurgia, & contentiones non ex aſſertione definibilitatis, ſed ex negatione conſurgunt, ſicut non ex negatione peccati originalis in Virgine, ſed ex eius affirmatione ſuboriebantur. Vnde ſententia affirmans definibilitatem, & negans contractionem peccati, non eſt rea, ſcandala enim, vt Summi Pontifices in ſuis diplomatibus ſæpius declarant, ex aſſertione affirmatiuę initium, incrementumque ſumpſere:

7 Porro Siſinij conſilium, non veterum diſcordiarum terminum, ſed nouarum diſſenſionum ſeminarium fuiſſe, ipſe dum proſequitur hiſtoriam, cap. citato teſtatur Socrates: *Nam cum acceptum per Nectarium Siſinij conſilium prudenter tractare cœptat, Imperator conuocatis vtriuſque partis Epiſcopis, primùm ab eis quærit, an DD. qui ante Eccleſiæ diuiſionem fuerũt, ducant rationem? Quibus reſpondentibus, ſe eos in permagno honore tanquam magiſtros habere, iterum interrogat, an illorum vti fidelium doctrinæ Chriſtianæ teſtium veſtigijs insiſtant? Quo audito ſinguli in ſingu-*

las diſtrahebantur ſententias, & diuerſa erat cuiuſque de veterum libris opinio; menſque inter eos ita diſcrepās, vt non ſolum variarum ſectarum varia fuerit opinio, ſed qui eandem ſententiam ſequebantur, inter ſe ipſos diſſentirent. Quæ cauſa fuit, vt Imperator ad aliud conſilium confugiens præciperet, vt ad præſtitutum diem, ſinguli fidei, quam tenebant declarationem, literis redderent. Quorum ſcriptis ſignata die ab Imperatore acceptis, & in ſecreto cubiculo, quo ſe contulit, perlectis, Trinitatis vnitatem dirimentes, damnat, & lacerat: conſubſtantialitatis aſſertores laudat, & approbat. Quo ſeditio pro tūc pacata eſt. Vnde apertè colligitur Siſinij conſilium non ita ſucceſſiſſe è ſententia, vt potuerit Arpalegus illud tanquam inuictiſſimum, proclamatione ſua Summo Pontifici proponere. Proferantur tamen, ſi Sanctiſſimo placuerit, priſcorum PP. codices, quorum auctoritatem in permagno habemus honore, & quorum veſtigijs fidentiſſimo animo inhæremus, & dicamus cum Paulo: *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant*, & cum neceſſe ſit, vt ſcandala veniant, dicatur, *væ illis, quorum cauſa accidit, quod contingere neceſſe eſt*: idque ſine clamoroſis vocibus, ſed ſupplici humiliatione à ſupremo Dinaſta enixe petamus.

8 Interim Arpalegum rogamus, vt ab his ſacræ Scripturæ accommodationibus, & contextis, intermiſſis verſibus, periodis, abſtineat, facilè enim poſſemus ſimilia componere, obijcere, & vt videat non ex proprio captu, ſicut ipſe, ſed verbis Iob ab Eccleſia Matre contextis, poſſe nos illi reſpondere, audiat ipſam ex Iob, vel Iob in ipſa: *Quare detraxiſtis*

ſtis ſermonibus veritatis, ad increpandum verba componitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum (ego dicerem dominam veſtram) *verumtamen, quæ cogitatis explete. Quod iuſtum eſt, iudicate, & non inuenietis in lingua mea* (neque in domina noſtra) *iniquitatem.* Poſſemus, inquam, hæc, & ſimilia dicere, ſed mallẽ ab his omnibus abſtinere, quæ facilè vnuſquiſque pro ſuo captu poteſt ſuæ ſententiæ, quam veram putat, accommodare: vnde Auguſtinus etiam Iuliano, ipſum contumelijs impetenti hoc dedit conſilium, poſtquam enim ipſum verbis ſacræ Scripturæ impugnat, hæc aurea, & pia verba ſubdit, lib. 6. cap. 1. *Sed hæc pro tuo dogmate, quod veritatem putas, etiam tu potes dicere, auferamus itaque de medio, ſi placet, iſta communia, quæ dici ex vtraque parte poſſunt, quamuis ex vtraque parte veraciter dici non poſſunt.* Ex qua autem parte in noſtra diſputatione dici veraciter poſſint, iudicet nunc ſupremus Eccleſiæ Paſtor, iudicabit in fine ſæculi ſupremus omniũ Iudex.

ARTICVLVS II.

An publicè aſſerentes ſententiam negatiuam eſſe vltimo diſpoſitam ad definitionem, decretis Pontificum contraueniant.

9 SVpponit 1. Arpalegus cum Paramo, libr. de origine Inquiſitionis 3. quæ. 3. axiomate 36. *Etſi aliqua reprehendi quandoque poſſint, non tamen ab ijs, qui ſunt ſine poteſtate, neque ad hoc conſtituti: nec enim Iudas, cum eſſet reprehendendus ob loculos,*

culos, alium habuit cenſorem quàm Christum. Vnde etiã iuxta decreta Pontificia, ſcilicet Sixti IV. Pij V. Alexandri VI. Pauli V. & Gregorij XV. & aliorum, nemo poteſt reprehendere ſententiam affirmatiuam circa Conceptionem Beatæ Mariæ, quia hanc poteſtatem ſibi reſeruarunt Pontifices, vſque ad tempus, quo ipſi velint declarare, an vtra ex his ſententijs ſit definibilis, vel definiẽda. Inſuper nouiſſimè Vrbanus VIII. generatim prohibuit, ne vnus auctor alium in qualibet materia cenſuraret. Vbi abſque dubio prohibuit, non quidem cenſurare iuridicè per modum ſententiæ definitiuæ, ſed tantũ probabiliter, quia omnes Auctores cenſurantes, optimè ſciebant, ſe non poſſe cenſurare iuridicè, ſed tantum probabiliter, quod facere poteſt aliquis doctus, uel plures, ſi ſimul conueniant.

10 Statuit ſecundò num. 2. *quod cenſurare, uel fiat formaliter, uel æquiualenter, aut uirtualiter: formaliter fit, dicendo: Hæc propoſitio eſt temeraria, ſcandaloſa, piarum aurium offenſiua, eſt hæretica, uel ſapit hæreſim, eſt erronea, uel proxima errori: æquiualenter, uel uirtualiter, dicendo: eſt damnata ab Eccleſia, non poteſt excuſari, eſt contra ſacram Scripturam, eſt contra omnes Theologos, &c.* Supponit tertiò, *quod illa propoſitio, quæ in publicis theorematibus Valliſoleti, totius diſſidij, de quo agimus, anſam præbuit, non cenſurat expreſsè ſententiam affirmatiuam, quia non dicit eam eſſe hæreticam, uel erroneam formaliter, ſed tantum dicit, aſſertione 5. quòd myſterium iſtud Conceptionis digniſſimæ* Dei *Matris in gratia, iam eſt ultimo diſpoſitum, proximeque quoad piam partem definibile.* De quo inquirit Arpalegus, *an ſaltem æquiualenter contineat cenſuram,*

& an

& an hoc ſufficiat, ut querimonia præſentari poſſet coram Summo Pontifice de violatis decretis Apoſtolicis.

11 Tandem permittit num. 3. *Summos Pontifices non ſolum interdixiſſe ſub grauibus pœnis cenſurare ſententiam aſſirmatiuam, ſed etiam voluiſſe omnes præ oculis habere, quod ſua Sanctitas non intendit alteram partem (ſcilicet aſſirmatiuam) reprobare, neque illi aliquod præiudicium inferre, eamque relinquere in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperitur: quod poſt alios Pontifices expreſſit Gregorius XV. indulto quodam edito, die 24. Maij, anno 1622.*

12 Num. 4. prima aſſertio Arpalegi eſt in hunc modum: *Theorema illud quintum publicarum diſputationum, non relinquit ſententiam affirmatiuam in eodem ſtatu, & terminis, quos habebat antiquitus: ergo ex hac parte non conformatur decretis Pontificijs. Probatur antecedens, nam antiquitus non habuit ſtatum, vt proximè damnaretur, ſi quidem eam nullo modo reprobabant Põtifices: ergo qui definit, & defendit eſſe proximè damnabilem, vel oppoſitum eſſe proximè definibile, non relinquit in eodem ſtatu, in quo voluerunt eam eſſe Summi Pontifices. Confirmat hac præmiſſa aduertentia. Quod expurgatorium nouiſſimum expurgauit in Peza, id quod dixit lib. 4. Elucidarij, tract. 1. cap. 4. fol. 836. col. 1. quod ſcilicet, decurſu temporis fide es ſententiam affirmatiuam, vt temerariam, & erroneam declarabunt. Sed plus dicit illud 5. theorema: nam idem eſt dicere eſſe ſententiam negatiuam vltimo diſpoſitam ad definitionem, ac dicere, quod eſt vltimo diſpoſita, vt ſit de fide, & quod nõ poteſt Summus Pontifex non declarare eam eſſe de fide: ergo eſt dicere, quod ſententia affirmatiua non ſolum erronea*

ronea declarabitur, ſed etiam hæretica; ſed vbi eſt eadem ratio, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio; ergo, &c. Hæc omnia Arpalegus.

13 Suppoſitionibus admiſſis, licet non nihil contineant ad hominem contra Arpalegum, vt conſtabit ex dicendis; in primis adnoto dolum aliquẽ impoſitione aſſertionis. Pontifices enim ſemper dicunt, relinquere ſententiam affirmatiuam in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, quando decreta promulgantur, non verò in quibus reperiebatur antiquitus, quod & ipſe Arpalegus ſupponit nu. 21. & cum illa præcautione, præterquam quoad diſpoſita in dictis decretis. Arpalegus verò aſſerit, Pontifices relinquere eam in eo ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur antiquitus, quod, vt per ſe patet, eſt valdè diuerſum, & arguit ſophiſticam induſtriam terminorum mutatio. Nam ex quo Pontifices relinquunt ſentẽtiam affirmatiuam in eo ſtatu, in quo reperitur, quando decreta promulgãtur, non rectè, ſed ſophiſticè arguitur: ſed antiquitus nõ erat proximè damnabilis; ergo nunc non eſt proximè definibilis. Similiter poſſet argui: ſed antiquitus non erat impoſitum ſilentium: ergo neque nunc ſilentio conſtringitur. Melius ergo, pro nobis conficitur argumentum: Pontifices relinquunt ſententiam affirmatiuam in eo ſtatu, quem habet, quando promulgantur decreta, non verò quem habebat antiquitus: ergo qui aſſerat eam eſſe nunc in diuerſo ſtatu, ac erat antiquitus, non diſſonat, ſed conſonat decretis Pontificum. Confirmo. Pontifices sẽper addunt, *præterquam quoad diſpoſita*: ergo diſpo-

nunt aliquod per quod ſententia affirmatiuap onitur in alio ſtatu, ac erat antiquitus, aliàs ſuperuacanea eſſet illa exceptio: ergo qui aſſerit,eam eſſe in diuerſo ſtatu, Pontificia decreta non frangit, ſed obſeruat.

14 Deindè aſſertio, eiuſque probatio falſæ cōuincuntur ex doctrina ipſiuſmet Arpalegi. Nam ex eo ipſe exiſtimat,euaſiſſe pœnas impoſitas aſſerentibus, vel prælo mandantibus ſententiam affirmatiuā, quia nondum emanauit expreſſum decretum vetās agi de proxima definibilitate. Quod probat etiam dicens, eandem propoſitionem ſub vna diſpoſitione præmiſſarum vitioſè poſſe deduci, ſub alia legitimè, ſub vna ratione formali pertinere ad vnam ſcientiam, ſub alia ad diuerſam: ex quo infert, quod licet in diſputatione de definibilitate neceſſariò inferenda ſint omnia fundamenta pro ſententia affirmatiua, non inde ſequi, ſe tranſgredi, & frangere ſilentium à Pontificibus impoſitum. Quod confirmat exemplo, quia ferè eædem rationes, quæ ſub ratione auxiliorum Dei, prælo mandari abſque nota Pontificiæ inobedientiæ nequeunt, licere eas in medium adducere ſub nomine, & ratione efficacis prædefinitionis diuinæ. Vnde infert ſibi licitum eaſdem rationes, quæ ſub ratione Conceptionis Virginis in peccato, adduci non poſſent, abſque nota confracti ſilentij, adducere ſub ratione non definibilitatis. Nunc ſic ad hominem: vbi eſt eadem ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio: ſed Pōtificia decreta non prohibent loqui de definibilitate: ergo qui aſſerit illam, non contrauenit Pontificijs decretis.

Vrgeo: Arpalegus loquens de definibilitate, relinquit ſilentium in eiſdem terminis, & vigore, in quo erat, antequam ipſe loqueretur: ergo qui aſſerit eſſe definibilem ſententiam negatiuam, relinquit affirmatiuam, & Pontificia decreta circa illam in eodem ſtatu, & terminis, in quibus erat. Probo conſequentiam: ideo Arpalegus non frangit ſilentium, quia non eſt impoſitum quoad definibilitatem, ſed quoad affirmationem Conceptionis in peccato tantum; ſed Pontificia decreta per te non prohibent loqui de proxima definibilitate: ergo qui illam adſtruit, non ponit ſententiam affirmatiuam in diuerſo ſtatu, ac antea erat: quia eadem propoſitio ſub vna diſpoſitione præmiſſarum poteſt vitiosè deduci, & eſſe contra decreta, & ſub alia non. Vel ergo frangis ſilentium, vel nos decreta non frangimus. Quidquid ſit de expurgatione Pozæ, illud enim expurgatum fuit, vel quia immediatè impugnabat ſentētiam affirmatiuam, vel quia abſolutè dicebat, eam eſſe à Fidelibus declarandam quaſi vaticinando, ait enim: *Quod fideles decurſu temporis eam vt temererã declarabunt*. Expurgatorium verò expunxit illud; *declarabunt*, & poſuit, *declarare poterunt*. Nos verò licet ſperemus eſſe definiendam, non tamen dicimus, definietur, vel declarabitur, ſed eſſe definibilem, quod eſt idem, ac poſſe definiri: ſicut ergo illud poterit, vel poterunt declarare, non diſſonat decretis Pontificum, id adprobante Sacro Tribunali, ſic non diſſonat, poteſt definiri, vel eſt definibilis.

15 Secunda aſſertio Arpalegi eſt, num. 5. *ſufficit*

cit in hac materia cenſura æquiualens, & virtualis, vt contra Pontificum decreta procedatur. Probatur, nam ex eo Doctor Valle de Moure doctus Luſitanus, lib. de incantationibus, & enſalmis, ſect. 2. cap. 3. num. 26. dicit, concionatores ſcrupuloſè excuſari poſſe à pœnis inductis à Summis Pontificibus contra cenſurantes ſententiam, ſi ſuam ſententiam prædicando deduxerint à locis ſacræ Scripturæ, intelligendo illa literaliter in ſua ſententia, quia hoc eſt æquiualenter dicere, ſuam ſententiam eſſe de fide, & contrariam eſſe hæreticam; ſed idem eſt dicere, ſententiam negatiuam eſſe proximam, vt ſit de fide, ac dicere æquiualenter, quod oppoſita eſt proxima hæreſi: ergo, &c. Tum etiam, nam in nouo Expurgatorio expũgitur in Poza, quod dixerit lib. 4. cap. 7. propria, & abſoluta canonizatione decreta eſſe quoad ſanctitatem, & veritatem illius ex vi decreti Gregorij XV. & rationem reddit ibidem ipſum expurgatorium, quia, inquit, continet virtualem cenſuram; ergo cenſuit ſacrum Inquiſitionis Tribunal contraueniri decretis Pontificijs per virtualem tantummodo cenſuram ſententiæ affirmatiuæ.

16 Hoc aſſertum eiuſdem ferè rationis eſt, & momenti, vndè facilè impugnatur ex dictis, nam decretis Pontificijs, quidquid dicat Vallis de Moure, non contrauenitur ex eo, quod ſententia negatiua ex locis Scripturæ literaliter intellectis probetur, aliàs etiam tenerentur ſilentio aſſertores ſententiæ negatiuæ, ſicut affirmatiuæ, quod eſt falſiſſimum, nam aſſertoribus ſententiæ negatiuæ ſolum eſt prohibitum, ſententiam affirmatiuam per ſe, & directè impugnare, & cenſurare, non verò ſententiam negatiuam aſſerere publicè, confirmare, &

 ſcrip-

Digitized by Google

ſcripturis comprobare, aliàs non permitteret libros de hac materia editos. Quod roboratur ex confirmatione Arpalegi, nam in Poza ſolum eſt expurgatum, quod ipſe aſſerit, non verò probationes ex ſacra Scriptura. Quod ſi ex vnius expurgatione ſequitur illud aſſeri non poſſe, quia eſt virtualis cenſura, ex alterius non expurgatione, & approbatione ſequitur aſſeri poſſe; & non eſſe virtualem cenſuram, aliàs expunctum fuiſſet.

17 Tertia aſſertio Arpalegi eſt n. 6 illud 5. *Theorema, de quo eſt præſens diſsidium, virtualiter, & æquiualenter cenſurat ſententiam affirmatiuam. Probatur, tū quia, vt ſupra probabam, eſt æquiualenter dicere eſſe proximam hęreſi. Tum quia ęquiualenter dicit eſſe periculoſam in fide. Nam ſi medicus diceret, hic ægrotus habet vltimam diſpoſitionem ad formam cadauericam, ęquiualenter diceret, & omnes inde expreſſe intelligerent, vitam illius eſſe ineuitabiliter in ſummo diſcrimine, & periculo: ergo qui dicit, ſententiam negatiuam eſſe proximè diffinibilem, & habere vltimam diſpoſitionem, vt ſit de fide, æquiualenter dicit, eſſe in ſummo diſcrimine, & non eſſe tutam, ſed ſumme periculoſam. Quis enim non periculoſe ſentiat, quod dicitur eſſe cum vltima diſpoſitione, vt damnetur de hęreſi? ergo magnam iacturam habet in animo audientium ſententia affirmatiua: ergo non relinquitur in ſtatu, & terminis, quos antea habebat, contra voluntatem Pontificum. ergo ſicut ille, qui diceret, litem eſſe in vltima diſpoſitione, vt Petrus, verbi gratia, pro latrocinio damnaretur, & infamaretur, teneretur ad reſtitutionem honoris, cuius magnam iacturam intulerat in animis audientium, ita in re tanto maioris momenti tenebun-*

mebuntur reſtituere honorem omnibus ſentientibus affirmatiuè, quia dicunt eos eſſe in proximo ſtatu, damnentur de hæreſi, qua, an maior infamia reperiri poſſit, & enormior iactura, à ÿ iudicent.

18 *Deinde nam vt eruditiſſimè docet Mag. Lorca 2. 2. quaſt. 11. diſput. 40. num. 7. Propoſitio erronea eſt, quæ directè quidem doctrinæ fidei aduerſatur, ſed non manifeſte, & notoriè, vt in hoc differat error ad hæreſi; & huiuſmodi ſunt propoſitiones, de quibus in Eccleſia dubitatum eſt, & poſtea diffinitæ ſunt. Non enim potuerunt eſſe hæreſes poſt diffinitionem, niſi priùs fuiſſent errores, & talis eſt vna, aut altera pars diſputantium de efficacia diuinæ gratiæ. Cum ergo in re vna ex oppoſitis ſententÿs circa Conceptionem ſit erronea, & poſtea ſit futura hæretica, quando Sixtus IV. & alÿ prohibuerunt, vt neutra ex his cenſuraretur tanquam erronea, ſolum prohibuerunt, ne diceretur altera proximè diffinibilis. Nā iuxta Lorcam, tunc ſcitur, aliquam propoſitionem eſſe hæreticam, quando ſcitur, quod ſit diffinita, tunc autem ſcitur, quod ſit erronea, quandò ſcitur quod oppoſita eſt vltimo diſpoſita ad diffinitionem, & per conſequens, quod ipſa eſt vltimo diſpoſita ad condemnationem.* Sic Arpalegus.

19 Hæc aſſertio ſimilis alijs falſitate, eadem facilitate diluitur. Errat enim Arpalegus in hoc, quod aſſerere negatiuam ſententiam eſſe proximè diffinibilem, vult eſſe æquiualenter cenſurare ſententiam affirmatiuam, quod eſt falſum: nam cenſura æquiualens non eſt, quæ per conſequentiam mediatam deducitur ex aliqua propoſitione contra aliam, ſed quæ immediatè de aliqua propoſitione affirmat, vel

negat;

Digitized by Google

negat; eſt enim quæ virtualiter continet formalem, non quæ virtualiter continet virtualem, vt patet in exemplis ſupra datis ab ipſo Arpalego, verbi gratia, ſi diceretur, ſententia affirmatiua eſt damnata ab Eccleſia, vel non poteſt excuſari, vel eſt contra ſacram Scripturam, &c. At verò theorema illud, & Doctores aſſerentes negatiuam eſſe proximè diffinibilem, non tangunt immediate ſententiam affirmatiuam, nec dicunt aliquid, in quo virtualiter continetur, cenſura formalis; & ratio, eſt, quia quod intendit illa propoſitio, aſſerens eſſe proximè diffinibilem, eſt opponere ſe diffinibilitati affirmatiuæ, vnde propoſitio immediatè oppoſita illi, eſt affirmatiuam non eſſe diffinibilem, quod etiam formaliter aſſertum non continet cenſuram, aliàs totus Arpalegi libellus cenſuraret ſententiam negatiuam.

20 Itaque propoſitio aſſerens ſentẽtiam negatiuam eſſe proximè diffinibilem, nullam infert cenſuram virtualem, quia ſolum eſt mera aſſertio vnius partis, de qua eſt controuerſia, quidquid ſit de conſequentijs, quæ ex illa poſſunt, inferri, poſito enim quod dubitatur, an aliquid ſit diffinibile, non poteſt alijs verbis explicari ſententia affirmans diffinibilitatem. Vnde ſicut in quæſtionibus, in quibus dubitatur, an aliquid ſit de fide, verbi gratia, an ſit de fide, Sanctiſsimum Dominum noſtrum Innocentiũ eſſe Summum Pontificem: an ſit de fide, omnes homines eſſe morituros: an ſit de fide, ſanctos canonizatos eſſe in cœlo, pars affirmans eſſe de fide, non cenſetur cenſurare partem negantem, neque contrauenire decreto Vrbani Octaui prohibẽtis in om-

ni materia vnam partem, aliam cenſurare, quia non poteſt alijs verbis proferre ſuum iudicium, & in aſſertione affirmatiua, quòd ſit de fide, neceſſariò imbibitur, quod oppoſita ſit contra fidem, vel legitima conſequentia vnum ex alio infertur: ſimiliter ſuppoſita dubitatione, an aliquid ſit proximè diffinibile, tenentes partem affirmatiuam, ſolum intendunt oppoſitam, non eſſe diffinibilem, licet per conſequentiam deducatur, quidquid velit Arpalegus. Quod ſi, vt vult Arpalegus, Aſſerere negatiuam eſſe proximè diffinibilem, contineret cenſuram, quia ex hoc ſequitur, quod contraria ſit proxima vt damnetur, nulla eſſet propoſitio, quæ contrariam non cenſuraret, & per conſequens contraueniret decreto Vrbani VIII. Nam in qualibet materia dicere vnam partem eſſe veram, eſt alteram eſſe falſam: dicere eſſe falſam, eſt dicere non poſſe diffiniri, & poſſe damnari: dicere de aliqua, poſſe damnari, eſt dicere eſſe damnabilem, hæc eſt cenſura: ergo à primo ad vltimum, per conſequentias quælibet propoſitio, quæ aſſerit eſſe aliquid verum, cenſurat oppoſitum, quod quis non videat, quam ſit falſum.

21 Ex quibus eodem modo probatur, non dicere eſſe periculoſam in fide: vbi aduerto propoſitionem periculoſam in fide, non eſſe illam, quę eſt in periculo, vt per diffinitionem ſubſequentem reddatur hæretica, nam ſicut ſupra vidimus, ſine vlla cenſuræ nota, neque periculo in fide, vſque ad diffinitionem tenuere SS. PP. & DD. aliquas doctrinas, poſtea damnatas: ſed dicitur periculoſa in fide;

quan-

quando continet doctrinam, ex qua eſt periculum incidendi in errorem contra aliquam veritatem ex diffinitis. Et ſic exemplum Medici non eſt ad rem, quia dato quod idem ſit dicere, eſt in periculo, vt diffiniatur: ac eſt in periculo vt moriatur, non ſequitur illam eſſe cenſuram, quia non eſt dicere, eſſe periculoſam in fide. Ex quo etiam ruit exemplum adductum de conſtituto in carcere cum vltima diſpoſitione, vt pro latrocinio damnetur, quia qui hoc diceret, ſi exiſtimaret dicere verum, nulli eſſet reſtitutioni obnoxius, præſertim cum eſſet res publica, & deducta ad iudicium, & ſimiliter eſt in noſtro caſu, publicum enim eſt, quod aſſerimus de ſententia affirmatiua, & negatiua in materia diffinibilitatis, aliàs multo maiori obligatione reſtitutionis tenerẽtur aſſertores ſententiæ affirmatiuæ reſpectu Virginis, quàm nos reſpectu ſententiæ affirmatiuę, nam maioris momenti infamia eſt, incurriſſe peccatum, quàm eſſe in periculo dãnationis, & fortè ſine culpa: at aſſertores ſententiæ affirmatiuæ, Virginem Matrem, cuius honor tantus eſt, & honorabilis fama, de culpa contracta infamant: ergo poſſemus nos dicere, ſententiam affirmatiuam eſſe proximam damnationi ſine periculo reſtitutionis, quod tamen nõ dicimus, quia immediate non agimus de affirmatiua, ſed ſolum inſiſtimus, in hoc quod ſententia negatiua in materia Conceptionis eſt proximè diffinibilis, quod non poſſumus alijs verbis explicare, nec vllam cenſuram contra affirmatiuam continet.

22 Deinde admiſſa pro nunc doctrina Lorcæ aſſerentis, erroneum eſſe, quod aduerſatur doctrinæ

fidei

fidei non notoriè, ex illa confirmamus contra Arpalegum doctrinam noſtram, nam Lorca nulla ratione docet, quod Arpalegus vult, qui vt ſolet truncatam dedit auctoritatem, & ideo nihil mirum, quod trũcatam dederit doctrinam, nam quod ibi docet Lorca non eſt, tunc propoſitionem eſſe erroneam, quando oppoſita eſt vltimò diſpoſita ad diffinitionem; ſed quando aliqua propoſitio opponitur doctrinæ fidei; ſed hoc non eſt notorium, vt patet ex illis verbis: *Talis eſt vna, aut altera pars quæſtionis, quæ modò agitur de præuenientibus auxilijs*: at de neutra harum partium ſecundum Lorcam, & omnes ſcitur, quod ſit proximè diſpoſita ad diffinitionem: ergo non infert Lorca eſſe erroneam, quia eſt proxima diffinitioni, ſed quia ſupponit vnam, aut alteram partem opponi Scripturæ, licet non notoriè, quia quæ ſit illa, neſcitur.

23 Imò contra Arpalegum ex ipſo Lorca inferimus, non ſequi, non eſſe diffinibilem ſententiam negatiuam de Conceptione, ex eo quod Pontifices prohibuerint, vnam partem alteri cenſuram impingere; ac proinde ex eo quod nos dicamus eſſe diffinibilem noſtram ſententiam, non ideò cenſurare contrariam. Aſſumptum patet ex verbis Lorcæ, quæ vel incautè vel inaduertenter omiſit Arpalegus, ſic enim habet: *Talis eſt vna, aut altera pars eius quæſtionis, quæ modò agitur de præuenientibus auxilijs, nam Eccleſia non declarauit quæſtionem eſſe à fide extraneam, & vtrinque probabilem, vt quidam perſuadere voluerunt, ſed prohibuit ſolum, ne priuata auctoritate nota inuratur, ad ſedanda ſcandala, & iniurias inter diſputantes*: ergo

male perſuadere vult Arpalegus, vtramque partem in hac materia eſſe probabilem, ex decretis Pontificiis prohibentibus ne ſe inuicem cenſura inurant; ergo male infert; quod ex eo, quod dicatur alteram partem eſſe diffinibilem, ſequitur inobedientia decretis Pontificiis prohibentibus cenſuras, nam Lorca non obſtante prædicta prohibitione, docet Eccleſiam non declaraſſe quæſtionem illam non eſſe diffinibilem, ac per conſequens ſentit reliquiſſe libertatem dicendi vnam, aut alteram partem eſſe diffinibilem.

24 Vltima aſſertio Arpalegi eſt: n. 7. *Non ſufficit dicere, quod euaduntur cenſura; quia hoc non dicit, illud 5. Theorema, niſi probabiliter. Probatur, tum, quia hoc non exprimitur in illo, & Eccleſia non iudicat de occultis, ſed de verbis, vt iacent. Tum quia vt ſupra notauimus, hoc ipſum intendit prohibere Summus Pontifex, quia nullus priuatus auctor eſſet adeò demens, ut hoc diceret tanquam poteſtatem habens, & ſententialiter, ſed tantum probabiliter. Tum denique, nam in Poza expungitur illa canonizatio ſententia negatiua, quia continebat virtualiter cenſuram, & tamen ipſe initio capitis proteſtatus eſt, ſe non dicere hoc aſſertiue; ait enim, Ego nihil ſtatuam, ſed in veſtigando proponam: ergo friuola ſolutio eſt dicere, hoc tantum probabiliter eſſe dictum. Nam etiã poſſent dicere probabiliter, ſententiam affirmatiuam eſſe temerariam, & hæreticam, & peccare mortaliter eos, qui eam aſſerunt, & hoc publice defenſare, cum quantocumque velis ſcandalo, & tamen damnarentur propter hoc, & ſubiicerentur pœnis, quia cenſurabant, quamuis ſub tegmine probabilitatis: ergo ſi cenſurare virtualiter ſenten-*

tiam

tiam affirmatiuam, eſt contrauenire decretis Apoſtolicis, ut probatum eſt, etiamſi hoc dicerent ſub prætextu probabilitatis, non eſſent audiendi, quanto magis ſi abſque illa obteſtatione hoc proferunt, ut videre eſt in ipſa aſſertione.

25 Mirum eſt quod Arpalegus hæc pro ſe argumenta conficiat, non aduertens contra ſe ipſum ea inſtruere. nam ſi ad euadēdas Pontificiorum decretorum pœnas, non ſufficit ponere illam particulam *probabiliter*, circa ſententiam affirmatiuam; pari ratione non ſufficiet circa ſententiam negatiuam: ergo non euadit cenſuras ipſe, qui toties inculcat (licet cum præcautione termini probabiliter) expreſſe cenſuras æquiualentes, aſſerens eſſe contra ſacram Scripturam clamans eſſe contra SS. PP. proclamans eſſe contra Traditiones, quæ quidem expreſſæ ſunt cenſuræ æquiualentes, ſeu virtuales. Deinde ſi non ſufficit addere illam particulam *probabiliter*, neque ſatis fuit Pozæ dicere, quod non aſſertiue, ſed inueſtigando proponit: neque ſufficiet dicere *nō aſſertiue, ſed relatiue dico*, at Arpalegus ſupra, licet cum præcautione *non aſſertiuè, ſed relatiuè*, dicit ſententiam negatiuam eſſe hæreticam temerariam, impiā, &c. omnemque cenſuram illi impingit, quod quidē ipſe ægre ferret, ſi de affirmatiua diceretur: ergo potius ipſe, qui expreſſe ponit cenſuram formalem, & virtualem, decretis Pontificijs contrauenit, quam theorema illud, quod non expreſſe ponit adhuc virtualem cenſuram, ſed tantum virtualiter ponit cenſuram virtualem, nam ſolum ponit verba, non quæ virtualiter continent formalem cenſuram, ſed vir-

tualem deductam per conſequentiam mediatam, & remotam ex mera aſſertione ſuæ ſententiæ, quam non poteſt alijs verbis explicare, & de qua loqui licite poteſt.

26 Totum hoc confirmatur ex argumentis, quæ ſibi obiicit Arpal. obiicit primò. n. 8. Nam etiam prohibitum eſt, vt neutra ſententia in materia de auxiliis cenſuretur, & tamen vtriuſque ſententiæ Auctores, mutuo ſibi obijciunt, incidere in ſententiam Pelagij, vel incidere in ſententiam Caluini, quod videtur eſſe æquiualens cenſura, & tamen nō damnantur de incurſis pœnis decretorum Pontificiorum, ergo ſimiliter. *Reſpondet ipſe, quod arguendo per modum inconueniētis, & ſequelæ, quiuis poteſt, quod libuerit obijcere, ſicut etiam poteſt hoc modo arguere contra Myſterium Trinitatis, aliud autem eſt, aſſertiuam concluſionem publicè appendere, & eam proponere defenſandam; ſic enim non licet dicere, quod negans auxilium præuium ſupernaturale, eſt Pelagianus, & hæc cōcluſio deleretur: ergo ſimiliter in noſtro caſu, non eſt idem argutiue, & per modum ſequelæ inferre, quod altera eſt cenſurabilis, ac publicam concluſionem, & aſſertionem prælo mandare, & in Academia Valliſoletana publice defendendam proponere. Amplius addo, ait Arpalegus, quod in noſtro caſu, nec licet per modum ſequelæ, & arguitiue hoc dicere, quia vt articulo precedente probatum eſt, Pius V. & alij Pontifices prohibuere, ne tenentes ſententiam negatiuam, oppoſitam ſententiam in actibus publicis impugnent, aut de ea aliquo modo agant, vel tractent. Ex quibus undequaque ruit paritas adducta, quæ vt omnes leges ſophiſtarum obtineat, in nullo tenet contra noſtram aſſertionem.*

Digitized by Google

27 Hoc argumentum Arpalegi ſuo modo confictum, & pro nobis confectum, præfata ſolutione nullo modo diluitur, nam in materia de auxiliis, nō ſolum arguitiuè, ſed etiam aſſertiuè permiſſum eſt, aſſertiuam concluſionem publicè appendere & proponere defenſandam, & licet prohibitum ſit, proponere aſſertiue, *auxilium præuium ſupernaturale negans, eſt Pelagianus, vel opponitur ſanctis* PP. *& Scripturæ*, permiſſum eſt etiam poſt maturam diſcuſsionem in ſacro Tribunali Inquiſitionis, vtriuſque ſententiæ aſſertoribus ponere ſuam aſſertionem *eſſe conformē PP. & Scripturæ*, vnde non deleretur concluſio aſſerens publice, quod ſententia negans auxilium præuium, eſt conformis Scripturæ, vel quod ſententia aſſerens auxilium præuium, eſt conformis Scripturæ dummodo non dicatur de altera illarum contrariari Scripturæ, aut ſanctis PP. opponi, & hoc eſt quod Summi Pontifices in noſtro caſu prohibent, illis verbis, *quod affirmatiuam non impugnent*, nō quod negatiuam non extollant, & aſſerant eſſe Scripturæ ſacræ, & Patribus conformem, & per conſequens diffinibilem. Ex quibus vndequaque ruit doctrina Arpalegi, hinc enim euidenter infertur, aſſerentes ſententiam negatiuam eſſe conformem Scripturæ, & Patribus, & per conſequens diffinibilem, dummodo non dicant affirmatiuam illis opponi, nec virtualiter cenſurare affirmatiuam, ac proinde non opponi decretis Pontificiis; at verò aſſerentes ſententiam negatiuam eſſe contra ſacram Scripturam, & SS. PP. illam cenſura inurere, & talis eſt Arpalegus.

28 Obiicit ſibi ſecundò Arpalegus, hanc eandē

pro-

Digitized by Google

propoſitionem eſſe in aliquibus Recentioribus au-ctoribus impreſſam, & publicis Academiis publicè defenſatam, & permiſſam à Sancto Tribunali Inquiſitionis: ergo non contrait decretis Pontificiis. Reſpondetur, *non idem eſſe permitti, ac approbari. Nam in Poza expunctum eſt à nouo Expurgatorio, quod dixerit; non potuiſſe Beatam Virginem Mariam concipi in peccato originali, quia fuit fabricata miraculoſe à Deo, & tamen hæc propoſitio: Quod Deus de potentia abſoluta, non potuit permittere Beatam Mariam contrahere peccatum originale, permittitur in* P. *Leandro Capucino in cap. 5. Iudith: ergo ex illo permiſſo non clauditur via, ne ad ſacroſanctam Apoſtolicam* Sedem *recurſus reſtet.*

29 Hoc argumentum nullius eſſe ponderis patet ex dictis, nam iſta propoſitio de diffinibilitate ſententiæ negatiuæ, non ſolum eſt permiſſa, ſed approbata. Deinde eo ipſo quòd permittatur à ſacro Tribunali, cenſetur approbata. Vnde ruit ſolutio ex differentia permiſsionis, & approbationis, nam in P. Leandro, non ſolum permittitur, ſed approbatur illa propoſitio; approbatur, inquam, vti non continens malam doctrinam, in Poza verò expurgatur, quia rationem, cur non potuit Deus permittere in Virgine peccatum, reddit, quia fuit miraculoſe fabricata: Leander verò impoſſibilitatem reducit ad Dei bonitatem, & diuinum decretum, diſcurrit enim ex ſuppoſitione, quod Deus decreuerit Virginem ſibi in primo inſtanti copulare per gratiam, vel concedere illi viſionem beatificã, & ſuppoſita opinione quod peccatum, & gratia, adhuc de potentia Dei abſoluta, ſimul eſſe non poſſint; ſic arguit:

Vir-

Digitized by Google

Virgo in primo inſtanti fuit potita viſione beata: ſed cum hæc adhuc de potentia abſoluta, eſt incompoſſibilis quælibet miſeria: ergo eſt incompoſſibile peccatum originale, quod ſine dubio eſt miſeria. Vide, quam diſpar ſit ratio Leandri, vnde ruit ſolutio Arpalegi.

30 Concludit Arpalegus, libellum ſuum, his verbis. *Hæc ſunt, quæ in hoc tractatu diſcutienda ſe offerunt, hæc quę exilis ingenij mei vena offerre potuit. Scio quidem pluribus fortè emẽdatione dignis ſcatere, ideoque omnia, & ſingula ſacroſancta* Romana *Eccleſia, & maiorum omnium iudicio libentiſsime ſubijcio.* (Optime quidem niſi addiſſet. quæ ſequuntur.) *Sed audi Baſilium:* Patrum dogmata contemnuntur, Recenſiorum hominum adinuentiones Eccleſijs inſeruntur, vnum iam crimen eſt quod vehementer punitur, ſi paternas quis traditiones diligenter obſeruet. Porro tribulationes noſtræ, vel nobis tacentibus, vobis ſunt cognitæ, vt quæ in totum orbem ſint vulgatæ. Baſilius epiſtol. 61.

31 Hæc Baſilij Magni verba, partim ex epiſt. 61. quam citat & ex aliis epiſtolis excerpta, in vnum cõgeſta, & ordine tranſpoſito digeſta, in finem ſeruauit Arpalegus, vt teſtatam relinqueret modeſtiam quã tantopere in hac re commendat, & charitatem erga aſſertores ſententiæ negatiuæ. Siccine Patrum dogmata obſeruantur? an potius contemnuntur? qui nunquam talia ſcripſiſſent, ſi contra Catholicos ea eſſe vſurpanda, cogitaſſent? Sic dilacerantur ſententiæ Patrum, vt laceretur grauiſſimorum Doctorum pietas, & auctoritas? Nonne veritas ipſa PP.

adi-

adimitur, cum eorum nomine inexcogitatæ ab eis ſententiæ produntur, ſciſsis, & truncatis textibus, inuerſiſque ſenſibus? Liceat ergo mihi exemplo Auguſtini vbi ſupra, Sanctorum Patrum præcipua loca quæ vel ſenſu detorſit, vel auctoritate abuſus eſt, hic proponere, vt videat, Lector qua fide dignus ſit, qui talia machinatur.

Arpalegi fallacia in adducendis, & intelligendis SS. PP. *ſententijs detegitur.*

32 IGitur diſput. 2. artic. 2. ſenſum Auguſtini, circa veritates diffinibiles detorquet poſito, *aut*, loco, & integram non reddens auctoritatem. Verba illa, contra fidem eſſe aliquem à regula generali eximere, quæ citat ex lib. 1. de peccatorum meritis, cap. 27 & 28 & lib. 3. cap. 3. & lib. 6. contra Iulianum, cap. 8. non inueniuntur. Vbi obiter aduerto, Auguſtinum contra hæreticos generaliter probare, omnes paruulos indigere baptiſmate, quod in Beata Virgine locum non habet.

33 Eodem articulo citat S. Thom. in illud, *virum de mille vnum reperi, &c.* non aduertens in variis codicibus inueniri, *Excipitur Beatiſſima Virgo.* Damnationem Abbatis Ioachim, & Petri Ioannis, longe aliter quam ab Alfonſo de Caſtro refetur, citat ibidem.

34 Art. 3. Obiicit nobis illud argumentum de Traditione contra Donatiſtas, ſatis incautè, vel nimis doloſè, Traditionem librorum pro Traditione Eccleſiaſtica æquiuocans.

Artic.

35 Artic.4. Decretum de tollendo titulo immaculatæ Conceptioni, SS. D. N. Innocentio, falsò aſcribit, vt ex ipſius Sanctiſsimi Domini reſponſo deteximus.

36 Vbi etiam fallitur, vel fallere intentat, dum decreta Pontificia ait, nullum ſententiæ affirmatiuæ præiudicium inferre, eamque relinquere in eodem ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur antiquitus. Quod ſæpiſſimè inculcat, præſertim diſp. vltim. art. 2 cum tamen Summi Pontifices ſemper addant exceptionem *præterquam quoad ſupra diſpoſita*, qua probauimus aliquod præiudicium ſupponi illatum ſententiæ affirmatiuæ, & confirmat ipſe, qui hanc clauſulam ſemper omiſit. Inſuper in eiſdem Breuibus nunquam reperitur illud, *in quo erat antiquitus*, ſed *in quo de præſenti reperitur*, quod profectò ſupponit, vti probauimus eam non eſſe in eodem ſtatu, in quo erat antiquitus, per ſe enim conſtat diſcrimen inter illa verba, *in quo erat antiquitus*, ac *in quo reperitur*: hæc ſunt verba Pontificum, illa Arpalegi.

37 Articul. 5. ſubartic. 2. Anſelmum pro ſe adducit, cum conſtet pro nobis eſſe; verbis eius ex lib. 2. *Cur Deus homo*, cap. 16. addit, *ſcilicet in vtero*, quæ non ſunt in textu, vt videretur ibi ſanctum loqui de Conceptione.

38 Eodem ſubarticulo S. Antonium de Padua pro ſua ſententia citat, cum nec verbum de hac materia habeat: & quod vix credi poteſt, verba S. Raymundi fingit, & ex ſuo cerebro componit.

39 Subartic. 3. æquiuoca ſignificatione verborum, canones quaſi certos ſtatuit.

40 Sub artic. 4. verba Auguſtini in Pſal. 134. detruncat, & in confirmationem ſuæ doctrinæ remiſſiuè citat eumdem Auguſtinum lib. 5. contra Iulianum cap. 15. libr. 1. Hypognoſticon vbi nihil fere ad propoſitum, præter doctrinam generalem, quam diximus, tradit. Inſuper citat nomine Auguſtini ex libr. 2. Hypognoſticon illa verba: *Omnes nullum exipit*, quæ non ſunt in textu, & præſertim omnes citationes Auguſtini, quæ ibi congerit, nihil aliud, quam quæ diximus docent contra *Palagium*, & Iulianum. Vbi exemplum de animalibus mouentibus mandibulas ſuperiores, quod ex Auguſtino citat, non inueni. Ibidem, verba illa Auguſtini contra Iulianum, *hæc moliens*, *&c.* nobis obiicit, vbi audenter, loco *audes* poſuit, *aures*, & dimidiatam periodum protulit.

41 Subart. 5. citat Ambroſium ſubtracta particula *non*, ex quo nihil miri, quod illum audeat pro ſe aducere, ſed textu integrè dato, clariſsimè conuincitur.

42 In art. 6. (etſi iuxta ipſum iterum 5.) ſupponit mentem S. Thomæ eſſe Virginem contraxiſſe actualiter peccatum, cum tamen ſolo debito conceſso, optimè ſenſus S. Doctoris ſubſiſtant.

43 Diſp. 3. ar. 2. Baronium producit quaſi negantem, Eccleſiam vti miraculis a confirmandas res fidei, cum contrarium ex eodem Baronio conſtet. Et idem ex S. Auguſtino confirmatur, quem pro ſe male in hoc adducit. Citat etiam S. Thomam abſolutè dicentem, illam retentionem aquæ in cribro, fuiſſe miraculum Virginis Veſtalis, cum S. Doctor ſub diſiunctione loquatur.

Art

44 Art. 4. ex Auguſtiuo conficit auctoritatem pro ſilentio, (quod ait à ſuis obſeruari) cum contrarium, dato integro textu, conſtet. Ibidem ſilentium ab Honorio ex Baronio indictum affirmat vtrique parti in quæſtione de duabus voluntatibus in Christo, quod falſum eſſe ex textu Baronij probauimus.

45 Articul. 5. citat Concilium Florentinum trũcatè, & verba quę adducit, nõ inueniũtur in textu difinitionis, nec decreti Eugenij IV.

46 Diſp 4 art 2. ſubart. 1. ex diuerſis Auguſtini capitibus, intermiſſis mediis, non ſolum verbis, ſed paginis, vnam ſententiam conficit, quæ integre relata ipſum oppugnant. Quod etiam facit iterum ſubartic 3. ibidem Hilarii verba contra Conſtantiũ infideliter citat, & ſuo modo diſponit, cum ſancti verba ipſum confundere debuiſſent. Baronium citat dicentem Iconoclaſtas parum profeciſſe, licet ſexcenta loca pro ſuo dogmate adducerent ex ſacra Scriptura & allucinatur, quia Baronius dicit, tot loca inueniri prohibentia adorationem idolorum, non tamen ea adduci ab hæreticis. Tandem comparat Christum Neroni, & Virginem Agrippinæ: Quid horribilius?

47 Diſput. vltim. artic. 1. Toſtatum introducit paradox. 1. cap. 21. ſugillantem aſſertores ſententiæ piæ, & quaſi pro affirmatiua decertantem, cũm tamen in eodem capite vtriuſque ſententiæ patronos, qui non ex veritatis zelo, ſed ex contentionis affectu diſputant carpat, ipſeque tanquam magis tutam, & piam ſententiam negatiuam, à quocumque vrio Catholico amplectendam eſſe doceat.

male perſuadere vult Arpalegus, vtramque partem in hac materia eſſe probabilem, ex decretis Pontificiis prohibentibus ne ſe inuicem cenſura inurant: ergo male infert; quod ex eo, quod dicatur alteram partem eſſe diffinibilem, ſequitur inobedientia decretis Pontificiis prohibentibus cenſuras, nam Lorca non obſtante prædicta prohibitione, docet Eccleſiam non declaraſſe quæſtionem illam non eſſe diffinibilem, ac per conſequens ſentit reliquiſſe libertatem dicendi vnam, aut alteram partem eſſe diffinibilem.

24 Vltima aſſertio Arpalegi eſt: n. 7. *Non ſufficit dicere, quod euaduntur cenſuræ; quia hoc non dicit, illud 5. Theorema, niſi probabiliter. Probatur, tum quia hoc non exprimitur in illo, & Eccleſia non iudicat de occultis, ſed de verbis, vt iacent. Tum quia vt ſupra notauimus, hoc ipſum intendit prohibere Summus Pontifex, quia nullus priuatus auctor eſſet adeò demens, vt hoc diceret tanquam poteſtatem habens, & ſententialiter, ſed tantum probabiliter. Tum denique, nam in Poza expungitur illa canonizatio ſententia negatiua, quia continebat virtualiter cenſuram, & tamen ipſe initio capitis proteſtatus eſt, ſe non dicere hoc aſſertiue; ait enim, Ego nihil ſtatuam, ſed inueſtigando proponam: ergo friuola ſolutio eſt dicere, hoc tantum probabiliter eſſe dictum. Nam etiã poſſent dicere probabiliter, ſententiam affirmatiuam eſſe temerariam, & hæreticam, & peccare mortaliter eos, qui eam aſſerunt, & hoc publice defenſare, cum quantocumque velis ſcandalo, & tamen damnarentur propter hoc, & ſubiicerentur pœnis, quia cenſurabant, quamuis ſub tegmine probabilitatis: ergo ſi cenſurare virtualiter ſenten-*

tiam

tiuam affirmatiuam, eſt contrauenire decretis Apoſtolicis, ut probatum eſt, etiamſi hoc dicerent ſub prætextu probabilitatis, non eſſent audiendi, quanto magis ſi abſque illa obteſtatione hoc proferunt, ut videre eſt in ipſa aſſertione.

25 Mirum eſt quod Arpalegus hæc pro ſe argumenta conficiat, non aduertens contra ſe ipſum ea inſtruere. nam ſi ad euadẽdas Pontificiorum decretorum pœnas, non ſufficit ponere illam particulam *probabiliter*, circa ſententiam affirmatiuam; pari ratione non ſufficiet circa ſententiam negatiuam: ergo non euadit cenſuras ipſe, qui toties inculcat (licet cum præcautione termini probabiliter) expreſſe cenſuras æquiualentes, aſſerens eſſe contra ſacram Scripturam clamans eſſe contra SS. PP. proclamans eſſe contra Traditiones, quæ quidem expreſſæ ſunt cenſuræ æquiualentes, ſeu virtuales. Deinde ſi non ſufficit addere illam particulam *probabiliter*, neque ſatis fuit Pozæ dicere, quod non aſſertiue, ſed inveſtigando proponit: neque ſufficiet dicere *nõ aſſertiue, ſed relatiue dico*, at Arpalegus ſupra, licet cum præcautione *non aſſertiue, ſed relatiuè*, dicit ſententiam negatiuam eſſe hæreticam temerariam, impiã, &c. omnemque cenſuram illi impingit, quod quidẽ ipſe ægre ferret, ſi de affirmatiua diceretur: ergo potius ipſe, qui expreſſe ponit cenſuram formalem, & virtualem, decretis Pontificijs contrauenit, quam theorema illud, quod non expreſſe ponit adhuc virtualem cenſuram, ſed tantum virtualiter ponit cenſuram virtualem, nam ſolum ponit verba, non quæ virtualiter continent formalem cenſuram, ſed vir-

tualem deductam per conſequentiam mediatam, & remotam ex mera aſſertione ſuæ ſententiæ, quam non poteſt alijs verbis explicare, & de qua loqui licite poteſt.

26 Totum hoc confirmatur ex argumentis, quæ ſibi obiicit Arpal. obiicit primò. n. 8. Nam etiam prohibitum eſt, vt neutra ſententia in materia de auxiliis cenſuretur, & tamen vtriuſque ſententiæ Auctores, mutuo ſibi obijciunt, incidere in ſententiam Pelagij, vel incidere in ſententiam Caluini, quod videtur eſſe æquiualens cenſura, & tamen nõ damnantur de incurſis pœnis decretorum Pontificiorum, ergo ſimiliter. *Reſpondet ipſe, quod arguendo per modum inconueniẽtis, & ſequelæ, quiuis poteſt, quod libuerit obijcere, ſicut etiam poteſt hoc modo arguere contra Myſterium Trinitatis, aliud autem eſt, aſſertiuam concluſionem publicè appendere, & eam proponere defenſandam; ſic enim non licet dicere, quod negans auxilium præuium ſupernaturale, eſt Pelagianus, & hæc cõcluſio deleretur: ergo ſimiliter in noſtro caſu, non eſt idem argutiue, & per modum ſequelæ inferre, quod altera eſt cenſurabilis, ac publicam concluſionem, & aſſertionem prælo mandare, & in Academia Valliſoletana publice defendendam proponere. Amplius addo, ait Arpalegus, quod in noſtro caſu, nec licet per modum ſequelæ, & argutiue hoc dicere, quia vt articulo præcedente probatum eſt, Pius V. & alij Pontifices prohibuere, ne tenentes ſententiam negatiuam, oppoſitam ſententiam in actibus publicis impugnent, aut de ea aliquo modo agant, vel tractent. Ex quibus undequaque ruit paritas adducta, quæ vt omnes leges ſophiſtarum obtineat, in nullo tenet contra noſtram aſſertionem.*

27 Hoc argumentum Arpalegi ſuo modo confictum, & pro nobis confectum, præfata ſolutione nullo modo diluitur, nam in materia de auxiliis, nō ſolum arguitiuè, ſed etiam aſſertiuè permiſſum eſt, aſſertiuam concluſionem publicè appendere & proponere defenſandam,& licet prohibitum ſit,proponere aſſertiue,*auxilium præuium ſupernaturale negans, eſt Pelagianus, vel opponitur ſanctis PP. & Scripturæ*, permiſſum eſt etiam poſt maturam diſcuſsionem in ſacro Tribunali Inquiſitionis, vtriuſque ſententiæ aſſertoribus ponere ſuam aſſertionem *eſſe conformē PP. & Scripturæ*, vnde non deleretur concluſio aſſerens publice, quod ſententia negans auxilium præuium, eſt conformis Scripturæ, vel quod ſententia aſſerens auxilium præuium, eſt conformis Scripturæ dummodo non dicatur de altera illarum contrariari Scripturæ, aut ſanctis PP. opponi; & hoc eſt quod Summi Pontifices in noſtro caſu prohibent, illis verbis, *quod affirmatiuam non impugnent*, nō quod negatiuam non extollant & aſſerant eſſe Scripturæ ſacræ, & Patribus conformem; & per conſequens diffinibilem. Ex quibus vndequaque ruit doctrina Arpalegi, hinc enim euidenter infertur, aſſerentes ſententiam negatiuam eſſe conformem Scripturæ, & Patribus,& per conſequens diffinibilem, dummodo non dicant affirmatiuam illis opponi, nec virtualiter cenſurare affirmatiuam, ac proinde non opponi decretis Pontificiis; at verò aſſerentes ſententiam negatiuam eſſe contra ſacram Scripturam,& SS. PP. illam cenſura inurere, & talis eſt Arpalegus.

28 Obiicit ſibi ſecundò Arpalegus, hanc eandē pro-

Digitized by Google

propoſitionem eſſe in aliquibus Recentioribus auctoribus impreſſam, & publicis Academiis publicè defenſatam, & permiſſam à Sancto Tribunali Inquiſitionis: ergo non contrait decretis Pontificiis. Reſpondetur, *non idem eſſe permitti, ac approbari. Nam in Poza expunctum eſt à nouo Expurgatorio, quod dixerit; non potuiſſe Beatam Virginem Mariam concipi in peccato originali, quia fuit fabricata miraculoſe à Deo, & tamen hæc propoſitio: Quod Deus de potentia abſoluta, non potuit permittere Beatam Mariam contrahere peccatum originale, permittitur in P. Leandro Capucino in cap. 5. Iudith: ergo ex illo permiſſo non clauditur via, ne ad ſacroſanctum Apoſtolicam Sedem recurſus reſtet.*

29 Hoc argumentum nullius eſſe ponderis patet ex dictis, nam iſta propoſitio de diffinibilitate ſententiæ negatiuæ, non ſolum eſt permiſſa, ſed approbata. Deinde eo ipſo quòd permittatur à ſacro Tribunali, cenſetur approbata. Vnde ruit ſolutio ex differentia permiſsionis, & approbationis, nam in P. Leandro, non ſolum permittitur, ſed approbatur illa propoſitio; approbatur, inquam, vti non continens malam doctrinam, in Poza verò expurgatur, quia rationem, cur non potuit Deus permittere in Virgine peccatum, reddit, quia fuit miraculoſe fabricata: Leander verò impoſſibilitatem reducit ad Dei bonitatem, & diuinum decretum, diſcurrit enim ex ſuppoſitione, quod Deus decreuerit Virginem ſibi in primo inſtanti copulare per gratiam, vel concedere illi viſionem beatificã, & ſuppoſita opinione quod peccatum, & gratia, adhuc de potentia Dei abſoluta, ſimul eſſe non poſſint; ſic arguit:

Vir-

Virgo in primo inſtanti fuit potita viſione beata: ſed cum hæc adhuc de potentia abſoluta, eſt incompoſſibilis cuilibet miſeriæ: ergo eſt incompoſſibile peccatum originale, quod ſine dubio eſt miſeria. Vide quam diſpar ſit ratio Leandri, vnde ruit ſolutio Arpalegi.

30 Concludit Arpalegus, libellum ſuum his verbis. *Hæc ſunt, quæ in hoc tractatu diſcutienda ſe offerunt, hæc quę exilis ingenij mei vena offerre potuit. Scio quidem pluribus fortè emẽdatione dignis ſcatere, ideoque omnia, & ſingula ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & maiorum omnium iudicio libentiſsime ſubiicio.* (Optime quidem niſi addiſſet. quæ ſequuntur.) *Sed audi Baſilium:* Patrum dogmata contemnuntur, Recenſiorum hominum adinuentiones Eccleſijs inſeruntur, vnum iam crimen eſt quod vehementer punitur, ſi paternas quis traditiones diligenter obſeruet. Porro tribulationes noſtræ, vel nobis tacentibus, vobis ſunt cognitæ, vt quæ in totum orbem ſint vulgatæ. Baſilius epiſtol. 61.

31 Hæc Baſilij Magni verba, partim ex epiſt. 61. quam citat & ex aliis epiſtolis excerpta, in vnum cõgeſta, & ordine tranſpoſito digeſta, in finem ſeruauit Arpalegus, vt teſtatam relinqueret modeſtiam, quã tantopere in hac re commendat, & charitatem erga aſſertores ſententiæ negatiuæ. Siccine Patrum dogmata obſeruantur? an potius contemnuntur? qui nunquam talia ſcripſiſſent, ſi contra Catholicos ea eſſe vſurpanda, cogitaſſent? Sic dilacerantur ſententiæ Patrum, vt laceretur grauiſſimorum Doctorum pietas, & auctoritas? Nonne veritas ipſa PP. adi-

adimitur, cum eorum nomine inexcogitatæ ab eis, ſententiæ produntur, ſciſsis, & truncatis textibus, inuerſiſque ſenſibus? Liceat ergo mihi exemplo Auguſtini vbi ſupra, Sanctorum Patrum præcipua loca quæ vel ſenſu detorſit, vel auctoritate abuſus eſt, hic proponere, vt videat, Lector qua fide dignus ſit, qui talia machinatur.

Arpalegi fallacia in adducendis, & intelligendis SS. PP. *ſententijs detegitur.*

32 IGitur diſput.2.artic.2.ſenſum Auguſtini, circa veritates diffinibiles detorquet poſito, *aut*, loco, & integram non reddens auctoritatem. Verba illa, contra fidem eſſe aliquem à regula generali eximere, quæ citat ex lib. 1. de peccatorum meritis, cap.27 & 28 & lib.3.cap.3.& lib.6.contra Iulianum, cap. 8. non inueniuntur. Vbi obiter aduerto, Auguſtinum contra hæreticos generaliter probare, omnes paruulos indigere baptiſmate, quod in Beata Virgine locum non habet.

33 Eodem articulo citat S. Thom. in illud, *virum de mille vnum reperi, &c.* non aduertens in variis codicibus inueniri, *Excipitur Beatiſſima Virgo.* Damnationem Abbatis Ioachim, & Petri Ioannis, longe aliter quam ab Alfonſo de Caſtro refetur, citat ibidem.

34 Art.3. Obiicit nobis illud argumentum de Traditione contra Donatiſtas, ſatis incautè, vel nimis doloſè, Traditionem librorum pro Traditione Eccleſiaſtica æquiuocans.

Artic.

35 Artic. 4. Decretum de tollendo titulo immaculatæ Conceptioni, SS. D. N. Innocentio, falsò aſcribit, vt ex ipſius Sanctiſsimi Domini reſponſo deteximus.

36 Vbi etiam fallitur, vel fallere intentat, dum decreta Pontificia ait, nullum ſententiæ affirmatiuæ præiudicium inferre, eamque relinquere in eodem ſtatu, & terminis, in quibus reperiebatur antiquitus. Quod ſæpiſſimè inculcat, præſertim diſp. vltim. art. 2 cum tamen Summi Pontifices ſemper addant exceptionem *præterquam quoad ſupra diſpoſita*, qua probauimus aliquod præiudicium ſupponi illatum ſententiæ affirmatiuæ, & confirmat ipſe, qui hanc clauſulam ſemper omiſit. Inſuper in eiſdem Breuibus nunquam reperitur illud, *in quo erat antiquitus*, ſed *in quo de præſenti reperitur*, quod profectò ſupponit, vti probauimus eam non eſſe in eodem ſtatu, in quo erat antiquitus, per ſe enim conſtat diſcrimen inter illa verba, *in quo erat antiquitus*, ac *in quo reperitur*: hæc ſunt verba Pontificum, illa Arpalegi.

37 Articul. 5. ſubartic. 2. Anſelmum pro ſe adducit, cum conſtet pro nobis eſſe; verbis eius ex lib. 2. *Cur Deus hom.*, cap. 16. addit, *ſcilicet in vtero*, quæ non ſunt in textu, vt videretur ibi ſanctum loqui de Conceptione.

38 Eodem ſubarticulo S. Antonium de Padua pro ſua ſententia citat, cum nec verbum de hac materia habeat: & quod vix credi poteſt, verba S. Raymundi fingit, & ex ſuo cerebro componit.

39 Subartic. 3. æquiuoca ſignificatione verborum, canones quaſi certos ſtatuit.

Digitized by Google

44 Art. 4. ex Auguſtiuo conficit auctoritatem pro ſilentio, (quod ait à ſuis obſeruari) cum contrarium dato integro textu, conſtet. Ibidem ſilentium ab Honorio ex Baronio indictum affirmat vtrique parti in quæſtione de duabus voluntatibus in Chriſto, quod falſum eſſe ex textu Baronij probauimus.

45 Articul. 5. citat Concilium Florentinum truncatè, & verba quę adducit, nõ inueniuntur in textu diffinitionis, nec decreti Eugenij IV.

46 Diſp 4 art 2. ſubart. 1. ex diuerſis Auguſtini capitibus, intermiſſis mediis, non ſolum verbis, ſed paginis, vnam ſententiam conficit, quæ integre relata ipſum oppugnant. Quod etiam facit iterum ſubartic 3. ibidem Hilarii verba contra Conſtantiũ infideliter citat, & ſuo modo diſponit, cum ſancti verba ipſum confundere debuiſſent. Baronium citat dicentem Iconoclaſtas parum profeciſſe, licet ſexcenta loca pro ſuo dogmate adducerent ex ſacra Scriptura & allucinatur, quia Baronius dicit, tot loca inueniri prohibentia adorationem idolorum, non tamen ea adduci ab hæreticis. Tandem comparat Chriſtum Neroni, & Virginem Agrippinæ: Quid horribilius?

47 Diſput. vltim. artic. 1. Toſtatum introducit paradox 1. cap. 21. ſugillantem aſſertores ſententiæ piæ, & quaſi pro affirmatiua decertantem, cũm tamen in eodem capite vtriuſque ſententiæ patronos, qui non ex veritatis zelo, ſed ex contentionis affectu diſputant, carpat, ipſeque tanquam magis tutam, & piam ſententiam negatiuam, à quocumque vrio Catholico amplectendam eſſe doceat.

Digitized by Google

48 Ibidem conſilium Siſinij, quaſi inuictum pro-
ponit, quod ſeminarium fuiſſe nouarum diſcordia-
rum iidem Auctores, quos citat, atteſtantur. Vbi ex
libro Iob ſacrum textum diſcerpens ad increpandū,
verba componit. Et etiam abſolutè docet, eandem
propoſitionem permitti in P. Leandro, & expurga-
ri in Poza, cùm ratio ſit valde diuerſa.

49 Tandem pro coronide ex diuerſis Baſilij Ma-
gni epiſtolis vnam ſententiam confecit, vt ſanctum
nobis opponeret, quod falſitatis, & audaciæ illum
reddit auctorem: ex quo facilè conſtat quæ fides ſit
adhibenda Arpalego, & quàm iuſte poſſemus illi
cum Auguſtino lib. de vtilitate credendi, cap. 14. di-
cere: *Tu verò in latebras tuas redi, nec quidquam inſi-
diare ſub nomine veritatis, quam conaris eis adimere,
quibus auctoritatem ipſe concedis*. Sed omiſsis ex con-
ſilio eiuſdem Auguſt. vbi ſupra, his communibus,
quæ etſi ex vtraq; parte dici poſſunt, in veritate ta-
men dici ab vtraque non poſſunt. Audiamus Apo-
ſtolum ſic Eccleſiæ filios paterna charitate admonē-
tem, ad Galat. 5. *Omnis enim lex in vno ſermone imple-
tur, diliges proximum tuum, ſicut te ipſum, quod ſi inui-
cem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem conſum-
mamini*. Et 1. Corint. 1. *Obſecro autē vos fratres per no-
mē* Domini *noſtri Ieſu Chriſti, vt id ipſū dicatis ōnes, &
non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem
ſenſu, & in eadem ſententia.*

Concluſio operis.

50 SEntentiaque omnium noſtrum ſit, immaculatam Virginis Conceptionem eſſe proximè diffinibilem Quod probo corollario ſyllogiſmo ex præmiſsis articulis collectio.

51 Ad diffinibilitatem proximam nihil amplius excogitari poteſt conducere, vel exquiri quàm Teſtimonia ſacræ Scripturæ, Traditio Eccleſiaſtica, Patrum auctoritas, Feſti ſolemnitas ex Apoſtolica inſtitutione, miraculorum adminicula, Probatiſsimorum Conciliorum decreta, reuelationum adiumenta, Religionum Apoſtolica approbatio, ſilentiũ parti oppoſitæ impoſitum, Religioſorum cœtuum vota, Academiarum celeberrimarum ſuffragia, maior probabilitas, & pietas, Principum inſtantia, & populorum deſideria: ſed hæc omnia non ſolum diuiſiuè (vti in aliquibus veritatibus iam diffinitis) ſed collectiuè concurrunt in hac materia, ergo eſt proximè diffinibilis.

52 Probatur Minor (Maior à nemine poteſt in dubium verti) nam diſp. 2. art. 1. oſtẽdimus cum Auguſtino hanc veritatem eſſe ex diffinibilibus.

53 In eadem diſput. 2. artic. 2. teſtimonia Pauli, quæ pro ſententia affirmatiua afferuntur, negatiuæ non officere, neque eius diffinibilitati opponi, ex ipſo Paulo, & regulis interpretandi ſacram Scripturã, probauimus. Inſuper quatuor teſtimonia, ex Geneſi, Leuitico, Canticis, & Euangelio, in ſenſu literali ex Patrum expoſitionibus, exibuimus artic. 3. Tra-

ditio.

ditionem Eccleſiaſticam, quam ad diſſinibilitatem concedere probauimus, adduximus, artic 4. Nullũ Summum Pontificem in Cathedra Petri conſtitutũ, ex ipſa aliquid contra immaculatam Conceptionẽ dictaſſe: plures, pro ipſa oracula edidiſſe, manifeſtũ fecimus. Vbi etiam ex Concilio Tridentino proximam diſſinibilitatem deduximus. In artic. 5. ex SS. Patribus neminem affirmatiuæ ſententiæ conſtanter adhæſiſſe monſtrauimus, inſuper pro negatiua ſententia mentem SS PP. Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij & Gregorij explicuimus vbi eam pro eadem ſententia Concilium Francfordienſe, & ſextam Synodum generalem produximus & Origenem, Antiochum Abbatem, Germanum Patriarcham, Brunonem, Timotheum Hieroſolymitanum, Proculum, Ioannem Damaſcenum, Anſbertum, Baſilium Georgium Nicomedienſem Nazianzenum, Dionyſium Alexandrinum, Cyrillum Alexandrinum, Leonem Imperatorẽ, Cyprianum, Bedam & Vſuardũ, Athanaſium Riccardum, Anſelmum, Ildefonſum, Fulbertum Petrum Damianum, Dionyſium Carthuſianũ, Thomam à Villanoua S. Patriarcham Dominicum & ex ipſius filijs tres S. Vincentium Ferrer, Ludouicũ Beltran, Albertumque Magnum pro ſententia negatiua adduximus In artic. 6. S. Thomam ritè, & rectè intellectum non ſolum non refragari, ſed ſuffragari ſententiæ negatiuæ vidimus, quod & de S. Bonauentura oſtendimus Vbi etiam ex Scholaſticorũ incude firmum inſtrumentũ pro diffinibilitate proxima confecimus.

54 In diſput. 3. articul. 1. Reuelationes appro-

batas

batas à Sede Apoſtolica in confirmationem immaculatæ Conceptionis inueniri tradidimus. Artic. 2. miracula ad diffinitionem rerum fidei conducere ex SS. Gregorio Auguſtino Thoma, alijsque Patribus latius diſſeruimus & multa pro hac veritate in Armamenrario Seraphico dignæ fidei, adduci retulimus in 3.artic. ex Feſti inſtitutione, & Indulgentiarum conceſſione efficax argumentum inſtruximus In 4.artic. ex ſilentio impoſito affirmatiuæ ſententiæ creſcere proximam diſſinibilitatem negatiuæ, ſatis clare demonſtrauimus. In quinto, ex alijs capitibus, ſi quæ ſunt, diffinibilitatem non deficere probatum relinquimus.

55 In diſputat. 4. artic. 2. maiorem probabilitatem ab intrinſeco, & extrinſeco, pietatemque, firmis rationibus ſtabiliuimus, quam vt magis tutam, & piam ab omni viro Catholico eſſe amplectendam ſuadet Toſtatus, Religioſorum cœtuum vota, Academiarum ſuffragia per authentica decreta in Armamentario relata, nota fecimus, Principum inſtãtias, & populorum deſideria ipſo Arpalego atteſtãte, nobis aſſiſtere vidimus. Pro quibus omnibus ſufficeret vnius Catholici Monarchæ Philippi Quarti Regis noſtri, piiſſima ab ipſius Regni primordiis, diuotiſſima ſolicitudo: ergo concurrunt omnia requiſita ad proximam diffinibilitatem, non ſolum diuiſiaè, ſed etiam collectinè ſumpta: ergo eſt proximè diffinibilis.

56 Vnde ſperare meritò poſſumus, quod SS. D.N. Innocentius Decimus, his omnibus perpenſis, & vniuerſalis Eccleſię votis, præcibuſque, pia benignita-

gnitate excellentis ad diffinitionem huius myſterij, nemine retardante ſe accinget. Sic ſperamus, ſic vouemus, vtinam annuat, vtinam diffiniat. Et quæcumque diximus ipſius ſacroſanctę Romanę Eccleſię iudicio, toto animi affectu, & deuotione, doctiſsimorumque virorum cenſurę ſubiecta beneuolo aſpectu ſuſcipiat.

Laus Deo, & Beatiſsimæ ſemper Virgini Deiparę MARIAE à peccati originalis labe, Filij ſui meritis, meliori redemptione preſeruatę.

398.572

Digitized by Google

INDEX DISPVTATIONV

ET ARTICVLORVM, &c.

DIſputatio I. Quænam ſint requiſita, vt aliqua propoſitio diffiniatur tanquam de fide, pag. 1.
Diſputatio II. De proxima diffinibilitate opinionis negatiuæ maculæ originalis peccati in Beata Maria, ex mediis intrinſecis, p. 11.
Articulus I. An ſit probabile, quod neutra opinio circa materiam de Conceptione Beatæ Virginis, ſit abſolutè, & ſecundùm ſe diffinibilis ab Eccleſia, ibidem.
Articulus II. An altera pars vtriuſque ſententiæ, eo ſit proximè diffinibilis, quia conſtat expreſſe deduci ex determinatis locis ſacræ Scripturæ, p. 33.
Proponuntur fundamenta ſacræ Scripturæ in fauorem ſententiæ negatiuæ, p. 61.
Articulus III. An ex vi Traditionis ſit proximè diffinibilis p. 101.
Articulus IV. An præcedentium Pontificum decreta, plurimum faueant diffinibilitati proximæ ſententiæ negatiuæ, p. 116.
Articulus V. An expenſis SS. PP. authoritatibus, & antiquo DD. choro, inde conſtet ſententiam negatiuam eſſe proximè diffinibilem, pag. 128.
Subarticulus I. An communis PP. iuxta commune intelligentiā conſenſus, ſtet pro ſententia affirmatiua; ac proinde, an præſtent argumentū diffinibilitati ſententiæ negatiuæ, ibid.
Subarticulus II. An SS. PP. expreſſè tenuerint ſen-

 ſen-

rentiam affirmatiuam. p.137.
Subarticulus III. Quinam SS.DD.faueant diſſinibilitati ſententiæ negatiuæ, quorum authoritates ad trutinam iudicii, & examinis reducuntur, p.156.
Subarticulus IV. Quænam fuerit mens Auguſtini, pagin.179.
Subarticulus V. De mente SS.DD. Ambroſij, Hieronymi, & Gregorii, p.206.
Mens S.Hieronymi, p.210.
Mens B.Gregorij, p.215.
Articulus VI. (etſi, iuxta Arpalegum iterum quintus) An DD Scholaſtici, facto ex antiquis, & modernioribus vno agmine aliquid præſtent ad proximam diffinibilitatem ſententiæ negatiuę, p.218.
Subarticulus I. An D. Thomas ſanè, & ritè intellectus faueat huiuſmodi diffinibilitati, ibid.
Subarticulus II. De mente S. Bonauenturæ ſexti Eccleſiæ Doctoris, p.250.
Subarticulus vltimus. An ex Scholaſticorum incude magnum inſtrumentum conficiatur pro diffinibilitate ſententiæ negatiuę, pag.280.
Diſputatio III. De externis adiumẽtis quæ ad proximam diffinibilitatem adduci poſſunt à ſententia negatiua, p.262.
Articulus I. An ex aliquibus priuatis reuelationibus reddatur proximè diffinibilis ſententia negatiua, ibid.
Articulus II. An ex aliquibus miraculis in fauorem ſententię negatiuę editis reddatur proximè diffinibilis. p.269.
Articulus III. An ex inſtitutione feſti, & conceſsione
indul-

indulgentiarum, validum, & valde vrgens fundamentum deſumatur ad proximam diffinibilitatem ſententię negatiuę, p.285.
Articulus IV. An ex ſilentio impoſito ſententię affirmatiuæ, creſcat proxima diffinibilitas negatiuæ, p.306.
Articulus V. An ex alijs capitibus habeat ſententia negatiua vltimam diſpoſitionem ad ſui diffinitionem, p.323.
Articulus vltim. An ſit probabile, quod ſi ſententia negatiua eſſet vltimò diſpoſita ad diffinitionem, peccaret Summus Pontifex, ſi eam ſtatim non diffiniret p.333.
Diſputatio IV. De aliquibus propoſitionibus, an ſint dignę cenſura necne? p 344.
Artic I. Qua modeſtia, & ſobrietate loqui deceat in hac parte ab vtriuſq; ſententię aſſertoribus, ibid.
Articulus II. De aliquibus propoſitionibus ſententię affirmatiuę, quas cenſura dignas aliqui iudicant, p.353.
Subarticulus I. An ſit probabile, quod ſententia affirmatiua ſit tutior, & ſecurior, ita vt qui hoc dixerint, euadere poſsint cenſuram, p.354.
Subarticulus II. An ſit dignum cenſura, & nota, dicecere ſententiam affirmatiuam eſſe probabiliorē, vel habere firmiora fundamenta p.359.
Subarticulus III. An abſque nota, & labe cenſurę poſſit aſſeri, ſententiam affirmatiuam eſſe magis piam, atq; ipſo Chriſto, & Matri eius magis honorificam, p.369.
Diſputatio vltima. Quod non expedit in Scholis ventilari

tilari de diffinibilitate proxima ſententię negatiuę, p.381.

Articulus I. An expediet hic & nunc diſcuti proximā diffinibilitatem, & an hoc faciſe permitti debeat, ibid.

Subarticulus II. *An* publicè aſſerentes ſententiam negatiuam eſſe vltimo diſpoſitam ad diffinitionē, decretis Pontificum contraueniant p. 386.

Arpalegi fallacia in adducendis,& intelligendis SS. PP.ſententiis,detegitur,p.408.

Concluſio operis, p.413.

INDEX VERBORVM
ET RERVM NOTABILIVM.

Prior numerus paginam indicat, & ſecundus eſt marginalis.

A

Abbas Ioachin.

ABbas Ioachin, & Petrus Ioannis, cur ab Eccleſia damnati, pag. 100 num. 130. & 131.

Abulenſis.

Abulenſem truncate citat Arpalegus, qui vtriuſq; partis aſſertores, non ex veritatis zelo diſputantes, damnat, Arpalegus verò ſola verba contra aſſertores ſententiæ piæ tranſcribit, p. 381. n. 5. Negatiuam ſententiam, tanquam tutiorem, & probabiliorem, ab omnibus Catholicis amplectendam dicit, ibid.

Adamus.

Adamo peccante non ſolum contraximus debitum

Con-

Digitized by Google

Conceptionis in peccato, ſed etiam natiuitatis, p. 240. num. 300.
Adamo in ſtatu innocẽtiæ, fuit facta reuelatio incarnationis, hæc fides meritoria fuit, pag. 246. n. 205.

Aduentus Sancti Iacobi.

Aduentus ſancti Iacobi in Hiſpanias, Traditione Eccleſiaſtica munitus, p. 180. n. 141.

Beatus Albertus Magnus.

Beatus Albertus Magnus pro opinione pia adducitur, pag. 136. num, 181.

Alanus Inſulenſis.

Illuſtre dedit teſtimonium pro immunitate Mariana, pag. 68. num. 89.

Alexander Alenſis.

Alexander Alenſis, pro Mariana immunitate eſt, pag. 360. num. 323.

Aluarus Pelagius.

Aluarus Pelagius indignè tractat ſententiam negatiuam, p. 125. num. 179.

Sanctus Ambroſius.

Sanctus Ambroſius opinionem piam quàm maximè fouet, pag. 206. à 254. Verba quæ contra Immaculatam adducit Arpalegus, facilè ſolutionem capiſit, num. 347. Verbis Ambroſij detrahit particulam *non*, pag. 218. à nu. 257.

Bea-

Digitized by Google

Beatus Amedeus.

Beatus Amedeus liberat Virginem ab originali, conceſſo debito, p.135.n.189.

Articuli Fidei

Diſtinguuntur penes ſpecialem difficultatem credendi, p.83.num. 109.

S.*Auguſtinus*.

*A*uguſtini authoritatem peruertit Arpalegus, dum pro *&*, ponit, *aut*, p.21.num.19.

Auguſtini verba de Traditione librorum, doloſè accipit Arpalegus, pro Traditione Apoſtolica, p.111. num.145.

Auguſtinus ſolum Chriſtum exipiens à lege peccati, loquitur ex vi naturæ, p.191.num.237.

Auguſtinus vindicatus ab opinione minus pia, clariſſimis verbis, conceptum immaculatum tuetur, p. 192, & ſequent.n 238.

Auguſtini verba ſup. Pſalm. 134. truncatè, & infideliter citat Arpalegus, addens, *Ada*, vt intelligeretur loqui de originali peccato, pag 182.n. 230.

Iterum Auguſtinum infideliter, eius verba deprauãs, citat, p.190.n.236.

Auguſtini periodum conficit ex variis capitibus, & quæ omiſit Arpalegum carpunt, pag. 313.n.64.

Auguſtiniana familia.

Ex Auguſtiniana familia validi bellatores ſunt pro Cõceptione pura, pag.360, n.323.

S.Au-

Digitized by Google

S. Anſelmus.

Anſelmus præcipuus aſſertor Conceptionis immaculatæ, p.147.n.195.

Explicantur eius loca, quæ nobis officere videntur, verba addit Arpalegus authoritatibus Anſelmi, vt propoſitum adſtruat, pag.144.n.192. Reuelationũ Anſelmi auctoritatem nutare, ait Arpaleg. p.266. n.6.

Sanctus Antonius de Padua.

Sanctus Antonius de Padua, nec verbum habet de Conceptione, pag.158.n.199.

Arpalegus.

Incidit in vitium de quo carpit Pozam ſcilicet quod iſte nuditatem parentis detexit, pag.7.n.8. parum logicus deprehenditur, in argumento quod pro nõ diffinibilitate ſententiæ piæ inſtruit, ex Epiſtola Gregorij XV. ad Margaritam Auſtriacã pag. 122. num. ibid. Præfert Eraſmum authorem damnatum Belarmino Cardinali, pag.213.n.163 Carpit Arpalegus, viros doctos, & religioſos, qui ex ſuggeſtu ſuadent fidelibus, vt parati ſint, vſque ad ſanguinẽ propugnare Conceptionem immaculatam: idque impium vocat; ſimul, & reprehendit vouentes perpetuum mancipatum, in honorem Virginis ab originali præſeruatæ pag.348.n.8. Arguit etiam cõcionatores, quod dicãt: *ALABADO SEA EL SANTISSIMO SACRAMENTO, Y LA LIMPIA CONCEPCION*, pag.349.n.8 Arpalego, & ſuis, qui nimis præſumunt de antiquorum PP. auctoritate appri-

apprimè quadrant verba Gregorij, libro 12. Moral. cap. 15. pag. 356. n. 15. Cur Arpalegus authoritates reſcindat, pa. 366. n. 28. Indignè Chriſtum Neroni comparat, & Virginem Agrippinæ pag. 377. n. 40.

Aſſuerus.

Lex quam tulit, non fuit conditionata, pag. 59. n. 26.

Aſſumptio Beatæ Virginis.

Eſt proximè diffinibilis p. 93. n. 121.

Aue,

Non ſolum in lingua Latina ſignificat ſine ve, pag. 77. num. 99.

B

Bandellus

SS. PP. authoritates ſæpius detruncat, p. 153. n. 199.

Baptiſtæ, & Ieremiæ

Sanctificatio, non clarius conſtat ex Scriptura, ſanctificatione Virginis in vtero, pag. 95. n. 123.

Baptiſtæ Conceptio, quia ſancta non fuit, ab Eccleſia non colitur, p. 289. n. 33.

Baſilienſe Concilium.

Legati Concilij Baſilienſis habuerunt à Pontifice ſecretam inſtructionem, diffiniendi Conceptionē, p. 332. n. 88. Patres huius Concilij ſine ſciſmate declararunt pro ſententia pia, licet non ante ſciſma, pag. 171. n. 218.

S. Baſilij.

Verba, probant immaculatam Conceptionem, pag. 171. n.

171.n. 218.

Beatrix de Silua

Virgo virtutibus, & nobilitate inſignis, ex reuelatione quam habuit, mota eſt ad erigendam Religionem monialium Conceptionis, quam Pontifex approbauit, p, 266.n.5.

Belarmini Cardinalis

Reſponſio ad hæreticos ob murmurantes de feſto Conceptionis, p. 197.n.43.

S. Bernardinus Senenſis.

Clariſsimis verbis negatiuæ ſententiæ patrocinatur, quam magis piam appellat, p.153.n. 199.

S. Bernardus

Dum negat Traditionem in epiſtola ad Lugdunenſes, de Apoſtolica intelligendus, p. 110. n.144. Reprehendit Lugdunenſes, quia feſtum inſtituebant ante Sedis Apoſtolicæ approbationem, pag. 129 n.168. Negat ſanctitatem Cõceptioni, prout hæc ſignificat coagmentationem fœtus, non vero prout ſignificat inſtas infuſionis animæ. p. 130. n. 170. ſic Bernardum interpretati ſunt, Alenſis, Albertus Magnus, Bonauentura, & Thomas p. 131. Bernardus aſſertor conceptus immaculati, pag. 171. num. 172. Epiſtola ad Lugdunenſes dubius Bernardi fœtus, ibid.

S. Bonauentura

Vt decreto Mauricij Parienſis Epiſcopi obſequeretur, dum Pariſijs degebat, tenuit affirmatiuam opinionem pag. 251.n. 310. Poſtea apertiſsimè defendit negatiuam, ibid. & n.312.

S. Bri-

S. Brigitta,

Stat pro opinione negante maculam in Conceptione Virginis, p. 156, nu. 202. Eius reuelationes ab Eccleſia approbatæ ſunt, tanquam piæ, & nullam erroris notam continentes, ipſo Arpalego fatente, pag, 269. n. 7. Ex ipſis redditur diffinibilis ſententia pia, pag. 268. nu. 7.

S. Bruno Carthuſianorum Parens

Pro negatiua ſententia expenſus, & à ſolutione Arpalegi defenſus, pag. 165. n. 211.

C

Chalcedonenſe Concilium.

Eius acta non poſuerunt Patres ad ſepulchrum ſanctæ Euphemiæ, vt miraculo ſartatecta redderet, ex Baronio Arpalegus, p; 270. num. 12. Sed non refragatur Baronius; id poſt Concilium accidiſſe, ibid.

Caietanus Cardinalis

Explicat S. Thomam de debito, non de actuali contractione, pag. 243. num. 303. Redemptionem præſeruatiuam admittit, p. 248. n. 306. Ex eius ſententia nõ tractauit S. Thom. quæſtionẽ, ſed om. ſit, vbi tractare debebat, p. 249. n. 307.

Canonizatio.

Sufficiunt ad ſanctorum canonizationem miracula à Sede Apoſtolica probata, p. 3. n. 2. Differentia canonizationis à beatificatione, p. 125. n. 164.

Digitized by Google

Carmelitana familia,

In caſtris Marianæ puritatis militat, duobus aucto-ribus tantum exceptis, p. 360. n. 324.

Cenſura.

Alia formalis, & alia æquiualens, & vtriuſque exē-pla, p. 397. n. 19. 20. Cenſurare ſententiam affirmatiuam nemo poteſt propria authoritate, ſine contrauentione decretis Pontificiis, p. 389. n. 9. Sufficit cenſura æquiualens, vt contraueniatur Pontificum decretis p. 395. n. 15. In quæſtionibus, in quibus controuertitur, an aliquid ſit de fide, pars affirmans eſſe de fide, non cenſurat oppoſitam, p. 398. n 10. Affirmare de aliqua ſententia, nō eſſe diffinibilem, non eſt cenſura, ibid. An ad euadendam cenſuram ſufficiat addere terminum *probabiliter*, pag. 402. nu. 25. Per modum inconuenientis, & ſequelæ, quiuis poterit quod libuerit obiicere, quin ideò cenſuret, p. 402. n 26. Non eſt virtualiter cenſurare ſententiam affirmatiuā, aſſerere, negatiuam eſſe conformem ſacræ Scripturæ, & Patribus; qui verò aſſerunt negatiuam Scripturæ, & PP. contrariam eſſe, nota inurunt, & talis eſt Arpalegus, p. 404. n. 27.

Chriſtus Dominus,

Magis vult honorari Matrem, quàm ſe ipſum, nec voluit ortus ſui fidem, matris iniuriis adſtrui, p. 377 n. 40. Conceptio ſine peccato, ex vi naturæ, & vnionis hipoſtaticæ, eſt ſolius Chriſti prærogatiua non tamen conceptio ſine peccato, in omni, ſenſu, p. 372. n. 33. Argumento, quo vterentur hæretici, ad impie reprobandā verſionē Vulgatā

(ipſa conteret) vtitur *A*rpalegus, vt probet ita eſſe ſolius Chriſti prærogatiuam, concipi ſine peccato, vt in nullo ſenſu, poſſit Virgini conuenire, ibid.

S. Cyrillus.

Clariſſima dedit verba pro immunitate Mariæ, pag. 254.n.316.

Clemens Papa,

Nobis non contrariatur, ſed fauet pag. 117.n.153.& 131.n. 174.

Conceptio.

Conceptio dupliciter ſumi poteſt, & pro coagmentatione fœtus, & pro animæ infuſione, p.129. nu. 170. Concipere ſine libidine eſt effectus ſtatus innocentiæ, p.88.n, 115. Concipere ſine læſione virginitatis eſt effectus iuſtitiæ originalis, p.88.num. 114. Conceptio, & natiuitas in peccato ſunt circunſtantiæ incluſionis in pacto, p.245. n. 304. In conceptione Virginis num interuenerit miraculum formationis, & organizationis? p.293.n. 34. Conceptionem naturalem, ſeu animationem Virginis contigiſſe die 8. Decembris, pluribus ſatis probabiliter placet, p.295.n. 40. Conceptionem immaculatam vti probabiliorem poteſt Eccleſia, ex *A*rpalego, declarare, p. 19.n.16. Conceptionem naturalem celebrat Eccleſia, quæ ſupponit pro primo inſtanti p. 294.n. 39. & vti erroneum damnatum eſt à Sixto IV. aſſerere, ab Eccleſia coli ſpiritualem conceptionem, p. 294.n.39.

Concilium Baſilienſe, v. Baſilienſe.

Concilium Florentinum, v. Florentinum.

Con-

Concilium Tridentinum, v. Tridentinum.
Concilium Viennenſe, v. Viennenſe.

Concionatores

Deducentes ſententiam piam ex locis Scripturæ ſacræ, literaliter intellectis, decreta Pontificia non frangunt, p. 395. n. 16.

Concupiſcentia

Non interuenit in concubitu Parentum Virginis, p. 168. n. 214.

Corpus Moiſ. Simonis

Iuſſum cremari à quodam Inquiſitore ex ſuis ait *Arpalegus*, p. 273. n. 16. Sed ſi loquitur de venerabili Simone Valentino, mendaciſsimum mendacium eſt, p. 280. n. 23.

D

Dæmones.

Dæmones vera miracula non poſſunt patrare, pag. 274. num. 18.

Deus

An potuerit de potentia abſoluta permittere originale peccatum in Virgine. p. 405. n. 29.

Deus poteſt quemcumque liberare ab actuali contractione in peccato, poſt preuiſum *Adę* peccatũ, ſicut ab actuali natiuitate in ipſo, pag. 240. n. 300, & 241. n. 301.

Deus non poteſt facere miracula in confirmationẽ falſę ſanctitatis, p. 275. n. 18.

Dio-

Digitized by Google

Dionyſius Cartuſianus.

Negatiuæ ſententiæ propugnator, p. 156. n. 202.

Diffinitio Pontificia.

Diffinitio Pontificia apud Arpalegum, eſt declaratio, & propoſitio alicuius veritatis implicite contentæ in ſacra Scriptura, vel Traditionibus, &c. pag. 1. num. 1. Hæc doctrina admittitur cum addito, ibidem num. 2. Diffinitio Pontificia poteſt aliquid ab omnibus tenendum decernere ſine expreſſo loco Scripturæ, ſine Traditione, & ſine miraculis, pag. 3. n. 2. Non eſt ad eam in Eccleſia præſcripta aliqua forma, ex Arpalego, ſed ſummi Pontificis ſtandũ iudicio, pag. 3. num. 4. Ad diffinitionem actualem præterquam veritas cõtineatur in Scriptura, vel defendatur cõmuniter à PP. requirit Arpalegus, quod ſit neceſſaria ad inſtructionem fidelium, p. 13. n. 5. ſed non requiritur, p. 10. n. 7. licet immaculati conceptus veritas etiam ſit neceſſaria, vt fideles inſtruantur, vt ex Auguſtino colligitur, p. 22. nu. 20. Ante diffinitionem plurium veritatum, contrariũ æquè tuto defendebatur, ſaltem ſine periculo notæ hæreſis; exemplis illuſtratur, pag. 19. num. 14. Ex non diffinitione arguit Arpalegus non deffinibilitatem, p. 324. num. 69. Non expedire agi de proxima diffinibilitate ſententiæ piæ, ait Arpalegus, pag. 381. num. 1. & ſequent. à num. 1. vſque ad 4. Ex Arpalegi ſententia eædem rationes, quæ animos Pontificum mouerunt ad exterminandam quæſtionem de Conceptione, extant reſpectu diffi-

diffinibilitatis, ſicque idem decernendum erit à Pontificibus, vt ſicut in illa ſolis ipſis impoſitum fuit ſilentium, ita in hac ſolis illis os claudatur, p. 386.num.6.

Diſpoſitio

Illa quæ reſpectu vnius veritatis eſt vltima, reſpectū alterius eſt non vltima, pag.3. n.4.

Doctor.

Doctoris Eccleſiæ titulo non gaudent ex Arpalego omnes huius temporis Scriptores, Prædicatores, Magiſtri, Prælati Religionum, imò neque omnes Epiſcopi, pag.6.num.8. Clypei ex Turri Dauidica pendentes, ſunt Doctores, ex collo Patrum pendentes, p.6.n.7. Sunt hodie in Eccleſia, & ſemper fuerunt, qui titulo Doctorum Eccleſiæ meritò gaudere debent, pag.8. n. 11. Quinam hi ſint, relinquitur arbitrio ſummi Pontificis, adquem pertinet de his iudicare, ibid. Iudico DD.Eccleſiæ eſſe cenſendos illos, quorum ſuffragia in Concilio ad diffiniendas res fidei, expoſceret Pontifex, ibid. Ex iam mortuis Belarminum,& Baronium,& alios huius nominis viros,ibid. Doctorum mens ex quibus locis eruenda, p.220.n.273.

S. *Dominicus*

Miraculo illo libri in ignem immiſſi, & illæſi, Albigenſes confudit, p.3 n.2.

Domi-

Digitized by Google

Dominicus Bannez

Pro Arpalego malè adductus in doctrina de Traditione, p.114.n.50.

Dominicani.

Vt poſſent Dominicani de conceptione loqui,indiguerunt diſpenſatione,p.17.n.14. Ex Dominicana familia tuentur immaculatam Conceptionem tres ſancti, totum Capitulum Prouinciale, quinque Magiſtri Generales, duodecim Magiſtri ſacri Palatii,p.360.n.323. Capitulum Prouinciale Ordinis Prædicatorū Hiſpali celebratū an. 1524. ſententiam in materia de Conceptione, quia tota fere Eccleſia aſſerebat Virginis præſeruationem, p.330.n.287.

E

Eccleſia.

Ad oſtendendum, veritatem aliquam contineri in Scriptura,miraculis vtitur Eccleſia, p.2.n.2.

Attendit etiam ſententiis Patrum excerptis ex eorum ſcriptis non dubijs,pag.5.n.6. Addit Arpalegus, hanc eſſe praxim Conciliorum, præſertim Tridentini ibid.

Hæc doctrina cum addito intelligenda, ibidem. Ex illa Eccleſiæ oratione *Beata Maria corpus, & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur,&c.* Traditionem infert Poza p.114.n.149.

Eccleſiæ vſus in conſulendis prædeceſſorum Pontificum decretis, ad inueſtigandam aliquam verita-

tem, p. 115. num. 150.

Eccleſia non celebrat feſtum niſi de re ſancta, ex S. Thoma, p. 217. n. 150. Eccleſia quid colit in die Epiphaniæ? p. 299. n. 48. Eccleſia colit in Sanctorũ celebritatibus, ſanctitatem quam habuerunt in vltimo inſtanti vitæ, quæ eſt ratio cur cum Chriſto regnent, p. 301. n. 49. Eccleſia colens Cathedrã ſancti Petri, ſupponit Petrum, tunc non eſſe in peccato mortali, p. 301. n. 60.

Vt Eccleſia colat Conceptionem Virginis, non ſufficit, quod conſtet de ſanctitate perſonæ, quòd modò quando colitur ſit ſancta, aliàs poſſet colere ſanctitatem omnium ſanctorum, & conceptionem illorum, quia mòdò ſunt ſancti, p. 302. n. 50. Eccleſia iam ferè à 300. annis ſententiam piam in ſuo ſinu recepit, ablactauit, & quaſi in prouectam ætatem duxit, p. 331. n. 87.

Editiones.

Editiones librorum ante annum 1515. an puriores, & à mendis liberæ? p. 155. n. 201.

Eſther.

In Eſther figurata Virginis exceptio, & priuilegium pag. 4. n. 50.

Eua.

Eua quomodo fuerit cauſa peccati, p. 174. n. 223.

Euangelium S. Andreæ.

Euangelium nomine Andreæ apocriphum eſſe, vult Arpalegus, p. 104. n. 137.

Euſebius Emiſſenus.

Euſebius Emiſſenus enodatus, pag. 141. n. 188.

Feſtum

F

Feſtum Conceptionis.

Ex eo valde efficax argumentum efformatur pro ſententia pia, ità vt Conceptio beatificata ſit, pag. 286. num. 31.

Ex inſtitutione feſti Natiuitatis colligunt S. Thom. & Ildefonſus ſanctitatem natiuitatis, pag. 285. nu. 29.

*E*am non collegerunt ex Traditione, ſed ex præciſa feſti inſtitutione, pag. 287. num. 31. Feſtum Conceptionis non eſt in gratiarum actionem ob maximum beneficium collatum generi humano, pag. 290. n. 34.

Non celebraret Eccleſia Conceptionem, ſi non eſſet ſancta pag. 286. n. 33. Feſtiuitas Neomeniæ, & aliæ veteris teſtamenti in gratiarum actionem inſtitutæ; differentia harum feſtiuitatum à feſtiuitatibus legis gratiæ, pag. 290. n. 34. *S*i in feſto Conceptionis non coleret Eccleſia Conceptionem pro primo inſtanti metaphyſico, ſed pro inſtanti morali, coleret aliquid non ſanctum, p. 292. nu. 36.

*D*ie 8. Decembris non colit Eccleſia commixtionem ſeminum, nec ſolum refert gratias pro proximo aduentu Virginis, ſed pro eius ſanctitate in primo inſtanti infuſionis animæ, pag. 293. n. 38. Hoc die celebrat anticipatè infuſionem animæ B. Mariæ; vt ſolet anticipare feſtiuitates alias, pag. 295. nu. 40. Eccleſia in introitu Miſſæ dicens, *diem feſtum celebran-*

brantes, celebrat primum inſtans, quod per ſinecdochē poteſt dies appellari, pag. 299 n.47.

Feſtum inſtitutum eſt in Conceptionis honorem, nō pro inſtanti indeterminato ſanctificationis, ſed pro primo inſtanti, & ideo prohibuit Pontifex, vti nomine ſanctificationis in Officio, ſed Conceptionis, pag.123.n.162.

Fides.

Fides, & charitas ſupernaturalis humanam ſcientiam fugiunt, p.281.n.24.

Florentinum Concilium.

Florentinum Concilium nullum edidit decretum in odium declarationis Baſilienſis in fauorem ſentētiæ piæ, pag.332.n.88. *E*xplicantur verba, quæ eſſe Florentini dixit *A*rpalegus, ea truncatè citat, nec inueniuntur in decreto Eugenij IV. neque in diffinitione, pag.333.num.89.

Franciſcana familia.

Franciſcana familia valide pugnat pro Mariæ immunitate ab originali, pluſquam 240. Auctores recenſentur pro hac opinione, p.360.n.323.

Francfordienſe Concilium.

Francfordienſe Concilium adducitur pro immaculata Conceptione, p.165.n.211.

S. *Fulgentius*

Adductus pro opinione minus pia, explicatur, pag. 138.num.182.

Digitized by Google

G

Gedeon.

Non peccauit in petitione ſigni, p.282.n.25.

Germanus.

Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanes immaculatam Conceptionem tuetur: male ab Arpalego explicatus, pag.163, n.200.

Gratia.

Gratiæ Angelorum ſimilis Virginis gratia, quia ſicut Angeli fuerunt in gratia creati, ſic & Beata Virgo, pag.213.n.264.

Gregorius Magnus.

Gregorii magni mens explicata, in immaculatum cõceptum trahitur, p.115.à n. 269. vſq; ad n. 270.

Gregorius XV.

Gregorius XV. impoſuit ſilentium ſentẽtiæ affirmatiuæ, etiam intra clauſtra Prædicatorum, p.270.n.58. Sed poſtmodum in ſpeciali Bulla conceſſit fratribus Prædicatoribus, vt inter ſe ipſos dumtaxat poſſent de hac materia loqui, p.ibid. Silentii decretum non emanauit in fauorem fratrum Prædicatorum, ipſo Gregorio XV. atteſtante, pag. 311.n.62. Nec aſſertorum ſententiæ affirmatiuæ; ſed negatiuæ, ibid.

Gregorius XV. in epiſtola ad Philippum Regem Hiſpaniarum, manifeſtat deſiderium ſanctæ Sedis, in definienda Conceptione, pag. 319. n.37. Poſt Gregorium XV. ſuppetunt noua adiumẽta piæ ſententiæ,

Digitized by Google

tiæ, nam incrementum ab ipſo Gregorio XV. ſũpſit, pag. 324. n. 79.

Guillermus Pepin Ordinis Prædicatorum.

Hic celebris doctor pro ſententia pia ſtat. *Eius* verba de feſto Conceptionis, die 8. Decembris, adducuntur, pag. 295. num. 41.

H

Henricus Caltaizen.

Eximius Theologus Dominicanus, qui interfuit Cõcilio Baſilieſi, in oratione, quã in præfato Baſilieſi Cõcilio habuit contra tertiũ articulũ *Bohemorum*, latè oſtendit quantum miracula conducant ad res fidei; eius verba damus pag. 275. n. 20.

S. Hieronymus Maximus Eccleſiæ Doctor.

Expenſus pro Conceptione pura, pag. 210. à nn. 260. vſque ad num. 266. Quæ ex ipſo opponit Arpaleg. ſoluuntur, pag. 211. nu. 261.

S. Hilarij

Periodum truncatam protulit Arpalegus, ipſum verba ſancti coarguunt, p. 367. num. 28.

Honorius Papa

Non impoſuit ſilentium quæſtioni de duabus voluntatibus in Chriſto, ſed nouis quibuſdam vocibus fraudulenter ab hæreticis introductis, p. 319. n. 74.

Idio-

I

Idiota

Doctiſſimus pro ſententia negatiua pugnat, pag. 159. num.205.

Iconoclaſtæ hæretici,

Non adducebant pro tuendo ſuo falſo dogmate ſexcenta loca Scripturæ, vt male viſum eſt Arpalego; pag.362.num.23. Eorum error fuit à PP.confutatus ſola recta Scripturarum interpretatione, ibidem num.24

S.Ildefonſus

Ereptus Arpalego pro nobis ſtare clariſsimè demõſtratur,pag.140.num.185.& ſeqq.

Incognitus

Celebris hic doctor in numero aſſertorum ſententię negatiuæ recenſetur. Eius aptiſſima verba ad explicandas SS. PP. authoritates, quæ immaculatæ Conceptioni videntur opponi. Ex cuius ſententia puritas Virginis tenet medium inter Chriſtum,& reliquos homines,p.159.n.205.

Immaculatum

Quid ſignificet? p.171.num. 218.

Immunitas

Virginis à veniali, non conſtat ex ſacra Scriptura, & tamen diffinita eſt ab Eccleſia in Concilio Tridẽtino; nec ex Traditione,vt vult Arpalegus, pagin: 52.n.64.& 65.& ſi ex Traditione,non Apoſtolica, ſed ex Eccleſiaſtica, ibid. Significatio verbi *Immunis,*

munis,p,224.num. 279.

Indulgentia.

Cauſa concedendi indulgentias ſufficit,quòd ſit probabiliter pia, res autem,cui concedũtur,debet eſſe pia, pag.303.num.53. Indulgentias nec concedet Pontifex tenentibus ſententiam affirmatiuam,ibid. Indulgentiæ Conceptioni conceſſæ, non ſolum sũt conceſſæ pietati, ſed opinioni piæ, pag.304.n.54. Ita timent aduerſarii argumentum ex indulgentiarum conceſſione, vt numiſmata quædam cum hac inſcriptione: *Sine peccato originali*, prohibenda cenſuerint,ne ſi eis indulgentiæ applicarentur, articulus præſeruationis deffinitus euaderet,pagin. 305. n.55. Recitantibus orationem illam: *Deus qui per immaculatam Virginis Cõceptionem.&c.* ſunt cõceſſæ indulgentiæ,ibid.

Innocentius X.

SS.D.N.Innocentium X.decretum promulgaſſe, vt quando agitur de tribuendo titulo Cõceptioni, dicatur Conceptio immaculatæ Virginis, non ta mẽ Conceptio immaculata,ait Arpalegus,p.119.num. Sed prædictum decretum fictitium eſſe, & reſpuẽdum ipſius SS.D.N.Innocentii reſponſo manifeſte conuincitur,pag.121.n.157.

Ioannes à S.Thoma Ord.Præd.

Latè probat hic clariſsimus Thomiſta,mentem Sanct. Thomæ nunquam fuiſſe, aſſerere Virginem,comiſiſſe actualiter originale,ſed ex vi decreti debuiſſe contrahere,pag. 220.n.272.Optimè explicat, ſtare legem generalem ad omnes, & aliquem eximi ex priuilegio,pag.40.n,50.

Digitized by Google

S. Ioannes Damaſcenus,

Marianæ immunitatis aſſertor clariſſimus, pag. 177. num. 226.

L

Lamina Montis Granatenſis

Inuentæ ſunt in Monte Granatenſi literis Arabicis exaratæ, ſed nullam fidem facere contendit Arpalegus, pag. 104. nu. 137. Magnæ ſunt tamen authoritatis, licet donec ab Apoſtolica Sede approbentur, apochrifæ appellentur, & ex eis argumentum pro diffinibilitate ſententiæ piæ inſtruitur, pag. 141. n. 146. 147. 148.

S. Laurentius Iuſtinianus

Opinionis negatiuæ patronus, pag. 156. n. 102.

Leo Imperator

Edidit orationem pro pura Conceptione, pag. 177. num. 225.

Lex.

De lege generali inducente obligationem, non ſolum ad contrahendum debitum, ſed etiam ad peccatum in propria perſona, conſtare, affirmat Arpalegus, ex Scriptura, & colligi ex Tridentino, & S. Thoma, pag. 35. n. 38. Sed allucinatur, quia lex illa generalis non excludit priuilegium, pag. 35. n. 39. Imò ex S. Thoma conſtat, ſolo debito conceſſo, rectè explicari, ibid. num. 40. 41. Parum-

tutum ; ait Arpalegus, eſt, eximere aliquem à regula generali Scripturæ, ſed ſtante fundamento, tutiſſimum eſt, pag. 35. n. 43. Imò neceſſarium non eſt fundamentum ex ſacra Scriptura, pag. ibid. Lex generalis datur, non ſolum Conceptionis, ſed etiam natiuitatis in peccato, p. 96. n. 124. In dubio pro lege ſtandum, quomodo intelligitur? pag. 357. n. 17. Lex purificationis an ad Virginem extendatur, p. 81. n. 107.

Liber

Pro qua libertate ſupponat, an pro liberatiua, vel pro præſeruatiua? p. 164. n. 211.

Libri Geneſis, Canticorum, & Ezechielis.

Cur prohibiti ſint legere Hebræi ante 30. annum, p. 322. n. 76. Libri Canticorum lectio non tam prohibita fuit ob ſtyli obſcuritatem, quàm in caſtitatis obſeruantiam, pag. ibid.

B. Ludouicus Bertrandus Valent. Ord. Prædic.

Puriſſimæ Cõceptioni addictiſſimus, pag. 154. n. 200. Non ſemel prædicauit, quòd ſi modò viuerent ſancti, mutarent ſententiam, ſi aliquando affirmatiuam tenuerunt, pag. 230. num. 287.

M. Luyſia

Eius cauſa iam expedita à ſacro Tribunali Inquiſitionis, delata eſt ad ſacram Rituum Congregationem, vbi de Sanctorum canonizatione agitur, pag. 281. num. 23.

M

Magiſter Sententiarum,

Malè pro Arpalego adducitur, pag. 133. n. 175. 176.

Maria Virgo,

Non ſolum gratia plena, quando ab Angelo ſalutatur, ſed verba Angeli referenda ad tempus conceptus Virginis ex Anna, p. 75. n. 96. Mariæ mors, non in ſolutionem legis, qua non tenebatur, ſed in exemplum, & pro conditione carnis, pag. 90. nu. 117. de Beata Virgine, nihil aliud fere commemorat Scriptura, ex ſpeciali Spiritus Sancti ordinatione, præter maternitatem Verbi, ne putares, quod ſcriptum non fuerat, ei forſitam defuiſſe, ex B. Thoma Villanouano, pag. 97. n. 125. Puritas Mariæ ex S. Thoma ſolum Chriſto inferior in potentia peccandi, pag. 226. n. 281.

Martyr,

Qui pro Conceptione immaculata ſanguinem funderet, iuxta Suarez, Granadum, & alios, foret, pag. 35. n. 9.

Maternitas Dei

Moraliter incompoſſibilis cum peccato, pag. 200. nu. 247.

Miracula

Sufficiunt ad diffinitionem Pontificiam, deficientibus

Scriptura manifeſta, & Traditione certa, pag. 2. n. 2. Miraculis probat Eccleſia veritatem aliquam contineri in Scriptura, ibid. Chriſtus miraculis probauit ſe eſſe Meſſiam, ibid. Et S. Dominicus miraculis confudit Albigenſes, ibid. Modus probandi per miracula non poteſt dici extraordinarius in Eccleſia, vt vult Arpalegus, licet hodie non tam communis, ibid. Non requiritur vt miracula coram ſummo Pontifice, & Concilio fiant, vt fidem faciant, ibid. Miracula ex Arpalego non ſunt inſtrumenta, quibus præcisè moueatur Pontifex ad diffiniendã aliquam veritatem, pag. 269. nu. 10. Chriſtus Dominus miraculis confirmauit veritatem Scripturarum, pag. 269. n. 19. Miracula ſemper ſunt vera teſtimonia eius, propter quod fiunt, pag. 275. n. 19.

Miraculoſos effectus Deum poſſe procedere, licet media ab aliquibus appoſita, ſint illicita, ex Rafaele de la Torre, pag. 281. n. 25. ſed non aſſentior, ibid. Miraculis mouetur Eccleſia ad canonizationem, pag. 283. n. 27. Ad diffiniendas res fidei maximè conducunt, pag. 284. n. 28. Pluſquam ſeptuaginta miracula adducuntur in fauorem præſeruationis Virginis à peccato, pag. 285. n. 28. In Concilijs primo, & ſecundo Nicenis, veritas Catholica miraculis fuit comprobata, pagin. 362. n. 14.

Myſteria Fidei.

In illis adducuntur rationes, teſtimonia, & miracula reſpectu credibilitatis, non reſpectu aſſenſus, pag. 277. n. 20.

Modeſta, & ſobria locutio.

Modeſta, & ſobria locutio ex *A*rpaleg.neceſſaria eſt in tractatu de Conceptione,pag.344 345. refertque tamquam immodeſte loquentes, Granadum, Ægidium, & Salazar, ſed immeritò conquæritur, pag.348. n.7. Hoſque Doctores iniurias congerere in Caietanum, ſed non inueni, & ſi aliquis non tam modeſte ſe geſſit,fuit à Caietano prouocatus, qui opinionem piam vocat mulierculatum, & ignorantium, pagin.347.n.7.

N

Natiuitas Beatæ Virginis.

Colitur vt ſancta ab Eccleſia, non tamen ex Traditione, pag. 287.num.31.

O

Ocham

Sententiam negatiuam propugnauit, p. 360. n. 323.

Omnes.

In Scriptura ſacra non ſemper ſignificat, omnes, nemine dempto, ſed ſæpius multos, pag.41.n.51.

Opinio.

Neutram opinionem in materia de Conceptione dif-

Digitized by Google

diffinibilem eſſe ab Eccleſia, tradit Arpalegus. pag.15.n.10.& probat,ibid. nu.11. Et quidem de affirmatiua verum eſt, ſed de negatiua nunquam probabit. Eius argumentum nullum eſſe demonſtratur, p 13.& ſeq. à num.13. vſque ad 20. Neutram opinionem expedire,vt diffiniatur, ait Arpalegus, & de affirmatiua optimè probat,p.22.n.21. De negatiua probat, ibid . Sed omnino refellitur, pag.23.n.24.Aliquos DD. citat qui aiunt, negatiuam ſententiam, non eſſe diffinibilem,pag.26.nu. 27. Verbis Mancij contra nos arguit, ibid.Sed redarguitur, pag.27.n. 28. Opinionem piam fatetur Arpalegus poſſe ab Eccleſia tanquā probabiliorem declarari, p.19. n.16. Opinio negatiua maiorē excellentiam Chriſto tribuit , Redemptoris ſcilicet præſeruatiui,quàm affirmatiua, pag 371.num.32. Opinionem affirmatiuam nemo poteſt vocare magis honorificam Deiparæ, p.379.n.43. Qui appellaret ſententiam affirmatiuam magis piam , contraueniret decreto ſacri Tribunalis Inquiſitionis, quod præcipit apponi *minus piam*,ibid. Ipſi aduerſarij in libellis ſupplicibus ſemper vocant ſententiam ſuam, minus piam, ibid. Opinionum probabilitas, alia intrinſeca, extrinſeca alia. Opinio pia ab intrinſeco probabilior, pag.359.n.21.Item & ab extrinſeco, ibid.n.22. opinionem affirmatiuam eſſe tutiorem affirmans, minus ſecure ſentiret,pag.357. n. 18. Opinionem etiam veram defendentem hæreticum poſſe eſſe, ſi paratus ſit pro ea mori, ait Arpalegus ex Corduba , Caſtro, & Suarez, pag.349. n. 8. Sed omnino fallitur, quia

hi Doctores,& præſertim Suarez docent id ſolum poſſe contingere, quando iungeretur animus pertinax non credendi Eccleſiæ contrarium decernenti,pag.350.n.9.Affirmans opinionem piam eſſe proximè diffinibilem, non dicit contrariam eſſe periculoſam in fide, neque proximam hæreſi, pag. 399. 21. nec formaliter,nec æquiualenter cenſurat affirmatiuam,pag.306.n.56. Opinio negatiua nullos habet terminos,& Cancellos,ſicut affirmatiua,pag.306.n.57.Opinio pia ex vi gratiarum Sedis Apoſtolicæ, poteſt dici beatificata, pag. 125. num.164. & ſeq.

Origenis

Teſtimonium pro Conceptione pura, p.161. n.207. tentat Arpalegus explicare, pag.161. n. 206. Sed non explicaſſe demonſtratur, ibid.num.207.

Originale peccatum

Dupliciter contrahitur, & cauſaliter, & formaliter, pag.159.n.205. Originale peccatum vocat Auguſtinus peccatum paruulorum,pag.197. num. 244.

P

Partus Virgineus

Eſt effectus iuſtitiæ originalis,pag.85.num.111.

S. Petrus Damianus

Illuſtre dedit teſtimonium pro immaculato Conceptu,pag.565. num.217.

Photius Conſtantinopolitanus

Fauet opinioni negatiuæ, pag. 171. num. 218.

Pietas

Prout virtus moralis eſt, directè, & principaliter tendit ad cultum, & honorem exhibendum parentibus, pag. 264. n. 25. Prout verò eſt donum, prius, & per ſe reſpicit Deum, vt patrem, & conſequenter quæ Dei ſunt, ſcilicet Sanctos ibid. Qui probabiliter diceret ſententiam affirmatiuam eſſe veram, non ideò probabiliter diceret eſſe magis piam, quia pietas non ſequitur ex maiori probabilitate, pag. 374. num. 37.

Pœna

Regulariter relationem dicit ad culpam, vt vbi non datur reatus pœnæ, non fuerit culpa, pag. 89. nu. 116.

Pontifex ſummus

Vt ſe accingat ad diffinitionem, conſtare debet (ait Arpalegus) veritatem contineri in Scriptura, vel Traditione, per SS. PP. Theologorum, ac Conciliorum teſtimonia, pag. 3. num. 3. Præmittendas diligentias à Summo Pontifice, tanquam diſpoſitiones, ad diffinitionem, pag. 3. n. 4. Si nullis præmiſſis diligentijs Pontifex diffiniret, valide diffiniret, & factum teneret, licet peccaret, p. 1. nu. 2. Nulla eſt in Eccleſia præſcripta norma, qua debeat metiri quantitatem, vel qualitatem diſpoſitionum, ſed ſummi Pontificis ſtandum iudicio,

pag.

Digitized by Google

pag.3. num.4. Non tenetur ſummus Pontifex ex Arpalego, maiorem partem PP. adhuc in Concilio exiſtentium, ſequi, pag.336.n.86. Nouem Romanos Pontifices pro ſe Arpalegus adducit, ſed allucinatur, nam nullus Pontifex in Cathedra Petri ſedens aliquid contra immaculatam Conceptionem protulit, pag.117.n.153. Cur Pontifex priuata colloquia aduerſarijs permittat, pag.340. num.99. Summus Pontifex munia Medici, Paſtoris, Oeconomi, & Iudicis exercuit in quæſtione de Conceptione, p.339. n.99. Si ſtante vltima diſpoſitione non diffiniret ſententiam negatiuam, peccaret ſummus Pontifex ex Arpalego, p.337. n.95. & ſeq. Iudicantibus omnibus ſtare vltimam diſpoſitionem, ſi id non iudicat ſummus Pontifex, ad diffinitionem non tenetur, pag.343. num.103. Si id practicè iudicaret, & nulla eſſet cauſa, quæ eius animum retardaret, teneretur diffinire, pag. 339. num.99.

Populus

Clamor populi, cum fulcitur authoritate, & pietate Eccleſiaſticorum Principum, conducit ad diffinitionem, pag.9.num.13. Auguſtinus de ſe ait, credidiſſe famæ, & confirmatæ opinioni populi, pag. 10.num.13. Frequentia populi ad ſepulchra Sanctorum, eorum canonizationem iuuat, ibidem.

Praiuditium

Inferunt Pontifices in ſuis decretis ſententiæ affirmatiuæ, pag.345.num.1. Non relinquunt illam in

Digitized by Google

ſtatu, & terminis, in quibus antiquitus reperiebatur, vt falſo ſupponit Arpalegus, pag. 392. nu. 13. Explicantur verba Pontificum dicentium nolle præiudicium inferre ſententiæ affirmatiuæ, pag. 118. n. 154.

Priuilegium

Eximens Virginem à contractione originalis, non debet conſtare ex Scriptura, pag. 48. nu. 59. Concilium Tridentinum ex Suarez, declarauit Virginem, non comprehendi in locis Scripturæ dicentibus, omnes mortuos in *Adam*, ex quo facilè apparet priuilegium, ibid.

Promiſſiones, & comminationes Dei

In ſacra Scriptura, frequenter habent imbibitam conditionem, pag. 54. num. 76.

Propoſitio erronea,

Illa non eſt, cuius oppoſita eſt vltimo diſpoſita ad diffinitionem, ſed quando opponitur doctrinæ fidei, licèt non notoriè, ex Lorca, quem pro ſe infideliter citat *Arpaleg*. pag. 400. num. 22.

Propoſitio periculoſa in Fide

Ea non eſt, quæ eſt in periculo, vt per diffinitionem ſubſequentem reddatur hæretica, ſed quæ continet doctrinam, ex qua eſt periculum incidendi in errorem contra aliquam veritatem ex diffinitis, pag. 399. num. 21.

Pueri

An in iudicium ſint comparituri, pag. 162. num. 218.

Purificationis lex

An ad Virginem extendatur, pag. 81. num. 107.

R

S. Raymundus de Peñafort

Nihil affirmauit contra ſententiam piam: eius verba ab Arpalego citata, ab ipſo ſunt conficta, pag. 153. num. 199.

Recentiores

Theologorum Recentiorum authoritas, eatenus ex Arpalego ad diffinitionem conducit, quatenus Patribus conformatur, pag. 6. num. 7. Sunt quaſi virgulta ex annoſis SS. PP. arbuſtis, ibid. Sunt ex Arpalego veluti inferiores Angeli, à SS. PP. illuminati, ibid. Nequeunt ex Arpalego veritatem catholicam magis penetrare, pag. 6. num. 7. Multa pollent Recentes authoritate in eruendo obſcuriorum PP. ſenſu, & præcipue in his, quæ PP. intacta reliquere, pag. 8. num. 9. Si parui ducat Arpalegus Recentiores, ſibi, ſuoque bello, damnum infert, pag. 8. num. 10. Recentiores Doctores quāti fecerit Concilium Viennenſe, pag. 157. num. 202.

Redemptor

Præſeruatiuus ex Caietano, pag. 248. num. 306. & ex Auguſtino, pag. 43. num. 52. Vt quis redemptione indigeat, ſolum debitum ſufficit, ex S.Thoma, & Caietano, pag. 243. num. 303.

Religiones

Inſtitutæ in honorem puræ Conceptionis. In formula profeſſionis, moniales Conceptionis vota emittunt ob amorem Conceptionis immaculatæ, pag. 351. num. 10.

Reuelationes

Priuatas valde deprimit Arpalegus, pag. 363. n. 1. 2. Reuelatio priuata, quando non diſſonat à ſacra Scriptura; ſed potius munitur Scriptura, & Traditione, poteſt mouere animum Pontificis ad diffiniendam aliquam veritatem, pag. 265. n. 5. Priuatæ reuelationes factæ de ſuis Ordinibus, SS. Dominico, & Franciſco ab Eccleſia approbatæ, animum Pontificis mouerunt ad confirmandas Religiones, pag. 265. num. 5. Ab Armamentario Seraphico 32. reuelationes referũtur de immaculata Conceptione, ibidem. Ex priuata reuelatione approbauit ſummus Pontifex Religionem Monialium Conceptionis, ibidem.

Rupertus Abbas,

Explicatur, pag. 150. num. 197. fauet immaculato Conceptui, pag. 61. num. 79.

Sar-

S

Sanctificatio

Virginis in vtero cur non ſit ab Eccleſia diffinita, pag. 98. num. 127.

Sancti Patres.

Sancti Patres non ſunt præferendi authoritati Eccleſiæ, vt malè voluit ex Bannello Arpalegus, ſed poſtponendi ex S. Thoma, SS. Patres ex Caſſiodoro ſunt gradus ſcalæ, per quam aſcenditur ad ſapientiam, p. 6. n. 7. Sunt collum Spõſæ, ibid. Duo, vel tres Patres in aliqua doctrina conuenientes, ſi nullus contradicat, ſufficiunt ex Arpalego, vt cõtra ipſos non poſſit diffiniri, ſed hoc non ità generaliter eſt verum, p. 11. n. 4. Sancti Patres communiter negantes ſanctitatem Virgini, intelligendi ſunt ante animationem, ipſo Gaietano duce, pag. 136. n. 181. PP. in Concilio legitimè congregato, ſi ſequuntur ductum legatorum Pontificis, iuxta eius inſtructionem habent votum deciſiuum ex Salazar, p. 326. n. 80. Patres, etſi in Concilio Eccleſiam repræſentant, non tamen extra Concilium ait Arpalegus, p. 272. n. 8. Neq; votum deciſiuum habent, ibid. n. 82.

Scandala

Scandala, & rixæ ex ſententia affirmatiua ſequuntur atteſtantibus id Paulo V. & Gregorio XV.

pag.

pag.307.n.59. Quæ non patiebatur ſolum tumultuaria plebs, ſed viri grauiſſimi, & religioſiſſimi, pag.308.

Scotum

Opinionis negatiuæ egregium ducem, audet pro ſe Arpalegus adducere, pag.134. n.178.

Scripturæ loca.

Eccleſ.7. *Virũ de mille vnum reperi, &c.* adducit Arpalegus, vt ex eo probet maculam in Virgine, pag. 46.n.56. Sed ipſe cognouit nullius eſſe efficaciæ, ibid.num.49. Imò ex ipſo, contra ipſum arguitur, pag.47.num.57.

Ioann.2. *Quid mihi, & tibi eſt mulier*, voluit Chriſtus ſignificare Matri non eſſe aſcribenda opera diuinitatis, & in communibus defectibus, nec Chriſto, nec Matri locum eſſe, ibid.num.54.

Locus Geneſ.3. *Inimicitias ponam, &c.* pro immunitate Virginis in ſenſu literali adductus, p.61.à n.79. & ſeq. Solutiones, quas addit Arpalegus, num.80. abundè infringuntur, à n.79.& ſeq.

Locus ex Cantic.4. *Tota pulchra, &c.* pro immaculato conceptu expenſus, p.69. n.86. Prima ſolutio Arpalegi, n.87. Exploditur, n.88. Secunda ſolutio, nu. 89. impugnatur, p.70. n.91.92.

Locus ex Euangel. Lucæ. *Aue gratia plena, &c.* Conceptionem immaculatam euincit, p.73.n.94. Illum explicare tentat Arpalegus, nu. 95. Sed irrito conatu: vide impugnationem à n.96. vſq; ad n.103. Ex Leuitici 12. *Mulier ſi ſuſcepto ſemine, &c.* rectè patet immaculata Conceptio, p. 80. nu. 104. Sed

quia

Digitized by Google

quia parum vrget, vt inquit Arpalegus, in meliorem formam efformat ipſe, n. 105. Primam ſolutionem adhibet, n. 106. Sed refellitur, n. 107. 108. Secundam exhibet, n. 109. Sed præcluditur à nu. 110. Et ex ipſa efficax argumentum pro proxima diffinibilitate ſententiæ piæ inſtruitur, p. 86. à num. 113. vſq; ad n. 116. Ex Iſaiæ 7. non magis colligitur virginitas Mariæ, quàm ex Canticor. 4. Conceptio Immaculata, p. 93. n. 120.

Pauli locus ad Romanos 3. *Non eſt diſtinctio, omnes enim peccauerunt*, explicatus, p. 34. n. 48. vſq; ad 49. Et 2. Corinthior. 5. ibid.

Sergius Conſtantinopolitanus Epiſcopus

Bona fide agere creditus eſt in quæſtione de duabus in Chriſto voluntatibus, ſed poſtea hæreticus deprehenditur, p. 32. num. 75.

Sexta Synodus

Sexta Synodus Generalis puriſſimæ Conceptioni patrocinatur, p. 165. n. 211.

Silentium

Sententia negatiua nullos habet terminos & cancellos, ſicut affirmatiua, p. 306. n. 57.

Silentij decretum non emanauit in fauorem Patrum Prædicatorum, ipſo Gregorio XV. atteſtante. pag. 311. n. 62. Nec aſſertorum ſententiæ affirmatiuæ, ſed negatiuæ, ibid.

Non fuit impoſitum ſilentium ſententiæ affirmatiuæ, quia difficile captu eſt, quod aſſerit, p. 312. n. 64.

Quæ

Quæ cauſæ ſufficiant ex Arpalego ad prohibendam prædicationem alicuius certæ veritatis, pag. 313. n. 64. Cauſa indicendi ſilentium, non fuit ſcādalum paſſiuum, nec ſcandalum populi, & puſillorum, p. 318. n. 72. Silentium non ſolet Eccleſia vni parti indicere, niſi cum pars, quæ ſilentio opprimitur, minus rectè ſentit, p. 319. n. 73. Silentium antiquitus ſufficiebat in Eccleſia ad reprimendos Hæreticos, p. 341. n. 100.

Siſinij Concilium.

Siſinij Cōcilium quaſi inuictiſſimum proponit Arpalegus, quod tamen fuit ſeminarium nouarum diſcordiarum, p. 387. n. 7.

Sponſa

Sponſa Regis, & Mater non tenentur legibus communibus, p. 56. n. 70. Nec requiritur, quod expreſsè excipiantur in lege, ſed ſufficit conſtare de titulo Matris, vel Sponſæ ibid.

Status innocentiæ.

In ſtatu innocentiæ non multiplicarentur homines per commixtionem maris, & fœminæ, p. 85. n. 111.

Superbia.

Superbia in quo ſenſu ſit primum peccatum, p. 161. n. 207.

T

S. Thomas Aquinas.

S. Thomas Aquinas ritè, & rectè, intellectus plurimum fauet opinioni piæ. Nullum locum adducit Arpalegus ex partibus, vbi quæſtionem agere deberet

beret

beret ex profeſſo, p.220.n.273. Solo debito contrahendi conceſſo, explicatur optimè, ipſo Caietano annuente, p.222. n.275. Non tractauit quæſtionem, ſed omiſit ex ſententia Caietani, p.228.n.283. Si viueret modò Angelicus Doctor, teneret opinionem piam, 229.n.285.vſq; ad n.294. Apparens S. Doctor Epiſcopo Fantino ſuam mentem explicat in fauorem Virginis, p.231.n.288. Aliqua docuit, quorum contrarium Eccleſia amplexa eſt, p.232.n.289. Argumenta, quibus probat ſanctitatem natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, conuincunt conceptionem fuiſſe ſanctam, p.235.n.293. Ex vi pacti cum Adamo in ſententia ſancti Thomæ, ſolum ſequitur debitum contrahendi peccatum ipſo peccante, p.240.n.300. Thomæ, & Bonauenturæ authoritas non deprimenda, quia linguam Græcam non callebant, pag.254.n.316. Licet ſanctus Thomas clariſſimè immunitati aduerſaretur Marianæ, non ideò eſſet impedienda diffinitio, p.255. n.418. Thomas, & Bonauentura ſunt luminaria magna in re ſcholaſtica, p.258.n.320. ſed in materia de Conceptione non nihil obſcuritatis habuerunt, p.360.n.324.

Beatus Thomas à Villanoua.

Tenuit negatiuam ſententiam in materia de Conceptione, ipſo teſte Arpalego, p.156.n.324.

Thomiſtica principia.

Thomiſtica principia ſartatecta manent liberando Virginem ab originali, p.180. & ſeq. à n.241. & ſeq. à n.301. vſq; ad num. 307.

Traditio.

Ad dignoſcendam Traditionem Catholicam, vt à fictitijs diſtinctam, tres regulas aſſignat Arpalegus, p.102.n.133. Traditio non eſt neceſſaria ad diffinitionem veritatis fidei, p. 105, n.131. Traditio duplex, alia Apoſtolica, & alia Eccleſiaſtica, prima æqualem habet cum ſacra Scriptura authoritatem, ſecunda, etſi non habeat æqualem, retinenda, & recipienda eſt à Catholicis, p.106.n.104. Traditione Eccleſiaſtica munitur ſententia pia de immaculato Conceptu, p.107. n.141. Eccleſiaſtica Traditio valdè cōducit ad diffinibilitatē alicuius veritatis, ibid. & p.108, n.142. Poteſt habere initium à particularibus *Eccleſijs*, & inde acceptari ab Eccleſia Romana, p. 108. ibid. Introduci poteſt Patribus contradicentibus p.109.n.143.

Tridentinum.

Tridentinum Concilium maximum præbuit fundamentum ad aſſerendum priuilegium immunitatis Virginis ab originali, p.50.n.62. Nunquam poſuit verba illa: *Non eſſe ſua intentionis praiudicium inferre ſententia affirmatiua*: Arpalegi, machinatio detecta, p.118.n.154. Ex vi Tridentini veritas Cōceptionis immaculatæ redditur proxima diffinitioni, p.118.n.156. Declarauit (vt Suarez placet) Virginem non comprehendi in locis ſacræ Scripturæ dicentibus, omnes mortuos in Adam. p.49.n.59.

Veri-

V

Veritas.

Veritatem naturali ſolum lumine notam, contra Pozam tenet Arpalegus diffinibilem non eſſe, ſi non contineatur in ſacra Scriptura, pag.13.n.15. Sed male probat, p.14.n.3. Veritates plurimæ, ſunt decurſu temporis de fide declaratæ, p.98.n.128. Veritates quam plures, Patribus contradicentibus ab Eccleſia diffinitæ, pag. 255.n. 318. Veritas tacenda non eſt, quando ex eius ſilentio fit, vt capiantur falſitate; qui veritatem facilè intelligerent, p.213.n.64. quæ diffinitæ ſunt, non nouis rationibus, Summis Pontificibus propoſitis, ſed eiſdem, quibus Pontifices prædeceſſores ad diffinitionem moti non ſunt, p.225.n.28. Veritas deducta ex propoſitione de fide, & alia naturaliter nota, vel connexa cum illa, eſt proximè diffinibilis, & talis eſt Conceptio immaculata, p.88.n.114.

Sanctus Vincentius Ferrerius.

Puriſſimæ Conceptioni fauet, pag. 154. num. 206.

Viennenſe Concilium.

Viennenſe Concilium declarauit tanquam probabiliorem ſententiam, affirmantem infuſionem habituum in Baptiſmo, ad quod non eſt motum authoritate ſola antiquorum DD. ſed etiam modernorum, p.287. n.31. Tridentinum iam de fide decla-

cla-

claravit habituum ſaltim Theologicorum infuſionem, pag. 283. num. 31.

Virgo veſtalis.

Retinens aquam in cribro an virtute naturali dæmonis, vel Dei virtute id fecerit? p. 275. nu. 19.

Vitium.

Eſſe habitualem malitiam, quid ſit? pag. 163. n. 209.

Vitij nomine apud ſanctos Patres ſæpè intelligitur peccatum, vel mortale, vel veniale, ibid. n. 200.

Votum

Votum pro tuenda Conceptione vſq; ad ſanguinis effuſionem eſt licitum, pag. 332. num. 10.

Vrbanus VIII.

Dicens nihil eſſe innouandum in materia de Conceptione, nihil tollit de proxima diffinibilitate, pag. 122, num. 161.

ERrata, ſi quæ, Pie Lector, irrepſiſſe deprehendes, poteris ipſe corrigere, pro certo enim habeas velim, Prælum ab omni prorſus labe, & errore præſeruare, ſolius Diuinæ eſſe Poteſtatis.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google